


MARCI AVRELII SEVERINI

DE VIPERÆ NATVRA, VENENO, MEDICINA

DEMONSTRATIONES ET EXPERIMENTA NOVA.

BIBLIOTECA NAZ

MARCI AVRELII SEVERINI,

THVRII TARSIENSIS,

PHILOSOPHI AC MEDICI,

ANATOMIAE ET CHIRVRGIAE

Regio in Lyceo Neapoli Profeſſoris Primarii

VIPERA PYTHIA:

Id eſt,

De Viperæ Natura, Veneno, Medicina, Demonſtrationes, & Experimenta noua.



Spetiaria Coll.º Romano

PATAVII, Typis Pauli Frambotti Bibliop. MDCLI.

SVPERIORVM PERMISSV.

SEREN^{MO} ET POTENT^{MO} PRINCIPI

FERDINANDO II.

MAGNO ETRVRIÆ DVCI

M. Aurelius Seuerinus F. P.

Quod tenues & obſcuros ingenii fœtus Medicæa domus ſacrario ſiſtere auſus ſum, nihil mihi debes Ducum DVX MAGNE, *nec Etruriæ modo, ſed literarum, atque omnis ſanctioris diſciplinæ Princeps Optime, quique titulus nunquam domi veſtræ conſenuit Literatiſſime. Ex quo enim Maiores tui tam Italicæ libertatis, quàm diſciplinarum reparatores feliciſſimi errantibus Muſis domicilium in ea Vrbe fixêre, ex qua quondam Romana vis ſacrorum ius omne, ac diſciplinæ auguralis ſcientiam petiit, nemo non literarum ſacra ſecutus ingenii ſui monumenta, totumque erudiendæ poſteritatis negotium iſtuc tranſmittere, veſtriſque penetralibus ſacrare inſtituit, ſatis claritudinis fore ratus, ſi in Muſarum templa ſerena admiſſus in partem Etruſcæ maieſtatis veniret, decuſque inde duraturum acciperet, redderetq;. Scilicet grande laborum pretium, ac virtutis deſtitutæ ſolatium habebatur Medicæum nomen publicatis ingeniis præſcripſiſſe certam non intermorituræ famæ fiduciam, & quandam immortalitatis notam. Satis præterea tutum ſe quiſque aduerſus ſeculi liuorem atque ingeniorum venena exiſti-*

mabat,

mabat, ſi librorum fronti COSMI *utriuſq́;*, LAVRENTII, LEONIS X. *aut* FERDINANDI *Nomen præfulſiſſet, quos non hominum ſed virtutis titulos, ac miracula nemo iam ſine ſacro quodam horrore cogitat, aut reſpicit. Ipſe quoq́; extremos iam æui cardines premens exacta per literas libroſque ætate, nec uno animi fœtu vulgato extremum hunc laborem veluti in procinctu legare Tibi non dubitaui, ut in te artem feliciter deſinerem, ceteriſque operibus imponerem magnum diem. Vt id auderem ſingularis tua facilitas impulit, quâ tam ingenia tueris, quàm prouocas, & torpentibus ubique ſtudiis, literiſq́; exteras oras aliudque cælum reſpicientibus graſſantem barbariem ſtrenuè ſubmoues. Sed ea præcipuè cura, qua ſolers naturæ parentis indagator regnum eius ſedulo ſcrutatus in eiuſdem arcanis eruendis ærarium exhauris, ingenia fatigas, et quidquid illa toto orbe diſperſit in unum contrahis, ut maiores tui Ingeniis famam, Tu & libris materiam, atque exemplum ſuppedites. Vt ſpes mihi ſit, quidquid ex ſerpente ferâ ad humani generis ſalutem commentatus ſum tibi eo nomine gratum futurum, quod non modò ſcelera, ac maculoſum nefas procul habes, ſed ex vitiis, hoſtibuſque necatis Imperio pacem moribuſq́; MEDICINAM facere didiciſti. Vale Neapoli Cal. Septemb. MDCL.*

De ſuis ſcribendi legibus atque Pręſcriptis

PRÆFATIO AVTORIS.

D*E Vipera ſcribere, quæ iam ab alÿs ſcripta sunt, atque ea libris prodere, quæ iam prodita fuerunt, equidem id, ac ſi actum agatur, & crambe cocta recoquatur, impudens mihi factum, infructuoſum aliis exiſtimarim.* Mihi verò inuenire aliquid eorum, quæ non inuenta sũt, quod ipsũ notũ quam occultum eſſe præſtet, ſcientiæ votũ ac opus eſſe videtur: ſimiliterq; & ſemiperfecta ad finem producere, atq; abſoluere. *Verba ſunt Hippoc. in veſtibulo Lib. de Arte propoſita. Quæ duo ſcribendi præcepta quemadmodum equidem in preſenti reuereor, ſic & in quocunque meo ſcripto conatus ſum exequi ſtudioſe. Quæ item norma propoſita, quo ſcopo mihi velut præfixo diſputationem hanc utcunque breuem atque anguſtam ſtudui pro virili deducere; breuem, inquam, ideſt iuſtum dicendi modum ſerio cuſtodii, cauens qui dem, tum lectorum noſtræ ſe fidei committentium tædia; tum maxime etiam, quod ſuo quaſi iure vitanda fuit inſolentia rerum alienarum: quod vitium nedum ego fugi, ſed exhorrui ſemper, repetens animo mecum adſcitarum in doctrinas ex longinquo rerum nullum eſſe finem, aut modum. Quam ob rem adhæreo non imprudens præcepto P. R. Cenſoris in Dialectica rigidiſſimi, unde & in Ariſtotelem graues aduerſiones molitus ſummas ſcribendi leges, & præcipuas fecit duas. Altera eſt, quæ complectimur quæcumque ſub argumento propoſito natura ſunt comprehenſa, nulla prorſus particula, vel ſilentio inuoluta, vel non expreſſa: hæc καθ' ὅλου vocata eſt. Altera, quæ ſolum ea, quæ limitibus argumenti circumſcepta ſunt, exponuntur, aliis quæ extra ſunt omnibus gratuitò dimiſſis: hæc κατ' αὐτὸ dicta eſt. Quibus duobus præſcriptis ritè recteque ſeruatis fit, ut una & integra rei na-*

tura

tura pateſcat; una cum dicendi abſolutione, concinnitate; luce menſuræ modo memoriæ, & intelligentiæ fructu. Secus autem his duobus quaſi finibus ſpretis intermina ſcribendi prolixitas, error, mutilatio, difficultas, & confuſio pariuntur in promtu diſcentium mentibus. Dicerem autem hoc noſtro ſeculo quam multa, quamue intolerabilia mala literis omnibus & diſciplinis per deprauatum ſcribendi, docendique morem ſiue redundantiæ, ſiue inſufficientiæ, ſiue coniunctim exercitum, ſiue ſeiunctim, quine, & quot in utroque genere peccarint profeſſores, qui ſunt certè innumerabiles. Verum ne obtrectator in libri limine videar Momuſue, libenvolenſq; ſileo. Tantum ad me redeo, qui minus quidem attinentibus diſputationibus & quæſitis hoc me volumine abſtinuiſſe ſicut equidem non dubito, ſic & alios non dubitaturos cognoſco. Cæterum enim neque mihi vitio verſum iri confido, quod aliqua interdum à propoſito non abhorrentia, neque aliena; verum aut locum apte implentia, aut rem viuidius repræſentantia, expolientia, exornantia, poeticorum epiſodiorum modo coagmentata interſerantur, quod tuo plerunque commodo procuratum eſt, Lector. Nempe ut defatigatus quandoque diſputationibus feriis & ſeueris narratiunculis iucundioribus recreeris, atque ut ſummatim dicam lenius toleres uniuerſum lectionis onus. Hæc enim prima & præcipua occaſio eſt, quod

Omne tulit punctum, qui miſcuit utile dulci.

quamquam neque hoc nobis perpetuum, verum ſecus ubi

Ornari res ipſa negat contenta doceri.

Imperfectionis fortaſſe potius ſubiero culpam, qui quantum ſobrietati ſtudui, tantundem in ieiunitatem decidiſſe potui. Quem defectum (conceſſerim) commiſi equidem prudens in pleriſque, ideſt in rebus haud planè neceſſariis, ſed quibus ſuperſedere, velut hypotheſeon loco, facile debui. Qualia quidem ſunt de formis ſerpentium; de veneni natura, differentiis; de Vipera moribus naturalibus; de medicinali eiuſdem omni materia; de Theriacæ rerum longo apparatu; de diagnoſeos, ac prognoſeos; de therapeias amplis excurſibus: quæ mea quidem non eſſe vel à primordio conſtitui, quippe quæ ſunt diligenter ab aliis autoribus pertractata. Sic verò non receſſi à more, & à præſcripto Hippocratis, qui Libro

bro

bro de Carnibus initio ſcripta reliquit hæc : Ego ad hunc vſque ſermonẽ communibus ſententiis utor, tũ aliorum, qui me præceſſerunt, tum etiam meis. Neceſſe eſt enim commune principium ſententijs ſupponere eum, qui velit de Arte tractationẽ medica componere. *Natiuis autem Viperæ primordiis exploratrix partium ἐχιδνοτομὴ ſuccedit; Lemma profectò neceſſarium, ac fundamentum fermè præcipuum noſtræ diſquiſitionis. Quo quidem ſcopo luculentiſſimam hanc particulam exquirenti mihi, & cumulatiſſima huc adiumenta comparanti, protinus occurrere collium Euganeorum viperæ frequentiſſimæ, atque ad Theriacã laudatiſſimæ, quæ ſiquidem mihi locorum longinquitate non paterent, optandum porrò fuit, ut vir amicus ac Zootomiæ ſeriò peritus et paratas haberet pro voto poſſet, et uſq; diſpicere ſeu fœtubus turgidas, ſeu vacuas; & fœtas quidem ſeu diſtentas inſpicere, ſeu viſere parientes. Atque Patauino in Ampliſſimo Lyceo naturæ corporum interpres Vir lynceus,* IOANNES VESLINGIVS MINDANVS *ſe obtulit, cui vel Atoma ſecandi ſubtilitate, vel obſequendi ſtudio & comitate non ubique gentium inueniſſem herclè parem. Huic igitur Anatomicorum ætatis noſtræ Phœnici, tum medici negotii, tum ſenii tædio grauatus, prouinciam amicè detuli: qui qua fuit humanitate, atque adiuuandi mei alacritate, aſſeſſore* IOANNE RHODIO *viro undecunque doctiſſimo, deque veteris Latinitatis medicorum ſplendore bene merentiſſimo, rem hanc expeditiſſime confecit. In cuius ego viri ſubſidio ſicut in utramque aurem recubui, ſic labore leuatus, honore auctus Lectoribus candore probatis aureolam Echidnotomen puram putam exhibeo; certus quod in ea re nil ſint omnino deſideraturi. Vtinam vero præmaturum ſingularis amici fatum promiſſam nobis ὀδοντολογίαν reliquiſſet. Huius certè loco Viri Clariſſimi Ioannis Baptiſtæ Hodierni curioſam ad me Diſſertationem eruditi omnino luce dignam cenſuere. Nec verò, ſi ultra, quam Hippocratis fuit præſcriptum, aliorum inuentis uſus fuerim, propterea ſuperuacuam & culpabilem commiſiſſe operam videri debeo. Nimirum id non ſupinè, nec ſine auctario, aut non ſine emolumento fuiſſe arbitror, qui alienæ officinæ res ampliando, vel moderando, vel corrigendo, vel interpretando, vel in alios uſus bonos transferendo, & accommo-*

dando protulerim. Quales curioſa in primis amicorum de Viperis narrationes: quas nobiliſſimos Theriacopœos Lucenſes, quos honoris gratia nomino, D. Michaelem & Balthaſarem Campos fratres germanos aliquando ſuppleturos confido. Sationis ſua fructus qui reddit ager modice uberiores, laudes nonnullas à cultore ſentit; qui pares, vel minores rependit, hic illaudatus reſtat, & infeliciter audit. Ad ſummam autem de Tractationis huius usura ſic mihi perſuadeo, ſic polliceor; ſi ritè fidem obſeruata merentur, non ſine fructu grato dignoque futurum, quodcunque ſcripſerim. Scripſi autem doctis, & candidis: ſcripſi his, qui rectè res penſitare, ac iudicare norint. Cæterum Deo prouiſori maximo, qui mea ad laborem ſtudia miſeris mortalibus adiuuandis incitauit, quicquid id eſt operis, quicquid promeriti mei, commendo.

AD

AD AVCTOREM
CLARISSIMVM.

Vipera quæ ſiluas coluit vaga Regna Dianæ,
Nunc Heliconiadum gramina carpit humo;
Et quæ venantem Latoida terruit atra,
Ad medicas Morci ludit amica manus.
Mira fides: ſcripta hæc dum dat ſua philtra SEVERVS,
Mortiferam colubri dedidicere luem.

Hieronymus Bombinus Soc. Ieſu.

AD PHOEBVM
De Antidoto ex Vipera.

Sic flauos tibi ventilet
Crines aura leui ludrica flamine,
Et colli vaga per niues
Laſciuâ volitet cæſaries fugâ.
Intonſa nitidus coma
Collis diue potens, Phœbe, biverticis
Huc præſens ades: & chelyn
Vocemq; ambroſiis conſocia modis.
Vincendum tibi mellei
Virus vipereum nectare carminis:
Artem namque Machaonis
Tu calles, medicis uſibus arbiter.
Dic qua pharmaca vi poteſt
Inflicto coluber condere vulneri,
Et qua lege, venenifer
Olim, ſæuitiam nunc poſuit ſuam.
Vires, quas rapuit ferox,
Iam miſta moriens reſtituit dape.
Ibat per nemorum iuga
Attollens humeris colla tumētibus,
Linguis tergeminis minax
Nuper dū liquidā vipera ſemitam
Cæli lambit; & horridas
In ſpiras ſinuat flexa plicatilem
Caudam, ſiluigenûm metus
Paſtorum; tacito quā pede preſſerat
Auceps callidus, & ſuis
Captiuam ſubito condidit arculis
Victor: tum chalybes truces
In cotes acuit ſanguineam ad necē;
Dein caudæ capita infima
Coniungens digito, certius expetit
Vulnus: ſciſſaque protinus
Abſcedunt medius ultima partibus;
Aſt illa inter aquas diu
Caudā trunca ſimul, trūcaq; verticē,
Pellis nudaque tegmine
Luctata en Lacheſis increpitās morā.
Tum, ne quid ſuperet, faces
Coxerunt vitiū; coctaq; pharmacū
Miſcet vipera vulneri.
Quid non ingenij conſiliis licet?

P. Sacconus.

Q Vodnam veneno poſtulatis Pythium
Alexipharmacum? SEVERVS illico
De Vipera promptum dat, ac peritia
Longa petitum; quo tuetur intimis
Ergaſtulis natura quicquid abdidit.
Venena ſic pellunt venena protinus
Vili paratu graminis recondita,
Vt Bezaar fruſtra petatis obſidem
Salutis, huic AVRELIVS domeſticis
Dum pharmacis doctoque conſulit ſtilo.

Fortunius Licetus.

V Iue diu generoſe ſenex, ſanctiſſime myſta
Palladis, Heſperiæ decus indelebile magnæ,
Viue diu, nam dum viuis non pauca ſubinde
Ad diam veniunt ſelecta volumina lucem,
Queis reſeras Naturæ adyta, & procul ire tenebris
Iuſſis, Cecropii illuſtras confinia mundi,
Socraticoſque doces Iuuenes potare fluentam
Pergameæ Sophiæ, totum quæ ſoſpitat orbem.
Viue diu. Nam te viuo, morbique febreſque
Quicquid & humanos vexando detinet artus,
Aufugit, & trepidum petit atri lumina Pluti.
Viue diu, Iudex procul à liuore remotus
Nomen Amicorum contra conuitia vulgi
Vſque tuens, & Momorum maledicta refellens,
Tanto animi affectu, tanta pietate refulgens,
Vt qui te nouit MARCE, ò doctiſſime MARCE,
Protinus acclamet repetendo verba diſerta:
Viue diu generoſe ſenex, ſanctiſſime myſta
Palladis, Heſperiæ decus indelebile magnæ.

Paganinus Gaudentius.

V Ipereos quid MARCE ſinus latebraſque volutas?
Nonne times anguis tabe fluente latus?
An facies formoſa poli, Thetidiſque profundæ
Non fuerat chartis apta ferenda tuis?
Fallimur: hæc ultro diſcunt miteſcere; quando
Mite nitet cœlum, mitis & unda ſilet.
Mitis ut in tectis poſthac eat anguis, ab aureo
Debuit eloquio mitior ire tuo.

AD

Ad Evndem.

Mercurio par cunčta Deo ſpectabilis erras;
Atque refers cenſu diuite mille notas.
Siue lyram tractat, Martem ſeu carcere ſoluit;
Euolat aligero ſeu per inane gradu,
Pegaſeam tu doctè lyram, tu nablia pulſas;
Saucia pannoſo è carcere membra rapis.
Italiam vaga facta tuum iam Fama per omnem
Nomen agit, pennas dum citat alta leues.
Defuerant angues, geſtat quos pacifer Hermes;
Vipera Mercurium te decet iſta ſuum.

Ioannes Bapt. Clericius.

Vipera Parthenopes dudum concepta lacunis
Collibus Euganeis Pythia, Phœbe, redit.
Munus habes medico dignum: nec vilius auro
AVRELI claro nomine vernat opus.
Quæ vis beſtiolæ, quæ venis toxica pellat
Dira, SEVERINI culta pagella docet
Diſcite Phœbigenæ paruo producere vitam:
Diſcite quam tuto noxia ſæpe iuuent.

Ioannes Rhodius.

Al Sig. D. MARC' AVRELIO SEVERINO Scrittore abſolutiſsimo della Vipera Pithia.

QVeſta, che miri ingiurioſa à morte;
Lacero il ſen, cadauero di vita:
Se fu toſco atrociſſimo di vita,
Fia già sferza inuittiſſima di morte.
O qual' arte, ò qual' opra: in grembo à morte
Spirar per mano vltrice aura di vita:
Et con armi di morte ordir la vita,
Et con ſpegner di vita, ancider morte?
Verſi adunque Megera, apri Pandora
Stuolo di mali, inſidioſo & foſco:
Ch'oppoſti à tanto horror affidi ancora.
Sorga de Libij campi il piu ſpietato
Angue che ſpiri horrendo, & mortal toſco:
Che queſto ancor potrai iungere el fato.

Mutio Campomeſchi Med. Fiſ. di Ciuità Regale.

TV che primier vai nel Peonio Choro
De chiari geſti tuoi ben puoi pregiarte:
Tra noi d'eccelſa ſapientia, & d'arte
Celebre eſempio, & del bel dir ſonoro.
Già ſpinto à Lete, nel vital reſtoro
Rendi l' huom fral, fatto immortale in parte,
Nuouo Eſculapio, che le membra ſparte
Aggiungi, & ſerbi col ſalubre alloro.
Deue à te più che al dì Cò vecchio il mondo,
Buon SEVERIN, ch' à miſeri mortali
Spieghi di fera rea velen ſecondo.
Ve là ſu in Ciel la tua Pithia Gentile
Giunta al ſuo pari: hor chi l' ha preſte l' ali,
Penſier, forma, ordimento, ingegno, & ſtile.

Del Medeſimo.

INDEX

INDEX CAPITVM.

PART. I.

I. *De tetra & horrenda Viperæ natura.* 1.
II. *Terrenam Viperæ naturam eſſe.* 25.
III. *De Cæleſti atq; ætherea Viperæ natura.* 34.
IV. *Viperæ conditionem alexiteriam eſſe.* 69.
V. *De cauſis alexiteriæ virtutis Viperæ.* 73.
VI. *De recondita Viperæ natura.* 77.
VII. *De Viperæ Temperatura.* 86.
IIX. *De propriis Viperæ moribus & conditionibus.* 117.
IX. *De indifferenti & media Viperæ natura.* 131.
X. *De Viperæ generatione.* 176.
XI. *Analyſis Viperæ.* 206.
XII. *De Viperæ partibus.* 230.
XIII. *De Viperæ generatione.* 242.
XIV. *Receptæ de Viperis narrationes, & Aduerſiones.* 246.
XV. *Falſæ de Viperis narrationes.* 262.

PART. II.

I. *De Partibus Viperæ præſentis veneni ſuſpectis.* 273.
II. *De partibus oris viperini veneno delibutis.* 291.
III. *De ſcaturigine, viis, ſede promptuaria viperini veneni.* 299.
IV. *De Materia, Forma, proximo inſtrumento, conditionibus viperini veneni; deque huius generatione.* 305.
V. *Controuerſiæ aduerſus modo propoſita.* 315.
VI. *De ratione modoque, quo Viperæ liquor inficit perimitque viuentia.* 326.

Am-

VII. Ambiguitatibus, quæ placito noſtro aduerſantur, ſit ſatis. 334.

IIX. De arcano venenandi ictu atq́ue actu obſeruationes, & experimenta noua. 357.

IX. De modorum infecturæ inſtrumentorumque plenitudine problematis enodatio. 369.

X. Subtiliores aliquot de venenis Diſquiſitiones. 379.

PART. III.

I. De indiciis iudiciiſque viperei veneni. 405.

II. De his quæ ordinantur ad Theriacam apparandam. 416.

III. De Theriacæ facultate, ac de præſtabili eius antidoti ratione. 422.

IV. Viperarum præciſæ carnes an ſint venenatæ. 437.

V. De conſiliis aduerſus infecturam rite capiendis, & exequendis. 449.

VI. De ſolennibus Antidotis, & interiore curatione. 459.

VII. De remediis, quæ ex Vipera ſumi poſſunt, ex Conrado Geſnero. 473.

IIX. Salis Viperini volatilis parandi ratio. 495.

IX. Varii Viperarum in pulueres apparatus. 498.

X. De Puluere qui fit ex ſerpente, & de Vipera. 505.

M. AV-


MARC. AVREL. SEVERINVS THVRIVS TARSIENSIS PHILOSO. AC MEDI IN REG. LYCEO NEAP. ANAT. ET CHIR. PROF. PRIM. AN. ÆT. LXXI.
Illuſtrem manus auſa sagax depingere MARCVM,
Falleris, exactum si tibi credis opus.
Quod capit immenſis concluſum finibus orbem,
Qui capiat tantum parua tabella caput?
Reinoldus Dobnius
Regiomontanus.
CIↃ IↃC L



M. AVRELII SEVERINI
VIPERÆ PYTHIÆ
PARS PRIMA,
QVÆ DE HVIVS EST NATVRA.

DE TETRA ET HORRENDA VIPERAE NATVRA. CAP. I.

§. 1. *Ex fabrica ametria, procreationis modo, greſſu, deiecto ſitu, habitu, halitu, viſu, toto genere forma vipera exoſa.*

AMpliſſima in hac rerum univerſitate, quam Deus & melior natura ex informi chao primitus excitauit, pleraq; multa videntur irrepſiſſe, quæ fortuitam & reiectaneã arguunt ſui procreationem. Eiuſmodi ſunt beſtiolæ, & animalcula, quæ terris, aut demiſſæ repunt, aut pedibus gaudentes terrenam non excedunt ſortem. Ex utroque genere deſpectiſſimæ ſunt ſerpulæ, morſu vel ictu venenum inferentes; tum quod depreſſæ terram perpetuo lambunt; tum quod innocentibus conſueuerunt nocere. Ex quo ordine ſunt, & in propoſitum noſtrum ſermonem delapſæ pridem Viperæ. Nihilominus,

Indigna procreatu videntur Reptilia univerſa.

ſi penitiſſime rē inſpiciamus, plane cognoſcemus, oportuiſſe terris extare animantes anguina forma, ſeu quidē

Cauſa quibus ſerpentes oportuit extare terris.

naturæ amplitudine; ſeu τῆς ὕλης vacuitate, appetitu, rapacitate; ſeu numerorum momentorumque multiplicium in aliquam ſpem implicitu, atque concurſu; ſeu ſpecierum complemento; ſeu ſpecioſa rerum varietate; ſiue inceſſus proprietate, quæ per ſummum Philoſophum in peculiari pertractatione fuit demonſtrata. Forent autem ſerpentes nocenti ac truculenta natura (atram appellauit in Georgico Secundo Virgilius) id oportuit certe tum materiæ fatali neceſſitate, & ut ita dicam, congruitate; tum inſita animantium tuitione; tum Dei Opt. Maximi ad noſtros acuendos ſenſus, & ad ſingularem eliciendam antidotum aduerſus venena prouidentia: quæ ſingula ſuo ſunt loco per nos declaranda. Ex hoc igitur omni genere cum atrox atque inſultatrix ſuapte natura fuerit vipera conſenſerunt, & cum hoc charactere tetro, & cum hac conditione feroci, cæteræ aſpectabiles formæ. Sic ab opifice prouidentiſſimo condita fuit abominabilis, diuino rē indicante oraculo. quod habet: *inimicitias ponam inter te, & mulierem; inter ſemen tuum, & ſemen illius.* Abominabilis etiam, & horrida reddita eſt per nonnullos conformationis, & ſtructuræ ſuæ ordines, quos mox ſubiungam.

Conſentiens cum nocenti viperæ natura ſpecies abominabilis.

Fœde fabrica ſerpentis expenſio.

Primum autem uniuerſam ſtructuram explicabo; iuxta quam horriferum, & exoſum eſt viſu animal, ut quod præpoſtero, ut dicam, ſitu, atque e diametro diſtat ab hominis ſpecie. Hæc enim in cælum ſublata, & recta; illa ſolo æquata, ac deiecta; illius facies ſublimis ſublime cælum aſſiduē ſpectat; huius os perpetuo terram contrectat. quo dictum eſt illud: *ſuper pectus gradieris, & terram comedes cunctis diebus vitæ tuæ.* Quod ſi quadrupedes animantes, quæ pronæ ſunt in terram, licet pedibus alte ſublatæ, turpes viſu videntur, quanto turpior, & informior, quæ non proniſſima ſolum, ut in tertio de uſu partium vo-

Hominis ſtatura Viperæ ad terram deiectio plane contraria.

A minori.

cavit Galenus, ſed expes, ac reptans pectore deradit terram: quamquam reuera pectus non eſt, ſed ſedes ſituſq; pectoris verbo ſignificata. Raptantur igitur per terrã, cor, atque præcordia; raptantur, & nutritioni generationiq; dicata membra; per hiemem, per brumam, perque rigentes terras noctu, diuque cubanti, quieſcenti, gradienti, viſcera, caput, ſenſoria omnia hærent incubantque terræ: hærent inquam, neque abſiſtere puncto uno temporis ab humo poſſunt, nil fallente decreto Domini, qui imperauit, ut ſuper ventrem graderetur cunctis diebus vitæ ſuæ. Hæc una greſſus enormitas fuit. Altera deinde eſt, quod conuoluere, ut Virgilius ait, lubrica membra per ſpiras atque affatim uniuerſa ſe ſpina ſecundum latus elumbi quodam, & luxatorum modo commouere, mendicæ nimium ſortis, & miſere prorſus deficientis naturæ videtur: quod audi, quam acute perſpexerint priſci, qui, ut Gigantum diis ſuperis inſultantium miſerabilem inſolentiam unice deriderent, auguſtiſſimam in his humanam formam turpiter in angues deſinentem ſunt commenti. Quo certe ſpectaculo quid incongruentius, aut indecentius, quid abſurdius dici queat? quam vermium ſane productionem videtur indicaſſe Pythagoras μετεμψυχωτὴς omniũ præſens, qui vipereos exortus ex humana medulla putreſcente profectos autumauit apud Ouidium 15. Metam. canentem ſic;

A equata ſolo vipera ſemper.

Greſſus enormis.

Serpentes ſ.ſ. Pythag. ex humana medulla.

Sunt, qui cum clauſo putrefacta eſt ſpina ſepulcro
Mutari credunt humanas angue medullas.

Vſq; adeo ut cum Sphyngibus, & Harpyis fœdiſſimis omnium monſtris connumerarit Ouidius, cum de Gigantibus ita loquutus eſt:

Sphyngaque, & Harpyias ſerpentigeroſque Gigantes.

Metire modo corporis anguini terminos, quam ab hominis conſtitutione diſſiti ſint omnes. eſt virilis ſpecies ſecundum longitudinis, latitudinis, craſſitiei limites ſym-

Corporis Anguini termini quam ab humana proportione diſſiti.

 metra,

metra, & commoderata; at incommoderata prorſus, & ametra ſecundum exilem ſui productionem eſt anguis undequaque. Nec verò ſolum exterioris habitus, ſed & interioris. Par enim ad unguem, & æqua conformatio prælongi ventriculi, longiſſimi iecinoris, promiſſorum renum, teſtium, uteri, pulmonis, & cæterarum partium ſingularum, quæ longum corporis filum oportet pariter comitentur & æquent. In infinitum autem, ut abeat inſolentia formæ; & hanc in teretem, & quaſi caudiformem, ac vermiformem ſpeciem delapſa eſt deformitas. Quid autem dixi vermiformem? quin vero, & ipſi vermes apparent, in arcula conglobati viperini catuli, quos edi per ſingulas vicenorum, & quinorum numero compertũ eſt. Cuius tanti ſapientis ut mire confirmaretur decretum, utque Viperæ improbitas abunde nunc appareret, Aeliani noua fuit aduerſio; haud ex omnium promiſcue neque ex honeſtorum medullis, verum ex ſceleſtorum hominum priuatis confieri Viperarum exortum, ut congruat his illud, mali corui mala oua. Neque ab hac interpretatione abluſerunt Mythologi naturæ ſcientes, quorum, ut alias dixi, Nicãder tradidit venenatos angues ex Titanum, & Typhæi præciſe ſanguine fuiſſe conceptos. Acuſilaus vero ſcripſit hoc genus animãtes ex Typhonis cruore procreatos. Apollonius quoque Rhodius in Alexandriæ Conſtitutione ex Gorgonis guttis ſanguine ſtillantibus natos. Aquilam, quæ Promethei iecur exedit, ex Typhone & Echidna natam aliqui aiũt apud Hyginum: Echidnamque & Chimeræ matrem retulit Cœlius. Ipſam vero ex Phalange, & Arachne, tam quidem exiguis quã veneno cumulatis beſtiolis exortam expoſuit Zenodotus in Lib. de ortu Serpentium. Ad hæc omnia Cerberus Horatio Cẽticeps denſiſſimos è tot capitibus per tot dorſa demiſſos angues ſurrigens horrende latrat immane monſtrum ex Typhone & Echidna ideſt Vipera creatum.

Vipera ex medullis ſceleſtorum.

Serpentium generatio varia ex Mythologis.

De-

Denique non aptari Viperas adverteris niſi cum immanibus, & extremè nefaſtis. de quibus poſtmodum nos. Interim dimiſſis velaticiis mythologorum commentis, aliorum apertiores de ſerpentium ortu ſentẽtias referamus. Serpẽtes ex hominum cadaueribus mediis gigni medullis, ſicut apes ex bobus gignuntur, ex equis fuci, ex aſinis crabrones, ſcripſit Plutarchus. Ex humanis promiſcue cadaueribus ſerpentes gigni tradiderunt rerum naturaliũ ſcriptores. Ita Pierius. Macrobius vero in Aegypto mures, ait, ex terra, & imbre naſcuntur, & in aliis locis ranæ, ſerpenteſq; & ſimilia. & apud Cælium Rhodiginum Auicenna aſſerit ſerpentes ex mulierum præcipue capillis concipi, quod productiores ſint humectioreſque natura. Præterea Maro Plinio referente fimeta ſub dio concauo loco, & qui humorem colligat ſtramento intecta, ne in ſole areſcant, palo e robore depacto fieri iubet. ita fore ne innaſcantur his ſerpentes. Poſtremum his addam Arnobium, qui in libr. 7. contra Gentes: *Aeſculapius*, ait, *iſte quem prædicatis, Deus præſtans, ſanctus Deus, ſalutis dator, valetudinum peſſimarum propulſator, prohibitor, & destructor, per terram reptans, cæno natis ut vermiculis mos eſt, ſolum mento radit, & pectore, tortuoſis voluminibus ſe trahens, atque ut pergere prorſus poſſit, partem ſui poſtremam conatibus prioris adducit*. Hæc noſtræ religionis aſſertor. quibus ſuis, & aliorum teſtimoniis vides iam ex putri materia, neque alia, quam vermes forte naſci ſerpentes. Vin' experimentum? Tales profecto fuit ſpectare circa Padum implexos, quum illuſione magna viſæ Viperæ ſunt e limo ſurgere tempore belli Cæſaris, & Antonii, referente rem Sabellico 3 Enn. 6. Taleſque videre fuit in oppido Turris Paludum loco, ut nomen monſtrat, uliginoſo, qui ſub Ponte Torrentis eſt; ubi tanta vis exſtitit anguium An. Chriſti CIↃIↃCXXVII. ut niſi per indigenas occurſum fuiſſet facile proximos oppidanos

Ex Meduſæ capitis cruore deciduo ſerpentes.

Apum, crabronum, generatio.

Inceſſus anguiũ proprius.

nos omnes exterminaſſet. quæ mihi prodita eſt hiſtoria à Reuerendo Sacerdote & erudito Viro Iacobo Verardo Lycienſe. Memini autem & per maritimos tandem tractus vim anguium expreſſam a magno Dante Aligherio cum Inferni Cantico XXV. cecinit:

Maremma non cred'io, che tante n'habbia,
Quante biſcie gli hauea ſopra la groppa.

Verum enimvero quid vermes dubitamus nominare ſerpentes, quando & σκολωπλανέας appellauit Ceraſtas Nicander. Adde quod & Vermes dicere viciſſim poſſis ſerpentes, ut dixit utique lumbricos ſerpẽtes autor libri ſecretorum ad Montium: ut iam nil diſtet, ſeu ſerpentes dixeris vermes, ſeu vermes ſerpentes. Scoliodes autem hæc natura tam vilis, & ſordida, tam deſpecta viſa eſt Galeno in Lib. de formatione fœtus, ut ſuos Platonicos unã mundi animam rerum omnium formatricẽ opinari facile paſſus non ſit, hoc uno homine, quod ſic impiè conſtituatur unum eundemque opificem hominum pariter ut Viperarum: quod reptile genus ſubdidit ad hæc Pergamenus vir ſic aduerſum, ſic infenſum noſtræ naturę, ut comparatos ab ortu noſtro nos ſentiamus ad horrendos Angues, habitataque membra veneno, quod Manilius ait, continuo viſos abolendos; impuneque profectò abolere nituntur pueri, viri, femellę, & quodcumque genus eſt hominum ruſticorum aut urbanorum. quam ad configendas, atque perdendas ſerpentes impunitatem, & inuidioſam hominibus harum conditionem luculenter expreſſit eruditiſſimus Arioſtus Cantico XLIII. Statiunculis XCIX. & C. ſub genii perſona cum ſerpentis amictu ſic.

Deſpecta Vipera natura.

Platonis opinio à Galeno reprobatur.

Cunctis hominibus exoſa Vipera natura.

Il vederſi coprir del brutto ſpoglio,
Et gir ſerpendo è coſa tanto ſchiua,
Che non è pari al mondo altro cordoglio;
Talche beſtemmia ogn'una l'eſſer viua.
E l'obligo, ch'io t'hò, perche ti voglio,

Inſieme

Inſiememente dir, onde deriua.
Tù ſaprai, che quel dì per eſſer tali:
Siamo à periglio d'infiniti mali.

100.

Non'è ſi odiato altro animale in Terra,
Come la ſerpe; & noi, che n'habbiam faccia,
Patiamo da ciaſcuno oltraggio, & guerra;
Che chi ne vede, ne percuote, & caccia.
Se non trouiamo, oue tornar ſotterra,
Sentiamo quanto peſa altrui le braccia.
Meglio ſaria poter morir, che rotte,
E ſtroppiate reſtar ſotto le botte.

Cuius uniuerſalis auerſationis, & odii prẹter reconditam unam antipathiam, quam nuper enarraui, prẹcipua altera cauſa eſt, quod depreſſo, et humili iſto ſerpentium alioquin inſidiantium in terris conſtratu facilis ſecũdum omnem ſuam voluntatem ſub noſtros ſtantium pedes, et ad noſtra, ſeu ſedentium, ſeu cubantium corpora eſt adreptus: quem adreptum ſẹpè ferente rerum caſu paratum, ſuo ſecum animo concipientes ſibique ipſi reprẹſentantes mortales, qui lubricam, et verſatilem ἰλυσπάδας colubri verſuram tuentur, non poſſunt non pauere, ſeu per omnes corporis nudi ſinus, ſeu per veſtium laxamenta futurum timeant iſtorum inſinuatum. Sic Virgilius Aen. 7: *Abominationis noſtra ſuper viperam cauſa.*

Ille inter veſtes & lenia pectora lapſus
Voluitur attactu nullo fallitque furentem.

Sic mea porro eſt imaginatio, ſubire voluiſſe duos Angues in Herculis infantis cunabula, ut eum inter crepundia cõficerent, ſic Ophelten Archemorũ alias dictum Lycurgi Regis Nemeẹ filium, dum negligenter ab Hypſiphile cuſtoditur, ferpens dirus adortus eſt, ut legitur apud Ouidium Sulmonenſem. Sic Argen in ventriculum hominis ſopiti ſubrepſiſſe: quod Hipp. narrauit in Epide. 5. Sic Viperam item, quam e ſtomacho per anum eduxit Marcus *Latẽtis in nos Anguium ſurreptus explicatio.* *Vipera è ſtomacho cuiuſdam hominis miro modo euocata.*

Ca-

Catinaria vi ſuffiti corii una cum lini ſemine combuſti. Ad ſummam, ea cauſa prouidentiæ fortaſſe fuit, qua monuit incautos Nicander, vitarent ſepen ſerpentem corpore ſimilem humilibus lacertis. Ad inſolentem corporis viperei conſtitutionem ad formæ deformitatemque acceſſit habitus, & extima cutis perenni circulorum ambitu loricata, & ſqualentibus hiſpida ſquamis, quæ per iram quemadmodum hiſtricis ſpicula ſuos in uſus ſurriguntur. Hæc autem cutis inconcinnis coloribus ac lynceis quaſi maculis eſt variegata. quali quidem verſicolore variaque pelle depictus eſt anguis Virgilio per hæc:

Cutis ſquamis & verſicolore habitus corporis.

Cærulea cui terga notæ, maculoſus, & auro
Mille trahit varios aduerſo ſole colores.
Squamam incendebat fulgor, ceu nubilus arcus.

Exemplo ſimili beſtiam fraudulẽtam repræſentauit Dantes Aligerius Tuſcus Poeta, Phyſicus omnium maximus, hiſce carminibus Inferni Cantici XVII.

Lo dorſo, e'l petto, & ambedue le coſte
Dipinte hauea di nodi, e di rotelle,
Con più color ſommeſſe, e ſopra poſte
Non fer mai drappo Barbari, nè Turchi,
Ne fer mai tele per Arachne impoſte.

Horribilis Viperæ cõſpectus.

His & aliis, quæ calamo ſatis exprimi non poſſunt, notis continuo viſum anguem non expaueſcant, aut non exhorreſcant mortales? Quam naturalem hominis affectionem dixit Gal. lib. 2. de Sympt. Cauſis Cap. 2. etiã cum fuga ac tremore ſentias ſuetam. Adde etiam cum ſubito pallore, ut idem Gal. Lib. de Motibus manifeſtis, & obſcuris. quinimo Hippocrates in libro de Humoribus. Vſq; adeo, ut in ſolennem comparationis venerit formam. Sic Iuuenalis Satyra 1:

Palleat, ut nudis preſſit, qui calcibus anguem.

Quem eumdem incaute calcati ita quidem anguis horrorem mirificus Poeta ſic expreſſit, ut ne per luſum quidẽ,

Aeneid. 2.

ſed

ſed exhorreſcens ipſe ſuos item auditores exhorrere voluerit:

Obſtupuit retroque pedem cum voce repreſſit.
Improuiſum, aſpris veluti qui ſentibus anguem
Preſſit humi nitens, trepidusque repente refugit,
Attollentem iras, & cærula colla tumentem.

Ad hęc autem quo Mythologorũ conſilio rictibus anguiũ crebriter hiantibus Meduſæ caput complicari libuit, quã ut terroris ſummi ſignificationem exhiberent hocce hieroglyphico? Audiſti iam quam multum prædicata; audi nunc quam vere comperta naturalis inter homines anguium abominatio. Scilicet narrauit Plutarchus in vita Scipionis, & Gal. ad Piſonem Cap. 5. Annibalem Claſſis Pruſiacę præfectum aduerſus Pergami Regem nouo commento quum pugna iniretur magnam ſerpentium vim in vaſa fictilia conieciſſe, deinde inito prælio dum omnium animos oculoſque occuparet certamen vaſa in hoſtium naues immiſiſſe, atque eo pacto implicatos hoſtes & rę noua perterritos in fugam vertiſſe, victoriamque retuliſſe. Atque hoc in martiali neceſſitate ducis ſtratagema fuit atque ſagacitas. Alias vero ſub ludicro ſpectaculo deſidioſus Heliogabalus, ut eſt apud Lampridiũ, ſerpentes per Marſicæ gentis ſacerdotes collegiſſe fertur, eoſque ſubitò ante lucem, ut ſolet populus, ad ludos celebres conuenire, per locum effudiſſe, multoſque afflictos morſu & fuga conſternauiſſe. Quid quod non tantum homo, ſed & animantes ferme omnes viſam hanc formam pauent. Spectent enim oſſifraga, Pauo, Gallus gallinaceus, Accipiter, Cygnus, Vultur, Anas, Anſer, Pica, Mus; ſpectent animantes incautæ diſcurrentem anguẽ, continuo videbis has diſſilire, ſtridere, plumis horrere, concuti alis, conſternari pectoribus. Dictus iam viperæ viuentis horror, quî fortaſſe credas abſentis & mortuæ non ſentiatur? Sed & abſens tãtundem abominabilis eſt, relictis à ſe fœdis veſtigiis, & odore graui, quem ad nauſeam uſque referet capſula, in qua fuerit viperarum venatio

Mythologorũ autoritas.

Annibalis ſtratagema.

Heliogabali per Serpentes luſus.

Et cætera omnes animantes unam Viperã exhorrent.

Veſtigia Viperarum graueolentia.

tio diu concluſa. Sed longe teterrimum halant cauernę, ſub quibus per hiemem omnem fuerint ſtabulatæ: cuius rei non ignarus Poeta Martialis lib. 4. Ep. 4. de Baſſa putida ſic ait:

Quod vulpis fuga, vipera cubile,
Malles, quàm, quod oles, olere Baſſa.

De ſerpentium halitu, & odore cõtrouerſia.

Locum neſcio legerit aut aduerterit Lucius Mainerius Siculus Rerum Hiſpanicarum Cap. 16. qui eo pro conſtante conſtituto, quod viperæ bene fragrent excrementa, ſiccam eiuſdem temperaturam adſtruxit. Quin & eruditiſſimus H. Cardanus lib. 9. de Subtilitate, & hunc ſequutus rariorum cunctorum obſeruantiſſimus Hieronymus Mercurialis, Lib. 1. de Venenis Cap. 14. profeſſi ſunt, quia venenoſis animantibus excrementa omnia ſunt excocta; propterea fieri, ut hæc non fœteant, imo ubi habitant ſerpentes fragrantiam potius reddi, quam fœtorem. Cui tamen opinioni repugnat ac diſſonat δὶς διὰ πασῶν, quod ſcriptum reliquit Conradus Tigurinus in Lib. de Serpent. in genere. B. F. per hæc: *Vbi ad locum excrementi, qui ſub aluo eſt, ſicuti & in piſcibus, excoriando ventum eſt, odore grauiſſimo feces humana excrementa ſuperarunt.* Addit & Aelianus Lib. 9. de Animal. cap. 44. cum inter ſe coeunt ſerpentes odorem exhalare grauiſſimum. Sic ultro citroque re diſtracta grauis exiſtit de fecum anguinarum odore controuerſia. Verum enim vero ut inter duos ſcriptores ex aduerſo iudicātes iudicium interſeram meum: quod animo ſtatuerim indicabo. Aliud namque eſt de ſerpentibus uniuerſis (Anguis porro Aeſculapii ab explorato fragrat) quod & Conradus retulit; aliud de Vipera ſpeciatim aſſeuerare. Quare qui fragrantiam extulit ſerpentum perbene cauendum è capſulis grauem Viperarum exhalatum admonuit: nec quicquam incommodi fecit. Sed nos noſtra proſequamur. nedum enim Viperæ, ſicut ille dicebat, cubile diſplicentiſſimum eſt olfactu; verum etiam eiuſdem, non dico afflatus, ſed afflantis vicinitas, tractuſque hoſpitantis malignus eſt. Nempe Nicander

Diſſidij Sedatio.

cāder in Theriacis, Dioſcorides in Lib. 2. Materię medicę cap. 191. prodiderunt inter alias pleraſque cauſas, quibus fungi pernicioſi ſunt, proxime accedentes viperarū incolatus eſſe. Quod etiam enunciatum uniuerſale fecit Columella Lib. 1. de re ruſt. cap. 5. dicens: *Tum etiam natricum, ſerpentiumque peſtes, hiberna deſtitutas uligine, cano & fermentata collunie venenatas emittit: ex quibus ſæpè contra aluntur cæci morbi, quorum cauſas ne medici quidem perſpicere queunt.* Sic quidem integrarum iniucunda ſpiratio eſt, cæterum neque elixarum aut ad ſalem parandum uſtarum odor ſuauis eſt. Verum, ſi monenti Piſonem Galeno credimus, peſtilens eſt, & auerſanda. Adeo nil ex puſillo corpore ſurgit, quod non ſit nobis infeſtum atque funeſtum.

Iam autem nedum olfactus, viſus, guſtus ita ſunt ex hac fera perhorridi; verum etiam lubricum, & fluxile cōtagium ſuarum quarumdam partium, non dico venenatarum, ſed hoc etiam vitio culpatarum. Porro ſi renes eius homo quiſpiam incautè calcauerit, affectum iri peſsime, teſtificatus eſt Vincentius Belluacenſis. Quæ contagio, quam admirabiliter & in alios tranſuadat, paucis aduertc docebo. Nempe qui quondam ſerpentis dente colliſi fuerint, horum ſuperuentus & gallinarum incubitus & pecorum fœtus abortu vitiare queunt. Maius dicam, quo maius utique cogitari vix queat. Nam & ſono fidium ex viperæ inteſtinis conflatarum abortionem prouocari geſtantibus utero Lib. 20. Magię Naturalis mandauit Porta. Sed & prægnans pleuritica curata per adipem viperę oleo amygdalino diſſolutam maximo cum lochiorū fluxu fœtum deiecit, obſeruatore Ioanne Baptiſta Spūtonio in Lib. de puluere viperino Cap. 10. F. His autem paſſilium omnium qualitatū formis, & circūſtantiis non ſolū male augurata vipera eſt; verum etiam ementita viperā & ſenſibus interioribus exterioribuſq; obiecta deſpectui ſunt. Quare & referentes hanc formām animantes, quales ſunt ophidion, muſtela, myrus, ſtella læuis piſcis quadriſerpens maculoſus, & alii omnes anguinę ſpeciei piſces, prę-

Fides ex Viperis inteſtinis contagioſa.

Triſtifica quarumcunq; animantium anguina forma.

ſertim marinus ſerpens, licet eſu commodiſsimi, nihilominus ob nimiam cum ſerpente terreſtri ſimilitudinem, quid dicam in menſas appetantur? Nam etiamnum, ut in prouerbio eſt, cane rabido peius & angue cominus eminuſque declinantur. Verum quid exhorreri dixi ſimiles animantes? Nam, & repræſentantes ipſam formæ ſtirpium triſtificæ ſentiuntur aſpectu. Sic dracontii verſicolor anguina ſpecies. Sic radix ſerpentiformis ὀφιώδης dicta: ſic lignum colubrinum: ſic cucurbita anguina, quæ exili productoq; corpore mire conflexa eſt, qualitate ſuis in hortis ſæpe ſerunt demetuntque villici noſtri, quia ſimulacra ſunt ſerpentis, odioſa ſunt viſu. Superat autem has omnes Ophiuſa, in Elephantine Æthiopiæ naſcens herba, liuida difficiliſq; aſpectu, quæ terrores minæque ſerpentium ut obuerſentur facit, ita ut uſque mortem eo ſibi metu cõſciſcant homines, ob idq; cogi ſacrilegos illã ebibere, quæ verba Plinii ſunt alicubi Naturalis hiſto. prolata. Quid quod exuuias ſuas equidem non dicam, ſed unũquodq; corpus teres ſeſquidodrantem, aut circiter productum; item capitulatum in ſummo, ſub calcem proportione gracileſcens; verſicolor & apte per ſpiras in plano loco diſpoſitũ, fabrefactũ deniq; ſic, quod ſerpẽtis ſpeciem modice adumbret, ſæpenumero vidimus animi puſilli homines, pueros, femellas obtutu primo concutere. Non ſolum autem ſimulacrum & idea, quam corporei penicilli, vel ſtylus exprimant, inuiſæ ſunt; ſed ipſa imago menti obiecta eſt etiam pernicioſa. Nimirum retulit in opere de Inſomniis Hieronymus Cardanus; ſi Viperinum prægnans femina fœtum parituram ſe ſomniet, tanti id eſſe momenti, ut & inde brevi temporis ſpatio ſit peritura; periturum quoque per abortionem fœtum, ſi grauida mulier viperam tranſcenderit. quod prodidit Plinius, & Porta noſter. Qui Plinius & Lib. 28. c. 3. *aggrauari vulnera*, dixit, *introitu eorum, qui unquam fuerint ſerpentiũ caniſue dẽte læſi.* Quaſi, inquam ego, non fiat væſanis percuſſoribus, ſi per ſeipſos inſultent mortalibus, verum & per alios, & longa

Triſtifica Vegetalium anguina forma.

Corpus unumquodlibet æmentiens anguem ingratum viſu.

Imaginatione concepta vipera maligna.

longa memoria demorſus officiant nobis. His adde & alteram hiſtoriam de homine quodam, qui cum ſerpentem pro anguilla comediſſet, nil perpeſſus eſt ante quam cognoviſſet viperam fuiſſe: quo comperto adeo animo commotus eſt, ut in morbum illapſus obierit. Ita Libauius in Alchymię Pharmaceuticę cap. 12.

Adeo ſcilicet omnibus modis viuens; mortua, & mortuæ imago; item, quæ imaginatione repræſentata eſt eiuſdem ſpecies. Itemque transfuſu ſuo omni, omnique participatu mortalibus eſt infeſta, atque funeſta. quapropter, & mali ominis fuit antiquitus ſerpens. Itaque apud Horatium Lib. 3. Carm. 27.

Rumpat & ſerpens iter inſtitutum.

Nimirum ſerpens interprete Lambino trāſuerſa ex parte equo terrorem inferens præſignificabat apud veteres triſtem itineris euentum. Numerata ſunt autem hæc omnia mala per Terentium in Phormione: *Introiit in ædes ater alienus canis, anguis per impluuium decidit de tegulis, gallina cecinit* &c. *Vipera nefaſta & mali ominis.*

Sed his longè maiora dabunt hiſtoriæ. Ex quibus nos pauca. Primūm quod M. Aurelii Romanorum Imperatoris coniux Fauſtina viſa ſibi ſit ſerpentes eniti duos, & perditos per hoc filios pariturам, & partos iam Commodum, & Antoninum in peſſimos Principes euaſuros conſulti vates continuo comprehenderunt. Fuit, & inauſpicatus T. Graccho Imperatori ſacrificanti duorum anguium ex occulto prolapſus, qui trium immolatarum exta victimarum identidem adederunt: ille vero Flauii hoſpitis ſui perfidia in manus deliteſcentis hoſtis Magonis Pœnorum Ducis delatus eſt & ſublatus: quod Valerius Maximus in 1. Lib. Cap. 6. narrauit. Quid autem ſi vetuſtiſſimis & altiſſimis quantum fieri poteſt principiis delapſi memoria repetamus malè per noſtros primos parentes à primordio guſtatum pomum? quo quid inauſpicatius, quid maleferiatius? quod uniuerſi ordinem mundi peruertit; quod morti nos immortales ſubiecit; quod uniuerſo generi malum ine-

ineluctabile produxit. Inde autem eſt hoſtile illud, & irreconciliabile diſſidium humano ſemini cum ſerpentibus, ut ſibi ultro citroque aduerſentur, & inſidientur; ſerpentes quidem hominibus infeſti, homines vero viciſſim perdendis ſerpentibus intenti: quod & advertit profanus à ſacra Geneſi Galenus, ut ante diximus. Itaq; iure merito fit inde, ut arcano naturæ ſenſu ab iis abhorreat homo. Quod ſi fuerunt in deliciis ſerpentes hominibus quibuſdam, ut Tiberio, & his, quos Apuleii verbo venenati ſerpentis amplexus delectant, hoc in prodigiis referendum; & inſolentiſſimorum hominum facinus reputandum.

§. 2. *De Viperæ abominatione per huius partes recenſita.*

Vipera caput, & huius partes quã tetra. Totũ iã feræ belluæ corpus apparuit: nũc eius partes ſunt recẽſendæ. Ex ſolidis huius partib. primũ ſe offert caput, quod cũ ſerpẽtibus omnibus ad feriendũ ſit atrox, viperę eſt atrociſſimum Gal. teſte Lib. ad Piſonem. cap. 9. cumque animantibus cæteris ferme omnibus terrenis rotundum ſit, & teſtudinatum, huic eſt ſumme compreſſum, & rhomboides Cardano, detonſa pyramis Alberto, quaſi ſagitta ad feriendum comparata. Præſertim ſi cum longo rectoque corpore perinde ac cum oblonga rectaque haſta concipiatur hæc pyramis coniuncta. Rectè igitur Marinus noſter hanc ipſam diuinè dixit

Animata ſaetta, & viuo ſtrale.

Serpentes miſſili volare tormento. Vt cum nequiuerit ſcilicet animal nequam quemadmodum Acontias ſeipſam ejaculari: de qua re Plinius lib. 8. cap. 23. nec pedibus pavendas tantum ſerpentes, ſed & miſſili volare tormento; nihilominus hanc velit forma referre. Verum omnino tamen caput hoc cervicis expers mirum eſt, ut ſit tortile, quantaque cum pernicitate ſit vibratile. Quod & Horatius in 33. carm. 27.

Vipera diſtenta ſagittam refert. Agilitas Viperæ.

Rumpat, & ſerpens iter inſtitutum,
Si per obliquum ſimilis ſagittæ
Terruit Mannos.

Tanta inquam, ut obſervatores nonnulli perhibeant currentis equi pedi, priuſquam hic ſublatus in terram imprimatur, feram hanc ſæpè morſus inflixiſſe tres. Neque abludit ab hac vulgata ſerpentis agilitate Ioannes Vrſinus in Animalium proſopopœa dicens;

Cum pedibus caream, cum nullis efferar alis;
Cur cedit curſu bellua quæque mihi.

Quod idem caput obſervaveris extremè compreſſum, ſic ut omni frontis veſtigio deſtitutum exiſtat. Cujus defectus cauſa Galenus ad Piſonem ſcribens, & Baptiſta Porta vocarunt inverecundam. Qui mos alioqui quiq; actus τῶν λογιστικῶν ac ſe recognoſcentium animorum proprius eſt. quare non effrontem fortaſſe, verum inſolentem, & nihil in inferenda iniuria contuentem intellexerint hi. Ad qualiſcumque igitur frontis latera poſiti ſunt oculi ſub preſſulæ teſtulæ ſubgrundiis puſillo themate contracti torue tuentes, ſubdolam, & inſidiatricem, ut Cornario placet, feræ conditionem oſtendunt. Quod vero ſanguineis quaſi guttulis ſint interpuncti, Hieronymo Gratarolo dicti ſunt atroces, & truculenti. Tales Ezelino tyranno, itemque Ioanni Marco Vicecomiti fuiſſe perhibent hiſtorici; & in his primus Paulus Iouius; è phyſicis verò Ioannes Baptiſta Porta Lib. 3. Phyſionomiæ Cap. 5. Maculoſi autem oculi, quia monſtrant hyænæ fraudem: hujus item anguis maculoſi oculi communem fraudulentiæ affectum exponent, & eo maxime, quod maculoſa item cutis, quemadmodum ante monſtravimus, eſt quâ nigro, quâ pullo, quâ mixto colore variegata.

Frōtis vacuitas Viperæ.

Oculi Viperini Phyſionomia.

Oculi Viperæ Maculoſi.

Dixi de ſuperiore capitis facie: cæterum ex inferiore genas utraſque ſeu malas exemplo malignitatis, inuidiæ, vafritiei, ſicuti phyſionomis placet, ſingulari compreſſas habet Anguis: quam ob rem homines ad ſerpentes relati, maligni, invidi, vafri exiſtimantur. Atqui ſic malignus, invidus, & veterator hic ſerpens viſus eſt, ut per oracula ſacra fuerit cacodęmoni comparatus, atque adeo peſſimam ſecundum capitis, & cutis partes

Malæ.

infamis beſtiæ phyſionomiam cognoſti. Accipe nunc alias partes, quæ aut fabricæ enormitate, aut veneni pernicie liquido peccavere.

Lingua inſolens forma.

De prioribus eſt lingua nullo exemplo bifida, & fibrulis atris partita, ſicut hanc numero plurium expreſſit Poeta:

Linguis micat ore triſulcis.

Ita quidem Maro. Sed mihi de longo, & tereti capulo producta, & compluribus quaſi funiculis diffiſſa. Præterea, quod reſultorie vibretur, flagellum aut flagelloſa nuncupabitur. Quo non iniuria in ſacrę Iobi hiſtorię cap. 20. ſcriptum eſt: *venenum aſpidis ſuget, & occidet eum lingua viperæ.* Cui item ſententiæ concordans Plinius Veronenſis: *atra* dixit, *hominum ceu ſerpentium lingua vibrat; tabeſque animi contrectata adurit omnia.*

De lingua iam habes, ſub qua maximi dentes, quamdam conſervant immanitatis ſuæ notam. Enimvero nulli beſtiarum generi ferarum impoſiti dentes æquè truculenti. de quorum execranda ſtructura paulo poſterioribus dicturus ſum chartis; qui ſunt Atropi forficulæ; arma furialia ruricolarum; terror peccati; cacodęmonis architectamentum; Dei vindicis ira; hominum impiorum, ut Aegyptii voluerunt, ſupplicium; mortis miniſtri.

Caudæ fœditas ex venenata ſpecie, quam præ ſe fert eadem.

De capite deſcendam ad extremam caudam. Hęc enim cui non inviſa? quæ cuſpide tenus extrema unguiculo tenui prominenti armata (quod adnotavit Cardanus loco dudum citato) necnon Amatus Luſitanus in Centur. et Obſ. alias citatis ſubviridem quemdam ac virulētum ſuccum concludit, motu vero contorquetur volutim ſic & lubrice, ut vermiculum referre videatur horribilem viſu. Vt autem inſolentior eſſet definēs fabricatio, addita eſt ungula quæpiam, quam ad immodicam ſiccitatem retulit Cardanus: ego qui nil huic placito contradicam, ſed uſum, nō formam, aut temperamentum perſequor, illud ad apprehenſionem, & ad terræ carptum fieri credam. Interea ſic fœdam, ſic aſpectu viroſam ſeſe exhibuit cauda,

da,

da, ut pleriſq; hominum impoſuerit ipſam veneni ſedem eſſe; iudicio fortaſſe communi ſcorpii, veſparum, & aliarum quarundam beſtiolarum, quæ cauda inſultant hominibus nonnullam moleſtiam inferentes.

Fluida viperarum partes.

Hactenus dixi de ſolidis partibus: de fluidis eſt ſanguis. De cuius inſolenti veneno per auxeſin perorauit Horatius Carm. Ode 8. & Epod 6 Ode 3. Nec tacebo de felle, cuius, quod ſtomacho inductum venenum eſt, tam dirum exiſtimavit Sanctes Ardoynus libr. 4. de Venen cap. 14. ut, ni virtus huic adſit divina, non evaſurum incolumem affirmarit, conſentiens cum Auicen. qui lib. 4. Fen. 6. Tract. 2. c. de viperæ felle profeſſus eſt nullam adverſus tantum virus prævalere medicinam; & cum Haly Abbate, qui Lib. 4. Practices cap. de fellis veneno, decrevit; qui fel viperæ potavit, impoſſibile ut liberetur.

Fel viperæ quam perniciosum.

De ſaliua virulentia.

Iam autem cum de felle dixerim, non dicam item de virulento liquore, qui uſque adeo malignus eſt, ut Baſiliſci alterum æquiparet. Docuerit quippe te Cælius Rhodiginus hiſtoriam Lectionum Antiquarum opere comprehenſam demorſa viperis corpora minime attrectari à cæteris omnibus animantibus venenatis, quemadmodum à Regulo demorſi non attrectantur.

Vipera æquiparatur Hydræ.

Difficile videtur æquiparari viperam Baſiliſco? At non difficile fuit antiquis confundere ſæpè cum monſtris, primum inquam cum Hydra. Sic enim Ouidius:

Pars quota lernea ſerpens eris unus Echidna.

Et 3. Faſtorum.

Sanguine Centauri lernea ſanguis Echidna.

Geneſis viperæ.

Ad hæc Heſiodus prodidit, Plutarchus repetiit, genitam ex Styge ἐκ πελώρου, de qua re nos in operis principio. Quid autem Aquilam, quæ pro Iove carnificem in Prometheo exercet, ex Typhone, & echidna productam? Quid echidnam etiam matrem Chimeræ? Quod Cælius aſſeruit, matremque Hydræ, quod Ouidio placuit, & Iſidoro. Quid viperam humana facie ex Herculis complexu peperiſſe Agathyrſum, Gelonum, Scitum: quod com-

Viperâ mater Chimeræ.

Vipera humana facie.

Vipera Meduſæ capillitium. mentus eſt Herod. in 4. Eſt Meduſę capillitiũ colubriferũ.

Credam prius ora Meduſæ

Gorgonis anguineis.

Viperis intexti crines Alectonis. Quod primo Triſtium propoſuit Ouidius. Eſt & Alectonis & Turbidarum ſororum ſolemne miniſterium, præcipuum inſtrumentum, propria capitis pars vipera:

Huic Dea Cæruleis unum de crinibus anguem

Conjicit.

Cerberi iubar Vipera. Virgil. in 11. Aen. eſt Cerberi Iubar:

Cui Vates horrere videns fera colla Colubris.

Diſcordiæ capiti implexa Vipera. Eſt diſcordiæ lemniſcus, & corona.

Diſcordia demens

Vipereum crinem vittis innexa cruentis.

Monſtrifera Vipera. Ita nullum eſt inſolens, & furiale numen tartareum, quod non referat attingatque vipera.

§. 3. *Peſſimi viperæ mores.*

Vitiorũ typus Vipera. Temeritas. Subinde vero nullum eſt capitale vitium, quod non includat nutriatque vipera. Primum temeritas eſt illi tanta, ut uſque in ſtomachum ſeſe ingerat ſopitorum. Nota apud Hippocratem hiſtoria ſerpentis Argis, abs quo miſerabiliter afflictus, & convulſus homo mortuus eſt. Niſi hoc etiam cupediæ, & liguritionis vitio tribuas, quo *Guloſitas.* explendo duplici guſtatu, duplicis exertæ linguæ proceſſulis utitur, ut Ariſtoteli placet, aut potius abutitur, ut ego crediderim animal. Verum quid viperas tantæ inclementiæ fęcerim ſtomachi penetralia temere penetrare? quando, & diuos ipſos auſa eſt temerare. 1. Apoſto-*D. Paulus Vipera inſultatus.* lum Paulum adeo criminoſe, ut ſanctum virum periclitata forte fuerit dehoneſtare, ac ſcelerare ceu pœnas dantem impietatis. Verum impetentis, ac divinitatem non agnoſcentis, quam agnoſcere profecto debuerat, ſolius fuit impietas. Cuius impietatis aſſertor primus cum ſit Cacodæmon divinitatis affectator antiquus; huius vero muneri cum proxima ſit magia, porro ſerpens, qui Cacodæmonis perſonam initio ſuſcepit, magiæ miniſteriis optimè facere comperietur. Quod cognoſcens Græca gens

In-

Inſulæ Cûs Anguem, qui paucis ante annis perniciei magnæ indigenis armentis fuit, Thoma Porcachio relatore, Magæ Hippocratis filiæ contegere manes aſſeuerabat. Verum quid Iudices appellavi vulgares? quando, & Clemens Alexandrinus probatiſſimi iudicii vir veneficiis rite patrandis accommodatiſſimum anguem exiſtimarit. Petrus verò Crinitus execrationem beneficiorum ſagæ cuidam vetulæ Viperæ propterea nominatæ, nuncuparit. Planius autem Flaccus in Epodon Ode 5. de venefica ſuæ ætatis famoſa cecinit hæc:

Canidia brevibus implicata viperis
Crines, & incomtum caput.

Immo idem vir Lib. 1. Satyr. ſtriges iſtas vocavit colubras, dicens:

Vtque lupi barbam varia cum dente colubræ
Abdiderint terris.

His adiungitur, & beſtiolæ fraus, quæ per verſicolorem cutem aperta indicatur à phyſionomis. De libidine iam alias audiuiſti, cum qua rapacitas tanta coit, ut reptili ſuę naturæ vim inferre videatur, cum arbores & columbaria conſcendit, pullos involatura nidulantium avicularum, quos & integros & plumis hiſpidos vorat. Detractionis, & Invidiæ ſic altrix, ut exemplo fuerit Plauto, ac D. Hieronymo excetram dicentibus virulentum detractorem. Nucleum excuſſit & ad vivum rem explicavit Ouidius, qui 2. Metamorph. de Livore dixit.

Rapacitas.

Invidia, & detractio.

Videt intus edentem
Vipereas carnes vitiorum alimenta ſuorum.

Inſeparabilis autem, & proprius ſic eſt viperæ furor, ut Virgilius κατ᾽ ἐξοχὴν enunciarit Vipeream inſpirans animam. Quam rei ſententiam expreſſit & Dãtes Aligerius Florentinus Poeta Theologus Maronis obſervator maximus in Cantico Inferni 13. ſub perſona Petri à Vineis, hominis primum in ſe ipſum violenti, mox ſub inferis in ſpinoſum prunum converſi, ſic effatus.

Furor.

Huomini fummo, & hor ſiam fatti ſterpi

D. Ioannis Baptiſtæ apophthegma.

Ben dourebbe eſſer la tua man più pia
Se ſtate fuſſimo anime di ſerpi.

Sed quid iſtos nomino profanos? Diuus etiamnum Baptiſta conditionem Viperarũ iniquã Iudæis domino ingratis torua exprobauit apoſtrophe ſic: γεννήματα ἐχιδνῶν, *progenies Viperarũ*. Progenies inquã parentib. non clementior, verũ & teneritudinis inexpertæ iniuriarum ergo immitior, & iniquior quoq; quæ vix è clauſtris eductæ matris, venenato huius non minus documento quam alimento hauſtis, & mordere didicerunt, & morſum imprimere mortiferũ, ſi credimus Vlyſſi Bononienſi in Cap. de Temperamento, necnon Abbatio, qui Cap. 20. transfuſum in catulos cum ſemine cenſuit venenum. Sed parentum, quod frequentiſſimum eſt, ſic ὑλεφόρον venenum, ſic aſpera eſt noxa, ſic vehementer ignea Nicandri calculo, ut corpus demorſi totum excedat; prægnans vero uſque iumentum Vegetio teſte diſrumpere queat. Peroraſſeque ad ſummam de vitio maloque omni viperæ videntur antiqui ſapientes, qui adagiale illud oraculum invexerunt: Aſpis à Vipera. Quę piget parcius à me dici. Nempè, ſi rectè cēſeamus, hic anguis veſtibulum eſt mortis, atque adeo non iniuria poſitus eſt ab antiquis ante fores inferorum. Nam is profectò Cerberus eſt Centiceps Anguis ab Horatio vocatus in ode 13. carm. lib. 2. & ode. 11. lib. 3. Item qui à Pauſania in Laconicis canis etiam ob ſolidos unos morſus nominatus. Iam autem cum monſtrorum æmulatrix, vitiorum fotrix, dolorum & mortis ſatrix apparuerit vipera; ſummam ipſe per te facile colliges Ἰλιὰς κακῶν, ideſt ſummam malorum hoc animal eſſe. Atque hactenus qualitate nocens viſa vipera eſt. Cæterum, quod noſtram calamitatem extremè exauget, multitudo eſt excedens ipſarum. Quo alludens Plinius Veronenſis vigilans, liber, ſeverus naturæ cenſor conqueſtus de illa: *Non eſt*, ait, *fateri rerum natura largius venena, an remedia genuerit.* Speciatim vero de re noſtra M. Tullius in Academicis admiratus eſt, cur Deus, quem noſtris nos rebus proſpicere volumus,

Catuli viperini ſtatim, ut excluſi letalē imprimunt dentem.

Veſtibulum mortis, & Centanguis Cerberus vipera.

Lerna malorũ vipera.

Multitudo calamitoſa viperarum.

tan-

tantam vim natricum, & viperarum fecerit: cur mortifera
tam multa diſperſerit. Diſperſa, inquam ego Severinus, *Certi terrarũ*
eſt lues ſerpentium, & viperarum per univerſum orbem *tractus vipe-*
terrarum. Verum certis in orbis partibus ſuus & uber- *ris affluentes.*
rimus horum eſt proventus. Sic Africæ peculiare naturæ
malum potius, quam animal hoc eſſe teſtati ſunt Marſi *Africa pecu-*
apud Gal. Lib. de Theriaca ad Piſonem. Vnde rei ſum- *liare malum*
mam intendens Horatius 2. Satyr. *Peior*, ait, *ſerpentibus* *ſerpentes.*
Afris. Ex tota autem Africa potiſſimũ Ophiuſæ tam innu- *Ophiuſa, ſeu*
meræ proveniunt ſerpentes, quã nomen ipſum declarat. *Colubraria.*
Nec minus in Numidia infinita iſtorum perhibetur copia. *Numidia.*
In Arabia quoque thurifera proxima: Dioſcorida Inſula *Arabia.*
viperæ quam plurimæ. Plurimæ quoque in Scirone, Pan- *Dioſcorida In-*
nonia, Aſeleno, Corace, Europæ Promontoriis, authore *ſula.*
Nicandro. In Aſiæ vero, Aegage, Bucartarone, Cerca- *Promontoria*
pho promontoriis. In India occidentali in Regni Mor- *Aſia ac Euro-*
phili montibus maxima fuerunt multitudine. Nec Luſi- *pa.*
tania, ac Hiſpania minimum iiſdem ſcatet. In Bothnia, *India occidẽ-*
quæ cis eſt mare Liuonicum, multitudinem ſerpentium *talis.*
tantam eſſe aiunt, ut perpetua cum his bella gerant pa- *Luſitania. Hi-*
ſtores indigenæ, in oris item quibuſdam ſeptentrioni ſub- *ſpania.*
ditis ſerpentes innumerabiles ſub quercubus Ducem *Bothnia.*
ſuum coronatum, tamquam apes ſuum rectorem ſequi
conſuetas, teſtatus eſt Olaus Magnus grauiſſimus iſtorũ
ſcriptor. In India vero ac Numidia & multo his amplius in
Africa, potiſſimum in Aethiopia, tantam aiunt anguium
vim convenire, convoluique in globum invicem, ut mon- *Anguium*
tis ſpeciem procul aſpicientibus reddant. Per Caſpias *mons.*
vero portas ſerpentium multitudo tanta eſt, ut niſi hie-
me quandoque faceſſerint, tranſitum peregrinis & mer-
catoribus non ſinant. Sed in Italia in agro Ferrarienſi
tam multus eſt viperarum proventus, ut nihil crebrius
his locis viſatur. In agri vero Puteolani lacum memi-
nit Boccaccius in Libr. de Lacubus Iunio veniente tot
ſerpentium invicem glomeratorum ſe præcipitare, ut mi-
rabile viſu ſit. Cui genti proximos Capuanos Oſcos, qua-
ſi Ophi-

BIBLIOTECA NAZ

ſi Ophicos à ſerpētium multitudine dictos legimus apud Servium in Aeneid. 3. Ad ſummam Seneca de Hydra diſſerens ait: *Ego datum huic fabulæ locum exiſtimo, quod anguium genus, ſub quo Hydra continetur, omnium fertiliſſimum ſit, & niſi incendijs ſemina exurerentur, non eſſet fœcunditati eorum reſiſtere.* Nimirum, inquam ego Severinus, quod ex Styge, & Amichano id eſt ſitu infructuoſo, quantum ego interpretor, plurimum exſurgere promptum eſt hoc genus. Itaq; undique differtis hiſce ſeminibus miſeri mortales implacide vivimus, ſic ut vix etiam tuto vivamus. quod Horatius indicavit Tertio carminum Ode. 4. ſub his:

Nuſquam locorum tuti homines a ſerpētibus.

Vt tuto ab atris corpore viperis
Dormirem,

Et Virgilius in Georg.

Non mihi tum molles ſub dio carpere ſomnos,
Nec dorſo nemoris liceat iacuiſſe per herbam.

Sic non per ſomnum ab hoc hoſtiū genere ſecuri ſumus, immo neque etiam per vigiliam. Illud in memoriam revocantibus nobis in maxima vitæ ſecuritate maximè nos ſubditos iniuriis, & contumaciæ viperarum. Porrò cum ab urbanis tempeſtatibus, ab improborum inſidiis ad tranquillitates ruris ſeceſſimus, hic curarum vacuitati, hic voluptati & ocii ſuavitati, hic quieti & paci, hic ſaluti & ſoſpitati confidere rectiſſimè videmur. Sic undique tuti diſcurrimus, lenti ſub arborum umbris tempus lętum deducimus, ſæpè in odoriferis pratis, & flore vario diſtinctis molliter inābulamus, interdum autem, dum cum jucunditate ſpectantur circum, qui alterno terram quatiunt pede intonſi pueri, innuptæque puellæ, tum repente auditus eſt eiulatus ob id, quod vipera mala tactu ſub herba iacens talum perculſerit incedentis, & venas veneno perfuderit innocentis. Id quod olim evenit Apeſanto Acriſii filio. de quo narrat Plutar. Item Aeſaco filio Priami, & Alyxorhoes, quem dum dilectum Heperiam nympham inſequeretur,

Lib 2. Metamorph. Fab. 2.

Ecce latens herba coluber fugientis adunco

Dente pedem ſtrinxit, viruſque in corpore liquit.

Quodque omnium celebratiſſimæ accidit Eurydice Orphei nuptæ, quam uſque ad inferos ſequutus eſt vates. Et quod miſera literarum calamitate contigit Demetrio Phalereo Ptolemæi Soteris Bibliothecæ Præfecto digno etiam Pylii vivere ſecla ſenis. Quibus ſingulis caſibus & infortuniis quid iniquius? quid calamitoſius miſerabiliuſque? Quam calamitatem, quam vitæ ſortem profundiore, quam Bucolicis conveniat, fortaſſe ſenſu Virgilius expreſſit hoc diſticho:

Qui legitis flores, & humi naſcentia fragra:
Frigidus, ò pueri fugite hinc, latet anguis in herba.

Quem Poetam imitatus, ſed planiore tropo, Fr. Petrarcha cultiſſimus ad amicum ait;

Queſta vita mortale è quaſi un Prato,
Oue il ſerpe trà fiori, & l'herba giace.

Præter hanc autem ab humilium herbarum tectura deceptionem eſt & altera, quando prior non ſit, concoloris terræ fallacia qua ex re ſerpentes, quod advertit primus Diodorus Siculus, a paucis internoſcuntur. Ita coloris errore ſeducti quidam pedibus conculcantes vitæ periculum adeunt. Adiit & vitæ periculum fœtus nuper natus in lacte ſuavius ſugendo de matris ubere dudum a vipera demorſæ & per lactātis exuctum ſervatæ, apud Epigrammatis autorem in Anthologiæ Lib. *3.* Sect. *33.*

Verum me ineptum, qui unius aut paulo plurium huiuſmodi caſus narro? quin lugendum velim talibus ab anguibus integras urbes, provincias, regiones, infeſtatas, devaſtatas, deletas. Herodoto quippe Neuri Scythiæ populi propter ſerpentes tum nativos tum ab exteris ingruentes ſolum vertere ſunt coacti. Lycophroni Salamis ſerpentis infeſtatione væſana facta eſt inhabitabilis Plinio; & M. Varroni, Amyclæ in Italia ſerpentibus ſunt deletæ. Adeo ſcil. inſolens, & importuna, adeo temeraria, & iniqua viperæ eſt natura: ut ἰοτρόφος venenum nutriēs, & ἰόβολος veneni eructatrix, ψολόεις quasi ὁ αἶψα ὀλῶν i. ſtatim per-

Devaſtatas ab anguibus regiones.

perdens appellata ſit ipſa Nicandro; αἱμοπλὴξ graviter iciens Nazianzeno; φονία cruenta, ἀνδροφθόρος hominum corruptrix Ariſtophani, Sophocli, Philoẽteti, κακοῦργος, deniq; Cyrillo, Theodoro, & ut dicam in ſumma rem ſummam κακοδαίμων Aegyptiis, & Pherecidi, qui ſicut eſt in antiquiſſimis litteris Cęlio commemoratis, Dęmonas prodidit cęlo deiectos Ophioneo duce agminis a divina obedientia deſciſcentis. Quod quid eſt aliud, quam prima Septicipitis cornigerique ſerpentis Apocalypſi ſacræ demonſtrati prævaricatio, & in tartara præcipitatio. Principium & origo cunctorum mundi malorum & ineluctabilis noſtri fati. Nam, ut peroravit Iſidorus, quot anguium genera, tot venena, quot ſpecies tot pernicies, quot colores tot identidem dolores ex his admanant. Ceraſtas vero quondam ſerpentes in Aegyptum tranſmigrantes magnam regionis partem inhabitabilem reddidiſſe literis prodidit Diodorus.

Pernicies alijs animantibus illata per angues.

Nec ſolum mortalibus miſeris perniciem & mala tot afferunt ſerpentes, ſed & utilibus animantibus. Nam & ſolidos cervos tauroſque hauſtos ab hiſce feris Raviſius autor eſt: Gillius vero, Cardanus, Scaliger pecorum integros devoratos greges. Qui Scaliger in Comm. 2. de Animal. addidit Cathaii ſerpentes cæteris omnibus animantibus formidabiles urſis & leonibus inſultare atque exitio eſſe. Raph. vero Volaterranus in 12. teſtatus eſt, locis nuper repertis extitiſſe ſerpentes, per quos armenta & paſtores ex integro ſunt abſumpti. Dicam nunc & quod mirabilius, ſi quidem non gravius eſt, neque volantes in ſublimi alites à fontibus iſtis Alectonibus atq; Harpyis cavere poſſe. Porro Phrygii, Indici, Aethiopici dracones cauda ad terram adnixi reliquo erecto corpore toto gutture eminente, ac paulatim laxato ad hiatum ore, volucres ſupervolantes, tametſi ſublime & perniciter ferantur, ſua expiratione tanquam amatorio quodam ad ſe alliciunt, rapiuntque, ut Megaſthenes, Metrodorus, Plinius, & Mela ſcripſerunt. Ea vaſtitas eſt ſpiritus, ea vis at-

trahendi

trahendi, quam nullus noſtrum pyulco æquare queat. Ad hunc modum neque volucres tutæ ſunt a Tyrannicis hiſce monſtris. Monſtrum quoque aliud, quod neſcio plus admirabundus an queribundus extulit Plinius de Acontia: *nec pedibus pavendas tantum ſerpentes, ſed & miſſili volare tormento.* Sic præterquam in terra, nocent & in aere veſani ſerpentes. Quibus binis elementis cum infeſti ſint aliis animātibus angues, num & aqua vecti qui ſunt hydri, de quibus inſultoribus Olaus nō uni homini, ſed & conventui plurimorū, ſed & exercitui, ſed & claſſi? Sic item Plinius tradit, apud inſulas quaſdam ante Perſidem hydros marinos terruiſſe claſſem. Quibus tot tantiſque calamitatibus tum nobis tum animantibus multigenis, quę noſtro bono ſerviunt per hoc genus inferri ſuetis nō ſine ratione Plinii ac Ciceronis querelas fuiſſe manifeſtum eſt. Vere quoque enormis atque immanis homo Tiberius, qui ſerpentem habere potuit in deliciis; eique manu ſua cibum miniſtrare. quibus nimirum oſtenſoribus inſitam animo crudelitatem atrocitatemq; foveret, aleret, aggeraret.

TERRENAM VIPERAE NATVRAM ESSE. CAP. II.

NAturæ placito ſancitum eſt, ut animantia uno ſingula principio vivendi participato ſe tueātur. Quod quia operoſum, munificum, luculentū, propagativum, proinde calidum oportuit eſſe. Quoniam autem diſſipabilis, & diſſipatiua hęc ſubſtantia fuit, humidum ipſi pabulum ſubditum eſt. Sic obſervatum, ac verè pronunciatum vitam eſſe moram caloris in humido; concluſumque duobus principiis vivere calore, & humore nativis. Cuius utriuſque temperationem, & grandem ſymmetriam expendentes hominum ſapientiſſimi fecerunt ſpiritum, qui calorem hunc continet, pro-

 por-

portione reſpondentem elemento ſtellarum. Quanquam prout nobilitate, atque obſcuritate inter ſe differunt animæ, ſic & huius corporis naturam variam eſſe. Comprobari autem ſententia videtur, quod viuendi principium eſt cœlum, in quo lumen, & calor, & huius vectores, & immiſſores, ſive infuſores Sol, & aurea aſtra; Luna vero fons eſt quidam viuidi humoris. quoniam igitur caloris, & humoris coitu unicè delectorum viuendi ratio conſtat: ab his, quæ longiſſimè ſecedunt, qualitates hæ plurimum, ſicut Conciliator adnotauit Differẽtia x i. vitæ aduerſentur oportet; & quę ex diametro pugnabũt, eo maximè frigidi, ſiccique elementa. Atque adeò terra, quæ donata plurimum his eſt, deſtruendi principium habebitur, ac nequaquam generandi. Quare Ariſtotele aduertente nullus philoſophorum elementum fecit terram. Neque ipſa fermè præſtabilis eſt, niſi quantum ſe ſubiicit, & quantum cęli circuitibus, atque aliis, quas dixi, qualitatibus ſuffuſa, meliores ineat modos. Cum autem ſuam naturam ſervabit, quo ſincerior fuerit, eo tetrior ſentietur: in qua porrò ſunt Orcus, Inferi, & Parcæ priſcorum mythologorum iudicio; non alia certè ratione, quam quæ dicta modo eſt. Inde ſunt terræ venena, quæ pateſcunt; Aconita, & per herbas mortiferas, per fungos, per foſſilia, per mephitas, & quæ hæc hauriunt pleraque alia: nec iniuria, ſi rectè reminiſcimur Dominici decreti iuſtiſſimè contrà prævaricatorem hominem primum prolati, quod fuit: *Maledicta terra in opere tuo, Spinas & tribulos germinabit tibi*. Adde & venena atque huiuſmodi vitia terrarum omnia, quemadmodum afflati Deo Sacræ Geneſeos interpretes expoſuerunt. Communicat autem virus ſuum terra pleriſque animantibus: at omnium maximè beſtiolis, quæ quo magis adhærent terrę, eo amplius venenũ haurire queũt, ut ſerpentes, quos Athanaſius Kircherus in Magnetis ſui par. 7. §. 1. & 2. graviter aduertit, primùm ſuſpenſos, & mox relapſos, ſtatim ac terram attigerint, novo veneno repleri; quod non fieret, inquit, niſi hi de terra omnium

miſcela

miſcela attraherent quicquam. Quod ne mireris adeò lector, quando ſerpentes terram matrem perpetuo toto corporis ſui tractu contingentes & amplectentes, unum cum ipſa corpus, præſertim quod concolores, qui non diſcernãtur, conflare videntur, uſque adeo ut Antæum referant ab antiquis Mythologis memoratum; qui Serpentes terra foti viuunt quidem, de ſolo vero ſublati vitam ſpatio temporis memorabili non tuentur, ideſt naturam ſuam & ſerpentis non conſeruant. Exemplo ſunt ſerpentes, qui de terris aridioribus ad udas inſulas Hiberniæ Britanniæque translati ſeſe viuendo ſuſtinere non valent, ut Hieronymus Cardanus in Lib. 9. de Subtil. in ſermone de Serpentibus generali retulit è multorum narratione. Inde eſt fortaſſe quod Serpentes Apollonius in Argonauticis χθονίους, ideſt non tam meo quidem iudicio terrenos, quam terrigenas appellauit. Terrigenam enim ſationem dentium anguinorum à Cadmo confectam vocauit Andreas Alciatus Mediolanenſis caſtigatiſſimi vir iudicii in emblemate, cuius lemma eſt: Littera occidit, ſpiritus viuificat. Quî non & Statius in 5. Thebaidos *Terrigena exoritur ſerpens, tractuve ſoluto?* Nicander autem apertiſſimè in Theriacis, qua de Scytale præſertim eo verſu;

Locus Apolloñij explicatus.

Magna Deum quando profert ſerpentia Mater.

Cõfirmatur autẽ quod terræ filii dicti ſunt ſerpentes, p̃ſertim colubri per Aegyptios nullo velamento, deinde ſub aliquo tegumẽto, quod per hos in caduceo terreſtrẽ hominis originem acceperint Aegyptii, ut Pierius expoſuit Valerianus; qui addidit, & Opis telluris Deæ ſerpentes ductores fuiſſe Curules, itemque addidit, hoc animãs non ſecus ac terra grauiſſimum, licet alias leuiſſimum, id eſt maximè lubricum, quod fluat in aquæ morem. Sed poſt mythologos Hieroglyphicos poetas audi Phyſicos, quorum iudicio fit, ut quoniã terrena ſunt angues natura, propter id iſtorum plerique corniculi per frontem nacti fuerint concrementum. Aſpidi quippe cornicula in fron-

te duo; ceraſti totidem frumentiformia, totidem etiam hæmorrhoo. Megareæ quoque viperæ ſunt Nicandro & Scaligero huius rei teſtibus. Item vipera Rhinoceros, quam ex refertiſſimo rerum naturalium admirandarum Illuſtriſſ. Patricii Veneti Nicolai Contareni Muſeo deſcriptam retulit in obſeruationes de Vnicornu Clar. Thomas Bartholinus amicus noſter. Adegerunt autem merentes ad hoc ſupplicium iuſtæ Dei Vindicis iræ, quæ illi indixerunt, ut pectore tenus ſuper terram gradiretur, ac terram comederet cunctis diebus vitæ ſuæ; puluerem lingeret, ut Micheæ 8. pulueremque voraret, ut panem, Eſaiæ 65. Lingere autem ac depaſci puluerem orbitarum viſus eſt Cherſydrus Scaligero in 2. de Animantibus 18. quo item apud Scytalem terra ali ipſa teſtatus eſt. qui terreus reptilis ferę victus ad uſque Scholiaſtę ad Ariſtophanis Veſpas, & Varino Grãmatico obſeruatus eſt, profeſſis utriſque ab Orophiis anguibus erodi tecta. Planius autem id expreſſum eſt à Virgilio, qui Georgico 2. cecinit hæc:

Et tophus ſcaber, & nigris exeſa colubris
Terra.

Et Silius in 17.

Qualis in æſtiferis Garamantum fœta veneno
Attollit campis feruenti paſtus arena
Colla Parethoniis ſerpens. &c.

Quod igitur perpetuo terræ cohæreant, & terra victitent angues admiratus eſt dubitauitque Libauius in Alchymię Pharmaceuticæ Capite duodecimo, cur non magis venenum, quam balſamum terreſtre ab his hauriri crediderit Quercetanus? Quæ fortaſſe contradictio conſtat, etiam conſtante Ioſephi doctrina, ſiquidem æque deleteria atque alexiteria coluber, & vipera cenſiti ſunt. Quapropter & bonum, malumque ſuccum haurire de terra vipera poteſt. Verum de his in poſterioribus. Interea mecum obſerua, tam liquidam hanc terrenam anguium ſortem fuiſſe ſapientibus Aegyptiis, ut terram per ſerpentis hiero-

Conciliatus Libauio Quercetanus.

gly-

glyphicum indicarent. Porro regem non toti orbi, ſed huic parti imperantem indicare volentes, anguem dimidiatum pingebant: quod moris imitati fortaſſe Romani Conſules, & Imperatores in numiſmatis deſignatas partas victorias, ac ſubiugatas terræ regiones, non aliis profecto quam ſerpentium indiciis utebantur. Sebaſtianum Erycium lege declaratorem numiſmatum iſtorum; creberrimas & has anguium iconas, & denotationes offendes. Similis fermè ſerpentium eſt conditio quadrupedũ paruarum beſtiolarum, quæ plurimum referunt à terra virus, ut rubeta, ranæ, calamites, & bufones, quorum quidem rem ut planiſſimè comprehendas, huc accipe Cl. Caroli Auancii Patauini philoſophi ac medici miſſam mihi narrationem. Narrabo tibi caſum admirandum, quem „ niſi meis ipſe oculis vidiſſem, centum quantumuis deie- „ rantibus teſtibus haud credidiſſem. Acceſſit ad me ſu- „ perioribus diebus, cum ruri degerem, muliercula quæ- „ dam, ſecum è vicino pago ducens puellam decennem ſæ- „ uiſſimis ſtomachi doloribus grauatam: cui cum ius tepi- „ dum oliuo commixtum, neq; enim aliud ad manum erat, „ propinari mandaſſem, immiſſaq; altè in guttur penna vo- „ mitum procuraſſem; tandem maximo cum conatu pariq; „ cum impetu, viuum bufonem, calamite rana maio- „ rem reiecit. Qui ubi primum ab atra plurima viſcidaque „ materia, qua conuolutus erat expedire ſe valuit, huc at- „ que illuc per cubiculi pauimentum ſubſultare cœpit. Ru- „ ſticabatur tunc forte fortuna mecum Cl. Petrus Angelus „ Diamanti Corſicus medicus doctiſsimus; qui ad huius „ monſtri conſpectum properè aduocatus, admirabundi „ puellam ſciſcitati ſumus, num alias hoc genus quidpiam „ euomuiſſet: quia idem aliàs eueniſſe ſibi præſentibus duo- „ bus pueris affirmante, huius atteſtatione non contenti; „ pueros aduocari iuſſimus ætatis alioquin innocentia fal- „ laciæ doliq; nõ ſuſpectos; qui cunctis ſtupore attonitis ex „ ordine narrauerunt, ſe ipſis antehac in agro colludenti- „ bus, puellæ ſæuiſsimis ſtomachi doloribus ex improuiſo „
cor-

,, correptæ conſimilem bufonem vomitu reiectum, quem
,, ipſi virgis interfecerunt. Indagantibus autem nobis vo-
,, mitus portentoſi cauſam, non alia ſeſe nobis obtulit
,, examinanda; quam quod puella ab ipſis fermè incunabu-
,, lis in hanc uſque diem terram largiter voraverit. An igi-
,, tur in eius ventre ex ingeſta terra per ineffabilem quan-
,, dam putredinem hocce genus animantis conformari po-
,, tuerit? quemadmodum ex lenta, ſituque correpta, &
,, languore corrupta terra magno in hoc mundo bufones
,, naſci conſuevere. Quod acerrimo defæcatiſſimoque tuo,
Severine, iudicio diſcutiendum propono. Hæc ille ad nos, qui ſic ad inſtitutum noſtrum ſermonem pergimus.

Cæterum animantes veneni plus hauriunt, quo terreſtriores. Ratio autem eſt, quod denſo in corpore magis vigeſcit atque ſpiſſeſcit; quemadmodum ignis in denſioribus & ſolidioribus corporibus valentior ac vehementior fit. Veruntamen ad hanc denſioris ſubiecti rationem accedit & cruditas, quæ maximè cumulata cum ſit in veneno, hæc quidem præterquam in terreno corpore ſubeſſe nequit. Ad viperam igitur ſi deveneris, conſtat huius venenum ex his, quæ maximè apparent, bile niti. Vt ex incēdiis, & æſtu, & ex aurigine, quę morſu invehit, apparet. Quæ bilis redundantia in denſo terreoque corpore longè vehementior redditur. Ad hæc autem cruditatis acceſſio nova facit, ut inducta in carnes, cū evinci propter ſummā ſuā acerbitatē minimè queat, pertinax, ac dura non vincitur, ſed vincit; vincit inquam ſpiritum noſtrum; quo quidem confugium habente ad cor, huc deducta per antipathiam virulentia necat animal. His alias rationes & confirmationes adiicio, quibus tuum omnem lector aſſenſum (certus ſum) plene delucrabor, obſervata primum terrarum & locorum, in quibus angues maligniores aut benigniores proveniunt hiſtoria. Exitioſiſſimi porrò, & maximè peſtiferi ab Africæ, Aſiæque oris ſub plagis potiſſimum auſtralibus, aut meridionalibus eduntur. De quorum locorum Ophiuſa à ſerpentium fre-

quentia vocata tellure dictum eſt à quopiam ſapiente; maius à natura productum eſſe τὸ κακὸν, quam τὸ ζῶον. Angues item Indi mali ſunt Straboni; ferociſſimi Numidici Cardano. Colubraria ſerpentes parit copia, & atrocitate præſtantes, ut proinde facta fuerit inhabitabilis ulli populo. Quod ſi de viperis agamus, efferas mittit has Peloponneſus, & Numidicus tractus: ad ſummum maximè peſtiferi ſunt in locis, ſicut Celſus ait, æſtuoſis; vel ſicut loquitur Avicenna in aquoſis græcè ἐνύδροις, & immodica ſiccitate ſqualentibus. Intellexit & hanc ſubtilitatem Dantes noſter Aligerius poetarum profundiſſimus in his:

Più non ſi vanti Libia con ſua rena;
Che ſe Chelydri, Iacoli & Pharee
Produce, & Cenchri con Amphesibene;

Intellexit & hanc veritatem ex Italis item noſtris obſervatoribus Franciſcus Alunnus Ferrarienſis vir in architectanda ideſt rite diſponenda mundi fabrica nobilis, qui lemmate de venenis, & animantibus venenoſis hæc utraque genera digeſſit ac retulit in categoriã terræ. Huius autem è terra ſolennis ortus cauſas ut perquiramus, licebit initio ſupponere; quod terra extremè frigida, extremèque ſicca eſt ſub poteſtate conſtituta Saturni, qui hac eadem exuberat natura: quemadmodum autor Lib. de Spermate, ac primus omnium Ptolemæus adnotauit. Quod vero ſpectat ad ſiccitatem tantum, adeo conſentit hic qualitatis exceſſus veneno, ut diſertis ſuis verbis dixerit Hieronymus Cardanus in Lib. 9. de Subtilit. venenum eſse immodicam ſiccitatem, aut cum immodica ſiccitate coniunctum. Quantum vero ad frigidum principium, iam audiſti quam hoc vitæ ſalutiſque bono adverſetur; adverſatur autem è diametro. Qua contrarietate nulla poteſt fieri maior. Quoniam autem frigida, & ſicca exuberantia in conſtituendo terræ corpore convenere; quam rem Ariſtoteles luculenter in Lib. 2. de ortu, & interitu demonſtravit; eſt hæc coniugatio qualitatum om-

nium peſſima, ſic ut inductione multiplici conſequi poſſis. Primum frigida, & ſicca anni portio, qui autumnus eſt; deinde frigidum & ſiccum animantis curriculum, quæ ſenectus eſt; Tertio frigida & ſicca corporis animati complexio, quæ melancholica eſt: ad hæc frigidus, & ſiccus de viſceribus lienis; de ſimilaribus vero oſsa; ad ſummum frigida, & ſicca, abſolute corporis uniuſcuiuſque temperies, rectiùs fortaſse dixeris intemperies, deterrima eſt omnium autore Galeno in Lib. 5. de ſanitate tuenda & in Lib. 7. metho. med. Sic tellus nedum deſpectam ac triſtem adſciuit ſortem; ſed etiam viroſam, qualem Aſiaticam Pontum & advertit & nominauit Virgilius in Primo Georgico; clariùs vero in Ecloga 8.

Has herbas, atque hæc Ponto mihi lecta venena
Ipſe dedit Mœris; naſcuntur plurima Ponto.

Et Horatius in Epodon Ode 8.

Herbaſque quas Colchos, atque Iberia
Mittit venenorum ferax.

Eſt autem Colchos item Theſsalia terra venenis inter plurimas ſcatentiſſima. Huiuſmodi lacus eſt Aſphaltites, eſt apud Lucanũ Libya deſerta, quã dux exercitus Cato peragravit, item turris Babel diruta Nimrodi, ſub qua Rhauvolfius multas recéſet beſtias venenatas, e quibus una eſt & virulentiſſima lacerta maior. Terra item Indica multa fert venena Volaterrano, & Aeliano. Sed multo maxime obnoxia veneno eſt univerſa maris Atlantici ora dicta *di Capo Verde*, cuius tractus tam abundè affluit exitialibus fructibus atque herbis, ut his aſſidue guſtatis ſumme malefici ſint omnes indigenæ ſerpentes. Huiuſcemodi & Ophiuſa ſerpentaria terra videri debet. Hæ terræ peſtiferarum animantium alumnæ ſunt potiſsimæ. E noxiarum vero plantarum altricibus eſt Perſidis terra, quæ per arboream communi regionis notione dictam venenatos fructus mittit. De quibus utriſque Iunius Moderatus Columella cecinit in hortis ſuis hæc:

Stipantur calathi & pomis, quæ barbara Perſis,

Miſe-

Miſerat, ut fama eſt, patriis armata venenis.

Ita quidem apparet genuina terræ improbitas ad venenoſam ineundam luem comparata. De qua Ouid. Met. 3.

Num mea Theſſalico languent devota veneno.

Scythia poſthæc celebrata Statio, qui in Lib. 4. cecinit:

--- Scythicis quoties armata venenis
Colchis aget.

Quæ res confirmari videtur ex illo, quod aquatici angues quamminime ſunt venenoſi. quin hydrus exſiccatis aquis, in quibus degebat, properè tranſit in echin; natrix vero reſiccata ſede lacuna drymus fit authore Scaligero poſt Geoponicos magiſtros. Cardani vero teſtimonio ſicuti viperæ terreſtres horrendæ viſuntur, ita & aquaticæ nullo ſunt veneno nocentes. Quanquam ut verum fatear nemo non videt in paluſtri quoque lentore atque in uliginoſis locis pernicioſiſsimos ali ſerpentes: quod per lernæam paludis hydram, & per Pythonem ἀπὸ τοῦ πύθω, quod eſt corrumpo, dictum, oſtenderunt priſci mythologi ex Theogoniæ Lib. 2. Vin' vero carmen?

Pythius hinc etiam dictus Pythone perempto,
Vel quod putreſcant fœda calore Dei.

Ita quidem conſtat & lacuſtrium alumnas vere has eſſe ſerpentes. Verum enim vero ſi recte adverteris, à lacuſtribus & paluſtribus ſævos educi colubres, & hoc telluris ſubſtratæ fit vitio, quę corrumpitur ab affuſo humore, ſicut ferrum ab udo aere tectum trahitur ad rubiginem: non fit autem id ſolius aquæ vitio, cuius nulla ſoliditas emittere quidem fœdos evaporationes & mephitas poteſt; at vero ſtabilia corporare venena per ſe ipsã non poteſt. Audi vero ut explicarit egregie Columella in Lib. 1. cap 5. *Non oportet ædificiis vicinas eſſe paludes. nam caloribus noxium virus eructant, & natricum ſerpentiumque peſtes biberna deſtitutas uligine cæno, & fermentata colluvie venenatas emittunt. Ex quibus ſæpe contrahuntur cæci morbi, quorum cauſas ne medici quidem perſpicere queunt.* Hæc ille. quibus & aliis argumentis noſtris apparet, terram ſemper primatũ

& præcipuam eſſe, de cuius vi de cuiuſque ſinu venenum erumpit. Matrem vero ſic eſſe ſerpentum, ut hi ſe prorſus agnoſcant eſſe terreſtres.

DE COELESTI ATQVE AETHEREA VIPERAE NATVRA. CAP. III.

Vipera bonum nobile non minus, quam eius improportio. corporis mul- ta. TAmetſi vero vipera noſtra Pythia longè teterrima apparuerit; unde & terræ creatricis facinus haberi debeat: nihilo tamen minus nō palinodiā cantaturus, verum reliquam eius fabricæ partem completurus, reliquumque ſuæ hiſtoriæ deſcripturus, dicam proximo ſermone de viperæ pretio, quod ſanè minime videbitur minus, quam quod eius cacoethia nuper oſtenſa eſt. Ad ſummum enim nullum in *Nullum animal homini ſalubrius, vipera.* terris animal homini ſalubrius exiſtit vipera, quæ ſoſpitatem, vitam, robur, acumen, prudentiam, & adverſus venena, venenatoſq; omnes apparatus præſidium ac tutamen præbeat. Divinitùs autem eamdem incolumitati noſtræ tributam cognoſces inde, quod frequentiſſimæ per omnes terras ſint bonæ viperulæ; quippe quæ ſalaciſſimæ monſtrantibus præter ζωότομον. & αὐτοψίαν Nicādro, & hieroglyphicis Aegyptiis. Subinde autem ſunt & fœcundiſſimæ, quemadmodum eſt ſerpens Aeſculapii, quæ longo chiliadum numero ſingulæ quinquagenos fœtus pariunt quotannis, quot unoquoque in agro, nemore, ſilva, fruteto, dumeto, vepreto, colle, valle, confertim inhabitantes, aut diſcurrentes videris viperas. Quamobrem graviter ac rectè bonis iudicibus adverſum eſt, *Beneficientia viperarum.* haud conſentaneum rationi videri, ad mortalium perniciem, & ad grave humanitatis malum natura productos hos angues; verum ad bonæ valetudinis conſeruationē, ad ſanitatem, ad vitæ tutelam, ad ſecuritatem, ad ſenſuum omnium acrimoniam impertiendam, ad generationem propagandam, & ad fœcunditatem, ad iuuentutem

pro-

prorogandam; ad ſenectutem longè propulſandam; ad teterrimos morborum languores, moleſtiaſque omnes profligandas, ad integritatem denique & ad ſalutem. Sic τοὶ ἔχη id eſt viperæ mari duplex ad procreationem datus ſunt a natura penis, quaterni teſtes, fœminæ vero vulua duplex. Grandia deinde viperarum munera cognoſces, quod ſingulis ſui partibus, id eſt capite atque eius lapillo, iecinore, felle, extis omnibus, adipe, carne, exuviis noſtra in laborantium auxilia deſcendant frequentiſſimè; nec uno tantum modo parata ſed & quamplurimis, id eſt decoctu, maceratu, in vino, pulvere, ſale, clyſſo, oleo, cerato; item comeſta, pota, toſta, elixa, quoquo modo libet oblata languentium vitia graviſſima finit. Libet autem opinari, ſi virtutes huius anguis omnes plenè pernoſcerentur, nullum futurum in vita malum medicamentis omnibus inſuperabile, quod ab huius ope non ſuperaretur. Argumento eſt ſingularis eiuſdem agendi prærogatiua, qua præſtat ad curandum. Illa autem eſt tum calidi natiui reparatio, ac temperamenti renouatio: tum alienorum a corpore concrementorum perpurgatio: tum habitus omnis interni atque externi tranſmutatio: quas vires ſi in cæteris omnibus curioſè perquiſiveris, in nullo utique alio mundi corpore inveneris. Quas ob cauſas nulla me capit admiratio, quod una ipſa inter omnia delecta ſit, ſive ad Elephantiaſin, ſive ad cancrum, ſive ad venena, & venenatos, & ad funeſtiſſimos quoſque morbos efficaciter ac generosè debellandos. Debellat autem crudas & inſolentes noſtras malorum cohortes: expugnat tot atrociſsimas & exitiales peſtes, una & admiranda, qua propria gaudet, alexiteria facultate, ſeu hanc quædam coniugata mali ſors pararit, propterea, quod nullum unquam interius malum ſuo excluſum remedio reſpondente procedit, ſeu multa ſuccurrendi neceſsitas, & ex hoc uſu improba mortalium egenorum inveſtigatio, ſeu bona noſtra eutychia, ſeu natura cunctorum ſubminiſtratrix; ſeu quod veriſsimè creditur, boni

Nullum corporis vitium tã inſuperabile, quod viperarũ ope non ſit ſuperabile.

noſtri proviſor Deus Optimus Maximus contribuere. Harum autem & fortaſsis etiam maiorum, quas non attigimus, virtutum & meritorum obſeruatione & contẽplatione factum eſt, ut Imperatores Romani plerique, & prudentiores, vel ipſi ſua in ſubiectos populos promerita profitentes, vel populo Romano coloniiſue celebrati, quod eſſent publicæ & univerſæ ſalutis authores, amplificatores, conſervatores, redemptores: nunc cum ſalutis, nunc cum Hygiæ numine voluerunt ſe depingi, quę manibus advolutos angues gerant: indeque factum eſt etiam, ut Romanos rerum dominos gentemque togatam ſubeunti in ſua tecta Angui ad Aeſculapium relato, non piguerit ſummos honores referre: ſalutis publ. creditum omen optatum: quam rem perorans Ouidius in 15. Metamorph. ait;

Romanis perſpecta Vipera beneficientiſſima natura.

Huc ſe de Latia pinu Phœbeius angues
Contulit, & finem ſpecie cæleſte reſumpta
Luctibus impoſuit, venitque ſalutifer Vrbi.

Elegantia vero pari ita conſuevit Andreas Alciatus in emblemate, cui lemma præfixum eſt SALVS PVBLICA.

Phœbigena erectis Epidaurius inſidet aris,
Mitis, & immani conditur angue Deus
Accurrunt ægri, veniatque ſalutifer orant:
Annuit, atque ratas efficit ille preces.

Quid dicam modo de lectiſterniis τοῖς διασκηνῶσιν Aeliano, quæ Iovi, Iunoni, Minervæ credulitatis antiquæ Diis diſcumbendo adorandis, cum in Templis publicè ſtatuerentur, in his plerumque ad peſtilentiam, & ad communes morbos auerruncandos, angues bini per ſummas extremaſque ſpondas pectoribus in Cęlum ſublati præfigebantur votiuo ſcilicet uno nomine ſalutis. Quam rem noſſe licet ex Neronis numiſmate, cuius altera facie notata ſunt.

Neroni opificis inepti manu ſculptum numiſma, lectiſternium exprimens.

IMP. NERO. CAESAR. AVG. P. MAX. Altera vero facie diſcumbens homo.

Ita quidem publica res antiquitus adminiſtrata. Cuius Trium-



Fœmina adhærens columnæ dextra viperæ caput ori admouet.

Triumvir monetalis, qui ſuo inuentu numiſmata ſub variis formis fundebant & feriebant. M. Acilius priuatè, ſeu valetudinem ſigno reueritus, ſeu voto proſequutus, fœminam quampiam altera Orichalci facie iuſſit inſculpi, quæ columnæ ad hærens contenti per dexteram manum Anguis caput ad os admouet; afflatum, vt credo, ſalutiferum proximo recipiens interuallo: hoc titulo.

M. ACILIVS TRIVMVIR VALETVDINI

Heroes, qui ſe Viperæ inſignibus exornari maximo in precio habuerunt.

Habes iam de Romanis. Cæterum inter Græcos Anguis forma cultus Aeſculapius, qui excluſo ab ouo ſerpente natus eſt, vt in dialogo de falſo vate prodidit Lucianus. Inde ſerpentes in Aeſculapij tutela eſſe crediti ſunt, cuius geſtamen putatus fuit ſerpens baculo conuolutus, vt ſcripſit Dercylus. Ab Aeſculapio vero prognatus Hippocrates Cous, cognomento magnus, ſanitatis, & vitæ aſſertor clariſſimus etiam baculo innixus depictus eſt; cui baculo vipera circumplexa viſitur: dicam & de Græcis aliis. Soſipolin anguem venerati ſunt Eleorum populi à ſeruata ſua vrbe nominatum. Argiuis autore Peripatetico Clearcho tradidit Aelianus religionem eſſe, ne ſerpentes morti dederent. Serpentis denique forma Iuppiter compluribus Græciæ locis cultus eſt, vt Claudius Minos in Alciati Emblemata notauit. Finem autem dicendi non facerem, ſi quam mirificè draconum genus apud Græcos, aliaſque gentes fuerit cultũ, exponere vellem. qua propter ad alios populos anguium admiratores tranſeo. Boruſſi ſerpentes venerati ſunt. Nouus orbis & Lithuani ſerpentes adorarunt,

De anguium cultu apud pleroſque populos veneratione.

rarunt,


G.Georgi f


G Georg. f

rarunt, vt eſt apud Aeneam Syluium. Calecuthi Reges ſic de ſerpentium occiſoribus pœnas ſumere conſueuerunt, ut de homicidis; iniunxereque anguibus tuendis mapalia, quæ defenderent à pluuiis: nimirum, quod cælo lapſos terræ genios, & diuina ipſos numina arbitrentur; hac potiſſima de cauſa, quod ſubitam inferant mortem; plus fortaſſe Deum ordinatorem in his venerati, quam ipſas feras magni numinis inſtrumenta. Quid de Aegyptiis dicam, qui Aſpides ſic aſſuetos manibus fecerunt, ut ex quotidiana contrectatione cicurati fuerint iidē; demorſos vero ab his felices ac Deo dignos arbitrentur, vt teſtatus eſt Ioſephus Lib. 2. aduerſus Appionem. Inter quas aſpides Thermuthis eſt ab ipſis appellata, & habita ſacra, & immortalis, regioque diademate coronata; cui in ſacris ædibus ſub terraneo ſacello exædificatis bubulum adipē edendū offerebant: quā in perniciē hominū, & natam negant, & iuſtitiam populo miniſtrare malum à bonis auertendo, maliſq; ſupplicia penſitando. Ita enim Aelianus, apud quem autorem & genus hoc alia multa legeris; itemq; apud Herodotum, qua de Thebis Aegyptiis. Similiter & Arabes viperas circum Balſamos arbores hoſpitantes cauent interfeciſſe cumprimis ſacras opinati, ſicut ait Cęlius Cap. LXXV. Ioannes vero Veslingius Profeſſor Pataui celebratiſsimus, qui ad pleniſsimam ſuam doctrinam peregrinationem Hippocratico præcepto, Pythagorico exemplo, Aegyptiacam addidit, in libro de Plantis Aegyptiis c. 14. teſtatus eſt Arabas à Viperis circa balſamum hoſpitantibus obtrectandis tanquam ſacris abſtinere. Gentem enim eorum, non ut Pſylli reptiles has beſtias odiſſe, ſed deprehenſas intra ædiū conſepta ceu genios loci venerari, victumque ſuppeditare ſe obſeruaſſe.

§. II. *De Anguium ad Planetas ſingulos Analogia.*

HAec inter mortales homines ac ſelectiſſimos Heroas ſerpentis æſtimatio fuit. At non Hercules iniur a ſed ſua, ut oſtendemus, cæleſti natura, & naturæ diuinitate. Quid enim Draco ſtellas inter fixas ad ſeptentriones receptu: de quo & D. Iobus in 28. meminit luculente. Quid etiam Parius fortaſſe anguis aſtris immixtus eſt. τοῦ ὀφιούχου nomine, quem Herculem quidam, rectius Aeſculapium fecerunt alij, quo pacto, & Ophigenarum primum è ſerpente in heroa mutatum gloriantur Parij Aſiæ populi quidam à ſapientiſſimo Strabone in 13. lib. ſuæ Geographiæ primis ſub paginis deſcripti: ut quantum ſcilicet depreſſus terris per ſummam abiectionem fuit ſerpens, tantundem inter multas animantes extet cælo ſublimis, atque ad Arctum locatus. Manilium audi canentem.

Aeſculapius vere Ophiucos. Ex angue in Heroem primus Ophenigena mutatus.

> *Tum nobilis Argo*
> *In cælum ſubducta mari, quod prima cucurrit,*
> *Et meritum magnis mundi tenet acta procellis*
> *Seruando Dea facta Deos, cui proximus Anguis*
> *Squamea diſpoſitis imitatur lumina flammis.*

Et Auſonius in ſignis Cæleſtibus.

> *Ad Borea partes arcti iunguntur & angues.*
> *Poſt hos Arctophylax &c.*

Verum enim verò non contentus aut fermè pertæſus anguis cælo ſtellis differtiſſimo ſedes defixiſſe, certos rurſum & vagos curſus per omnes ſeptem orbes inferiores geſtiit experiri: ideſt, inquam, cæleſtes ſingulas poteſtates, & rerum dominos, qui errare creduntur, ſideribus ſubiectos moribus & idea referens πολυπλανήτης apparere. quos adumbratos ab ipſo planetas, ut ordine percurramus, de ſtationibus inferiorum aſcendemus ad ſuperiores primo noſtro ad lunam facto gradu.

Angues igitur affingit Varro Lunæ, quod hæc proſer- *Lunaris anguis.*

pat quemadmodum angues, vnde & Proſerpina dicta eſt, Philoſophi inter Romanos maximi ſententia; verum non item mea, qui proſerpere quidem lunæ, & anguibus commune cum admittam, tamen nominis illam congruitatem atque analogiam non admitto, quando dicta eſt Proſerpina commutatis literis Perſephones; ſicut & in Hercules ab Heraclis græco nomine factum eſt. Ita quidem de Marci Varronis iudicio. Cæterum lunæ hypogææ Viperam noſtram, quæ plurimum aut hibernans, aut aliter ſtabulans eſt hypogæa, cõferri commodè licet.

Icon lunæ triformis Deæ. Alias vero ſubiicitur Vipera Dianæ, quæ nemorum cuſtos, ut vocat Horat. nemoralium viperarum faſciculum manu geſtat, ut in Icone. Aliter ad hæc ſideri ſerpentium ideam retulit Macrobius primo Saturnalium Cap. 19. & 20. per hæc. *Argumentum caducei ad genituram hominum Aegyptii protendunt; ad quam neceſſario conducunt Sol, & Luna, atque ad huiuſmodi argumentum Draconum præcipuè volumen lectum eſt, propter iter utriuſque ſideris flexuoſum.* Hinc eſt quod ſimulacris Aeſculapij, & ſalutis Draco ſubiungitur; quia hi ad Solis naturam Lunæque referuntur. Quo eodem caducei nomine Mer-

Mercurialis. curio conferentur angues; immo etiam ob id, quod hic præſtat dolis, aſtu, verſutia, prudentia, & hoc genus, quibus ad vitam tuendam æque inſtructus eſt ſerpens, ſic ut his inter cæteras animantes præſtare Diuus Ambroſius arbitratus ſit. Accedit quod Ἀργυεόντης ϗ διιόκτορος dictus eſt idem à dominatis hiſce ſerpentibus, Pauſania, Euſtachio, Heſychio, Pierio comminiſcentibus.

Ad Hermen proxime accedit Venus: cuius ditioni, quid

Veneri dicatus. non accenſeatur vipera, quæ duobus anni temporibus, nimirum amœnioribus effræni ad concubitum amoris œſtro atque intolerabilibus uſque ad furorem Hymenæi incitamentis agitur præceps; mox maritalis in ſpiras tricaſque mutuas duorum fit complexus, quibus circumuolutæ ſibi ipſæ cohęrent ſic, ut una, quæ primum Ariſtotelis mox Plinij dictio fuit, exiſtimari biceps poſſit. Ex qua

item


G. Georgi f.

itē radice fit,ut fœcundæ ſint prole parentes ſingulæ per annos ſingulos quinquaginta catulorū. Quid autē fœcū-dū nō ſit hoc genus,cuius præter alia principia,quæ alias enarraui, præſertim ſunt mari teſtes quatuor, penis vero duplex & inſolenter hiſpidus; fæmellæ vero vulua item bifida: organa autem utraque utrique ſic affabre facta, ut puſilli corporis ratione nihil admirabilius obſeruari queat. Qui iidem ipſi parentes in ſuos, quos dixi, catulos talem tantumq; ſeruant affectum (στοργὴν Græci dixerunt) ut hunc præciſe commemorandum iudicarit Plinius, explicarit apud Geſn. Fuchſius, qui iureiurando affirmauit ſe Loſtorfij vidiſſe, cum ouum vnius ſerpentis in fornacem proiectum eſſet, mox matrem ipſam cum feſtinatione acceſſiſſe ſibilantem, odore nimirum percepto, & fornacem ingreſſam eſſe, licet obſtantibus ad id loci quibuſdam viris, à quibus partim baculis occiſa eſt, partim igni læſa.

Talis anguium in natos ſuos amor eſt, at in coniuges memorabilis minus non eſt. Expediam aſpides qui ſunt omnium immitiſſimi. Atqui iſti ipſi tam ſunt affectus cōpotes, tam coniugis & coniugij obſeruatores, ut nunquam ſeiunctæ vagentur: itaque alterutra interempta incredibilis alteri reſtat ultionis cura. Perſequitur interfectorem, unumque eum in quantolibet populi agmine notitia quadam infeſtat. Perrumpit omnes difficultates, permeat ſpatia, nec niſi amnibus arcetur aut perceleri fuga.

Hæc in coniuges ſuos,hęc in filios communis anguium ſollicitudo eſt: quæ ſi congruens & naturalis parium dilectio præſidem huic generi Venerem copulatricem declarat: quanto amplius, quæſo te, declarabit & comprobabit palcriſe quam in eoſdem poteſtatem? quod Angues plerique omnes puerorum & puellarum elegantium referantur amaſij fuiſſe per Aelianum, per Plutarchum, per Valerianum, per Scaligernm, quæ παιδεραστῶν anguium Malabar inſulæ priuate meminit, qui pueros diu-

Serpentes Amaſii.

turno

turno contentoque aſpectu ſine maleficio contuentur. Ab his tribus cælorum gubernatoribus ad genialem Solem aſcendimus ſimiliter inquiſituri, num ſuo is influxu priuato Viperam perluſtret; quem equidem influxum certus ſum Aegyptios ſubmonſtraſſe per illud Hieroglyphici, quo Soli rectis ſuper aram quampiam radijs micanti hinc, atque illinc Viperæ duæ adnixæ caudis aſſurgere geſtiunt. quo eodem arcano Aegyptiorum commento notatur mutuus binorum iſtorum corporum conſenſus & ſympathia. Cuius nos rei monumentum antiquum habemus hoc. Quod autem hæc ſerpens aliquando temporis aprica ad colluſtrantem arduo è ſolio Solem amice conuertatur referentibus hoc alijs ad torpidam ac frigentem Viperæ naturam, altior mihi videtur eius facti cauſa, quam vt caligantes oculi lippientes cognouerint. Analogia, inquã, ſibi obnoxiorum: cuius unius virtute ſub Aquilone qui modicum agnoſcit ſolem profunde ſub radicibus arboris betulinæ ſtabulati ſerpentes molli ſuo afflatu calorem ſub radicibus excitant, ſic ut huius arboris folia ſemper hieme perdurante viridia perdurent: quam rem Olaus Magnus in ſeptentrionis hiſtoria teſtificatus eſt. Nec multum diſſimile videtur aſſerere Solinus Cap. 40. in quadam Africæ gleba non ſine miraculo locum virere undique, ſecus agris arētibus. Solis item virtute & circumactu, ſic ut annus perpetuo renouatur, & veluti reiuueneſcit ad hunc prope modum ſerpens, & pelle & ſenio exuitur quotannis: quæ Pierij Valeriani collatio fuit. Quid quod Apollinis natus Aeſculapius ex uniuerſarum medicinæ opum cenſu, quas ipſe peperit, unicam ſibi viperam adſciuit legitimus Ophiuchos. Qui idem & præſes eſt diuinationis, cuius & Draco ſerpens alioquin annoſus habet auſpicia; qui Draco quiue ſerpens viſus eſt acutiſſimi, nullo extra Solem autore proſpectus vniuerſi ſummo primoq; Quid plura? Draco Sol appellatus eſt à Porphyrio Lib. 4. de abſtinentia carnium: quin etiam Aeſculapium filium

Solaris. Influxus Solis in Viperas.

Sympathia Viperarum ad Solem.

Viperarum ad Solem et Analogia.

Vipera proſpectum acutiſſimum ab autore Sole refert.

Apol-

Apollinis ſub anguis perſona longis voluminibus urbem totam luſtrantis adoratum à Romanis ante memorauimus. Poſt hæc Martialem anguem vis cognoſcere? Cognoſces equidem iracundiam & furorem, quo ſingulariter pollere dictus eſt Pſalmo 58. Incomparabilis porro in angue furor, quod ſimul ac ſe læſum ſentit, ita inſane furit, ut nunquam abſiſtat, donec venenum intulerit, aut præ rabie exanimetur; quæ verba ſunt Euthymii per Valerianum relata: quo mihi expende, & furijs infernis per omne vndique corpus geſtari colubros. Expende item Bellonæ armatæ dextera cum torquenti telum furore geſtientem & aſſultantem Viperam aſſiſtere cum pugnace gallo. Sic etiam angues circumpoſiti caduceo bello pacique decernendæ, ac deligendæ propoſiti fuerunt antiquitus vſu ſolemni. Bello quidem, ſi mutati, paci vero, ſi colligati manſiſſent. Quod indicatur opinor & numiſmate Claudij TiberI, in cuius altera facie Victoriæ perſona quaſi bello abacto caduceum in Viperam ira æſtuantem protendit, & retro referri cogit. Ad ſummam, & Martius Anguis vocatus eſt ab Statio in 11. Thebaid. ab Ouidio Metamorph. 3. & Martius fortaſſe magis, quã Martiales à Virgilio Aen. 9. & ab Horatio 1. Carmin. vocati lupi. Martius, inquam adeo, ut in milites armatos euaſerint à Cadmo Mineruæ conſilio ſati dentes, ut in eiuſdem Ouidij Metamorphoſi. quod quæſo te quid aliud eſt, quam belli ſemina continere ſerpentes? Continent, inquam, bellicos æſtus præcordijs, & belligeræ ſunt feræ puſillæ, quæ Taurum, Leonem, Elephantum inuadunt, atq; conſternunt. Martialis iam apparuit Vipera, ſed neque minus perſpicue Iouialis apparebit cum alijs plerisque, ſi credimus Herodoto, qui ſcriptum reliquit: *Circa Thebas Aegyptias ſunt ſacri ſerpentes nihil omnino hominibus noxij, puſillo corpore, binis præditi cornibus, quos defunctos in Iouis æde ſepeliunt: hunc enim Deo ſacros illos eſſe prædicant.* Quo argumento inſigne illud eſt, quod Iupiter ſerpentis forma complu-

Ingenij Viperæ Martialis.

ribus

ribus Græciæ locis colebatur. Quod Claudius Minos in Emblemata Alciati notauit. Cuius utriuſque facti, id eſt, quod Deorum maximo collati fuerint Angues, quænam alia cauſa ſit, quam quod commune utrorumq; fuit ſtudium, ac mos? Quando beneficentiſſimus etiam eſt anguis, qui ſe ſuaſque carnes, & exta, caput, huius lapillum, dentem, linguam, fel, adipem, oſſa, puluerem tradit hominum optimæ valetudini, conſeruationi, tuitioni, renouationi, perpetuationi, roborationi, ſaluti. Quo P. Zacconi Catacenſis poetæ diſertiſſimi carmen legas velim.

Quæ modo væſanas afflabat Vipera peſtes,
Viſcere nunc tunſo prompta propinat opem.
Tale venenatum cædas ſi protinus ictu,
Scorpion inflicto fit medicina malo.
Secta, viden, tumido abſcedant capita horrida collo;
Caudaque diſcluſis orbibus enſe cadit.
Qui nocuit ſummis, primis qui partibus, anguis,
Excludit medio viſcere ſæuitiem.
Diſcite crudeles, miteſcit vipereum cor,
Et ſuus in colubri pectore regnat amor.

Hæc ille de ſerpentis clementia, & amplitudine benefaciendi: quæ viſa eſt tanta ſapientiſſimis Aegyptiorum magiſtris naturæ primis obſeruatoribus, ut hunc dixerint eudæmona, cuius beneficio alantur, vigeant, perennent omnia per mundi molem alioquin ſpiritus diffuſi. de quo Virgilius. *Clementia, et amplitudo ſerpentium.*

Principio cælum, ac terram, campoſque liquentes,
Lucentemque globum lunæ, Titaniaque aſtra,
Spiritus intus alit, totamque infuſa per artus
Mens agitat molem, & magno ſe corpore miſcet.

Iam vero quoniã adeo benefacit homini ſerpẽs, benefecerunt, & eidem Dii, dederuntque quo cæleſtes orbes, & annuam mundi renouationem æmularetur, expreſſam per Mythologos Poetas apologo, quam Nicander, Aelianus, Cælius expoſuere per hæc: Iuppiter ut mortali-

bus gratificaretur, quod furtum Promethei, qui ignem à Vulcano ſurreptum, & hominibus allatum furatus eſſet, τῆς ἀγηρασίας donum largitus ut qui cum feſſos ſe viderēt, eamque amplius geſtare nollent, Aſino impoſuerunt, qui ſic oneratus ęſtiuo tempore incedens & ſiti laborans ad fontem venit bibendi gratia, ſed à dipſade loci cuſtode prohibitus eſt, nec prius permiſſus eſt bibere, quam onus, quod geſtabat, ſerpenti tradidiſſet: Vnde factum eſt, ut ſenectutem abiiciat ſerpens, homines verò ſenio obnoxii ſint. Serpenti tamen agglutinata ſitis eſt aſini, quam & morſu læſus iniecit. Hactenus de apologis, quæ refluam iuuentutem angui tribuere. Poſtquam autem æuum annoſum pluſquam homini, ceruis, coruis, cornicibus, largiti ſuperi fuerunt: ſolliciti de huius ſoſpitate, ac ſalute; ad hanc ſerio tuendam addiderunt, & præſidium, quo nullum firmius eſſe poteſt; & quo ſuper uniuerſas animātes viſi ſunt hoc genus dilexiſſe prouiſores cœleſtes; ut non tantopere vel ſuos lyncas ac tigres Bacchus; leones Cybele; ceruos, & canes, Diana; boues Luna; equos Mars aut Neptunus; cygnos Phœbus; gryphes Nemeſis; columbas Venus; noctuam Pallas; balænas Oceanus; delphinas Tethis cuſtodierint, fouerint amore, & gratia proſequuti fuerint. Super hos enim cunctos valentiſſimum, & inuictiſſimum conſtituerunt. Beneficio, iam percepiſti, dentis, qui unus, & alios canis, apri, lupi, leonis, Elephantis, & ſi qui ſunt alii ſuperat violentia. Qua una re populi ſunt, qui numen hoc venerantes & adorantes certo certius ſibi perſuaſere, miſſas has poteſtates ad poteſtatem Dei ſummi memorandam & iuſtitiam uſu miniſtrandam. Quoniam autem, ut primo notauimus, imperii nota ſunt angues, referemus de his pauca primum attingentes diuos. Porro ſicut Iouis imperium arguit Anguis, ita & Iunonis, quæ & ſoror & coniux illius eſt, dominatum, in cuius dextera manu per Aegyptios Serpentis caput ſtatuebatur. Quod autem ad mortales attinet Oſſi Regis Aegypti fuit inſigne ſerpens. In

thorace Agamemnonis fuit appictus Draco; In Herculis ſcuto per Heſiodum duo micabant ſerpentes: Epaminondas Draconis geſtamine inſignis fuit. In nummo Cęſaris dictatoris à latere ſerpens Draco capite ſurrecto magnis voluminibus terga trahens inſculptus erat. Præterquam autem quod à Principibus viris auſpicio cultus eſt Anguis, inſuper & Heroibus ſacer fuit: Quin & Herois ergaſtulum apparet olim indutus ſerpens; quando de quodam ſerpente felicem euentum portēdente prodidit Apollo talem heroa fuiſſe. Huius quoque ordinis ſunt & oſtenta ſacrorum Anguium: quibus, ut eſt apud Pierium in Hieroglyphicis enarrationibus, & ſumma nominis celebritas, & clara principatus, aut imperii amplitudo præmonſtrari conſueuit. Hinc aruſpices Roſcium hiſtrionem, quem puerum dormientem noctu anguis complicaſſet, clariſſimum, & nobiliſſimum fore prædixerunt. Iam & Imperatoribus quibuſdam, ut Aureliano, cuius pueri peluem quod ſerpens cinxit, futuræ dignitatis indicium fuiſſe cenſetur. Ad hæc matronis quibuſdam in ſomnis apparens Draco ſoboli, quam poſtea procrearunt, imperium portendiſſe fertur, ut matri Alexandri, Seueri, Scipionis Africani, & Auguſti. Cæterum è Græcis eſt & oſtentum Heleni atque Caſſandræ gemellorum, qui vaticinandi ſcientiam in Apollinis Thymbræi Templo relicti infantes videntur accepiſſe, compertis mane ſerpentibus, qui ſenſoria circumlamberent, infantibus omnino nil oblæſis, indeque reſponſo manantę vates futuros illos. Acta vero hęc inibi Priamo genethliaca celebrante, ſicut adnotauit Cęlius Rhodiginus in lectionibus antiq.

Heroibus cultus Anguis.

Anguium oſtenta.

Hactenus de Iunioribus Diis. Reſtat Saturnus, cuius alioquin auſteriſſimi, & deſpectiſſimi ſideris inclementię quis ignorat reſpondere ſolitariam, & ſuſpicioſam, & agreſtem Viperę conditionem? reſpondent, & anguium venena vi, quemadmodum Ptolomęo & ſuis. Sic porro Saturnus a Draconibus & Serpentibus dictus eſt vehi, ut

Saturninus ὄφις.

eſt apud Rauiſium in titulo de Diis §. de curribus Deorum ſuis animantibus vectatis. Sic Baſiliſci ſanguinem atrum grande veneficiorum amuletum reputatum priſci magi Saturni ſanguinem appellarunt: quod Plinius alicubi ſcriptum reliquit. Mitto Hieroglyphicum ſerpentis, caudam ſuam ſub gutture attractam occultantis, quę quidem imago in dextera ſtatuebatur manu, quem pro annuo circuitu pro tempore, pro ęſtate, pro immortalitate poni ex multorum ſcriptis accepimus, quę Pierii Valeriani ſunt verba, lemmate de ſerpente conſcripta. Sic ampliuago ſuo per orbem Saturni, Iouis, Martis, Solis, Veneris, Mercurii, Lunę, ſolenni ſuo tranſcurſu πολυπλανήτης vipera comperta eſt ex ſingulis iſtorum poteſtatibus quidpiam Analogi referens, in Octauo vero pręterquam anguis locum habēt Hydra, Serpens, & Draco. Dicam maiora: ſi licet myſtica profari. nam empyreum ipſum cœlum Draco ſummus attigerat, ſi beatam ſuam ſortem tueri nouiſſet, quā cum per diuam obedientiam conſeruare non nouit, de ſummo illo felicitatis faſtigio depulſus eſt pręceps in infima tartara factus Ophioneus à Pherecide Syro Pythagorę Doctore nominatus, à Diuo vero Apocalypſeos ſcriptore commemoratus. Tam celſa ſcilicet dignitas, tam ſingularis amplitudo fuerat ſerpentis. quę veneratio, quam ſolennis, quam perennis fuerit, primitus inter heroas omnes, & Principes, & ſummos viros, leges abūdè apud Cōradum Tigurinum, & eius ęmulatorem Vlyſſem Aldrouandum Draconum hiſtoria. Nos cœleſtem anguis reliquam naturam enarrando compleamus. Attigerunt hanc Aegyptii, quibus ut eſt apud Orum Apollinem, ſerpens caudam ſibi prerodens annum & aſtra ſignificabat, ut vero eſt apud Pierium, cœlum exprimere volentibus ſerpens pingebatur ſuam ipſius caudam abrodens variis interſtinctus ſquamis. per ſquamas autem ſtellas, quibus cœlum mundusue diſtinctus eſt aliquanto obſcurius innuebant. Cognouit, & hoc è noſtris Marſilius

Luciferi de Cœlo lapſus.

ſilius Ficinus, qui Antidoti epidemiarum cap. 9. Galeno fretus auctore nos admonuit minime timendum, à Theriaca, quę qualitate calida corpus accendat. Tale alioquin elementarium eſt medicamentum, quod multa cũ materia concretum parum eximii pręſtat. Contra vero viperina energia exiguo compagis obducta momento valentiſſima quęque venena valentior propulſat: cuius ſpecifica virtus donum eſt alioquin cœleſte ac prope ſpiritale. Intellexit quoque ętheream anguis naturam D. Euſebius Cæſarienſis, & per hunc Iacobus Billius, qui functiones Anguium omnes atque ipſos ſpiritaliſſimos fecerunt inter animantes terrę uniuerſas. Quod ſi verum eſt, ut explorate veriſſimum, dubiteſne, non dubitante Ficino, elementares quaſque conditiones excedi per elatiſſimam viperę naturam? Porro ſint elementares illę dotes atq; facultates de nobis hominibus promerentes, quę fuerunt ampliter in huius capitis initio recenſitę. Sed enim ne dum hominibus vipera tantopere benefacit, ſed & animantibus brutis, ſerpentes, ait Serapion in lib. de ſimpl. medic. cingentes pelle depoſita vidi capras, & poſt albeſcentes minus ſeneſcere. Cervorum taceo ſeneſcentium renovandi uſum per ſerpentiũ eſum: qui cervi, & ſerpentium alimento vulgarium iam teredines pellunt inteſtinorum, ut memoriæ prodiderunt Hippocrates, & Abſyrtus. Carnibus quoque ſuis equum vulſivum integritati reddunt; redduntque per aſpidem ex ſtranguria, atque ex pulmunculo ulcere dorſi maligno, atque ex ſcabie maligna ſanum. Perplura quoque iſtorum remedia ad vitia quadrupedum, & accipitrum expoſuerunt Albertus, & Raſius: quæ non eſt opus huc referre. Extra ſe vero reuelarunt Aeſculapio dracones herbam, qua Glaucus exanimis in vitam revocatus eſt, ut Plinius, Hyginus, Lycophronis Scholiaſtes Iſacius Tzetzes tradidere.

Marſilii Ficini de cœleſti theriaca naturæ iudicium.

Cœleſtis Anguis conditio cognita D. Euſebio.

Enumeratio admirandorũ viperæ in homines beneficiorum, & in bruta.

Hæ cæleſtes viperæ ſunt conditiones, quæ nobis ut ne videantur ſatis, facit ulterior eius divina natura. Difficilis

Cæleſtis ut apibus anguis natura.

lis appellatio videtur? At ſi licuit Maroni de Apiculis profari;

Eſſe Apibus partem divinæ mentis, & hauſtus
Aethereos dixere:

Quid non de vipera par elogium liceat nobis extruxiſſe, cuius erga miſeram humanitatem merita longe ſunt maiora, ſicut audiſtis. Si cœleſtes igitur beſtiolas auſus eſt Poeta divinas appellare: licebit & nobis perfectius auguſtiuſque animal æquè inſignire. Porro illud eſt inter utraſque diſcrimen, quod Apis illicio mellis incautos pungit, vipera vero ſuum etiam venenum, quod provocata confixit, tarda non eſt eluere, ſi præſens ſuum antidotum homo non negligat, aut non contemnat.

De Diuina Draconis natura.

A vipera vero ſi modico, facilique tranſcurſu veneris ad Draconem: hic multa divinitatis indicia præbebit ſuę. Primum quod vaticinationis non expertes Dracones demonſtravit Aelianus. Quare & Trophonii & Apollinis oraculis ſacer fuit: deinde quod hi mortui potuerint ſuo ipſorum ingenio ad vitam revocari quod Xantus hiſtoricus, Plinius, & Scholiaſtes Lycophronis perhibuere. 3. quod ſimulacrum Apollinis in Delo Draconis effigie poſitum eſt. Quibus de rebus mirum eſt, quod Pythonem occiderint Latoides gemelli. Verumtamen vides, quod Aegialen magnæ Græcię civitatem adiverunt ad expiatum. quin imo narrat Plutarchus Lib. de oraculorum defectu Philoſophum Cleombroto probatum dixiſſe, eum, qui ſerpentem illum occidiſſet non tantum per decennium exulaſſe ac Tempe fugiſſe, ſed ex toto orbe migraſſe. Vnde tandem poſt nouē anni magni revolutiones expiatus, & purificatus redierit, atque ita vere Φοῖβος ideſt purus & lucidus oraculum Delphicum recuperarit: quod interea temporis Themidis cuſtodiæ fuerat commiſſum. Tanta ſcilicet fuerat eius anguis dignitas, tanta religio, nedum veneratio; qui cultus neque minor anguium aliorum fuit. Neque vero aliquid facit, aut quod hoc animal ſerpat hæreatque terræ; aut quod natura terrenum à me

Expiatio neceſſaria Apollini, ac Dianæ, qui Pithonem ſuſtulerint Draconem.

Occurritur obiectationi.

ſerio vocatum ſit, licet aliàs oſtenſum cœleſte. Hæc porro dubitatio non difficilem habet reſolutionem, ſi ad memoriam revocaveris, ſerpentem antiquitus natura comparatum, ut gauderet inceſſu: quod in exegeſi Geneſeos c. 5. ſcripſit Chryſoſtomus, confirmavit Iſidorus. Et ſanè conficitur non reptaviſſe primitus ſerpentem, quando Deus ſummus huic indixit, ut deinceps reptaret, & ut loquitur ſacra pagina ſuper pectus ſuum graderetur. nempe per has diras indictas apparet, quod prius non reptaverit; qui & cum homine tunc immortali coniunctus fuerit amicitia; atque hæc fortaſſe non diſſona, quando ſupremus arbiter inimicitias interminauit inter utrumque dicens: *inimicitiam ponam inter te, & mulierem*. Itaq; quod ad germanam anguis conditionem attinet, non repere natus erat, verum erat ad incedendum comparatus. Quippe qui maledicente Domino relatus eſt ad quadrupeda iumenta, & ad beſtias. Quadrupedum igitur genere videtur fuiſſe animal vulpina fortaſſe forma, ſuadente ſimilitudine in ambobus intercedente; quæ eſt multiplex, primò quod animantia ſunt hæc amiciſſima, ſecundò quia aſtutiſſima ſuper omnia; tertiò latibularia utraque. Verius autem, ut me ipſum maturè corrigam, forma ſerpentis conſona quadrupedis debuit eſſe Dracontopodos, qui ſuper omnes animantes apud omnes nationes cordatiſſimus exiſtimatus eſt; vel denique forma fuit humanæ proxima, quandoquidem & cum homine diſſerentem & rationalibus eloquiis utentem certos nos fecerunt oracula divina. An igitur Draconis magni Sirenæ forma: qualis apud Eſaiam interpretatus eſt Eucherius. Quid enim monſtri fuiſſet animantis brutæ facie ſuaſionem ac diſſuaſionem, adverſus communis Domini præceptiones commentum. Recte igitur venerabilis Doctor Beda virgineo vultu ſpectabilem fecit. Ioannes vero Chryſoſtomus & enarratores alii ſacri ſuper hoc loco ſerpentem primum recto corpore inceſſiſſe humanis affectibus præditum.

Serpens initio nõ ſerpens, verum ad inceſſum comparatus.

ditum.

ditum & ſupra communem animantium omnium ſortem calidiſſimum fecere. Index igitur optimus in ſupplició ſumendo ſui non oblitus, & conformationis dignitatem conſeruare paratus, miraculum maius in ſerpente creauit coniũcta cũ vili quodã habitu forma tãta, quantã nos anxie deſcribentes vix quidẽ deſcripſimus. Aliud quoq; miraculũ in hac ſpecie extruxit opifex, quod ſibi ipſi, & ſuo cõcremẽto ſimilis ſerpens nõ eſt, ſed maxime heterogeneus, atque difformis, & præterquam, quod terrenus, & venenoſus compertus eſt, tamen æthereus, alexiteriuſque. Deinde, qua calidus, qua frigidus; multis ſiccior, totidemque humidior; graviſſimus ſimul, & leviſſimus, ut alias dixi; aliis denſæ texturæ, aliis raræ; nonnullis craſſi, nonnullis tenuis habitus eſt; idemque nunc venenatus, nunc veneno non inficiens, neque infectus, ſed venena fermè cuncta propellens, & abolens. Quapropter alias quidem de viperæ fœditate, alias de dignitate conſulto nos peroravimus, nimirum utraque complectitur, & ſumme varius eſt, ut hydrargyrum, miraculo inter corpora naturalia & medicamenta omnia maximũ; quod neque abſolutè calidum, neque abſolutè frigidum contenderis; neque humidum, neque ſiccum; non tenue ſimpliciter craſſum; non durum, non molle; ſed graviſſimum ſimul, & leviſſimum: læve quidem actu, aſperum poteſtate. Talis ad unguem vipera meo iudicio. quapropter æque cœleſtis, ac terrena eſſe poteſt eadem. Neq; vero facit, quod terrenum animal ſuam ideſt terrenam tantum retinere ac ſervare conditionem private debet; quandoquidem uniones etiamſi mari ſunt exorti, marique conſervati, ſcopulis etiam adalligati maris; nihilo tamen minus multo nobiliorem habentes cum cœlo cognationem vitalem inde rorem hauriunt in dies. Ad hęc arbores Cypariſſi, & Heliotropiæ, quamvis humi radicatæ, tamen ſatore de cœlo pendentes ſoliſq; cœli proſpectibus illectæ ad parentem ſolem aſſidue aſſurgunt, & convertuntur. Ad hunc prope modum angues tametſi
terram

terràm proniſſimi abradunt, nihilominus humilitatem quaſi dedignati ſuos à cœlo hauſtus cognoſcunt appetuntque neceſſarios, ut plane iam agnoueris & æthream & cœleſtem anguium eſſe naturam.

§. III. *De cæteris anguium honoribus ſecundum diuinas omnes poteſtates.*

SEd nos ad maiora viperarum & anguium ornamenta tranſeamus. Inter divos ipſos, quam magno in pretio fuerit vel inde apparet, quod nullum ferme fuit numen divinum, quod non anguis auſpicio, neceſſitudine, conſortio ſe conſepſerit, fulſiverit, muniverit: nullum inquam, ſiue inferi ſeu ſuperi perquirantur. Ex inferis Ceres, quæ ſe vectari curru per angues amavit. *Ceres anguibus curulibus vecta.*

Secundus ab hac Triptolemus, qui, ſicut Seneca proditum reliquit, iunctis draconibus terras ſulcavit, ac terræ frumentorum uſum indicavit.

III. Et ſunt Eumenides, quæ capillitio præcinctu toto ferme geſtamine colubris ſe munivere. *Eumenidum figura.*

IV. Eſt Mercurius cum virga pugno dexteræ prætenta duos Angues fulciente mutuo connexu complexos; quibus in vitam revocat mortuos. quod repræſentatur imagine apud Natalem Comitem Mythologum, in qua Hermes ab Inferno lacu manu levat ad ſuperos animam quampiam. quod complexus eſt paucis Virgilius, quæ ſunt: *Mercurius.*

Hac animas ille evocat orco.

V. Typho μετεωρόμενον ignitum numen, cuius pectore diſcurrunt Angues bini, ex utriuſq; vero manus digitis ſingulis exſurgũt funiculorum modo complexi totidem: ex poſtremis utriſque tibiis educti tertii cum recurrunt ad ſuperiora convoluuntur cruribus velut capreoli vitibus. *Typhonis icon.*

VI. Eſt & præter hanc Typhoeus è tartaro ac terra genitus; cui per Heſiodum in Theogonia pendent ex hu-


Gio. Georg. f.

meris centum capita ſerpentis horrēdi draconis linguis atris aerem lambentibus. Hæc infra trans de multis pauca recenſita ſint numina ſerpentium amica. Quoniam autem unius gigantis meminimus, & cum hoc genus cōponi ſuccedit. Ouidius enim in Amoribus.

Serpentipedeſque gigantes,

Ait etiam alibi,

Mille manus illis dedit, & pro cruribus angues.

Porro de Terra matre filios gigantes armante loquitur alias etiam idem poeta Lib. 4. Triſtium El. 6.

Sphinga & Harpyas Serpentigeroſque gigantes
Extulit.

VII. Supra trans prima eſt Opis: in cuius ſimulacro ſerpens altera parte, altera leones hieroglyphicis Aegyptiis fuere repræſentati.

IIX. Numerari poteſt Iuno, in cuius dextera ſerpentis caput. Aegyptii ſtatuerunt dominam ætheris inferioris.

IX. Accedit & Diana, quæ cornib: frōti ſuperpoſitis, & arcu ſecundum humeros, & pelle feræ eſt adornata; ſiniſtra quidem binos angues, dextera facem intendit; appoſita ut figura licet intueri.

X. Serpentis etiam formam indutus eſt Faunus, cum Hecatem filiam iniit, Ouidio deſcriptore in Metamorphoſeon libris. Item anguinos Draconis pedes habuit Erichtonius Vulcani filius apud eundem Poetam.

XI. Inſuper in terris Victoria binis alis levata baculum in angues aſpectu ſuo pacatos intendit, pacem in terris excitans, & annonæ fælicitatem.

XII. Eſt & cornu copiæ cum anguibus, quam veteres Romani coluere.

XIII. Itē apparet ex una Genius iunior cornu copiæ manu geſtans cū adſtite angue: ex altera vero ſenior, & habitu ſubatro, quorum hic ſubterraneus, ut equidem interpretor, ille ſupra terras apparet. Illud fortaſſis in mente habuit Perſius, qui ait;

Pinge duos angues, pueri ſacer eſt locus.


G.Georgi f.


G. Georgi f.

Illudq; Pruſio Cincinnatus, qui in numiſmate platano coronatus ſerpentem habet in manu: qua figura apud Rom. antiſtites bonus genius denotabatur, ut eſt apud Aldrovand. Lib. de Serp. lemmate de numiſmatis p. 81. & rurſus p. 96. Quo referes & illud divini vatis Ferrarienſis, qui in Cantico Furioſi Rolandi 47. ſtatione 99. cecinit hæc;

De le fate io ſon una, & il fatale
Stato, per farti anco ſaper, ch'importe;
Naſcemmo à un punto, che d'ogn' altro male
Siamo capaci, fuor che della morte:
Mà giunt' è con queſt' eſſere immortale
Condition, non men del morir forte;
Ch'ogni ſettimo giorno ogn' una è certa,
Che la ſua forma in biſcia ſi conuerta.

Hæc iſti: quibuſcum & vulgaris hominum fama, conſentiuntque plurima parte Romantiæ, ἀπὸ τῆς ῥώμης, ideſt a robore vocatæ narrationes. de hac re celebratiſſimæ nec fortaſſis iniuria tantam ſibi dignitatem Anguis vendicavit, cuius excellens ſub eſca modica longæuitas immortalitatis loco repoſita eſt.

XIV. Cum Genii gratiſſimi productoris ordine coaptari licet. & Gratias, quæ cum mutuis colligatæ complexibus inter ſe ſint, adhuc colligari omnes gaviſæ ſunt, uno Anguis promiſſiſſimi circa pedes complexu; qualis apud Natalis Comitis mythologiam typis Venetis Ann. Salutis M. DC. XVI. impreſſam ſpectare eſt. Ad hæc pro Anchiſæ patris genio fuit anguis Aeneæ anniverſarium ſacrum eius manibus facienti. Aeneid. 5.

XV. Hi quidem ex inferioribus. cæterum ex ſuperioribus eſt Saturnus, qui ſicut eſt apud Textorem curru vehitur à ſerpentibus tracto.

XVI. Deinde Iupiter eſt, qui quod legimus in Commentario ad Emblemata Alciati ſerpentis forma pluribus Græciæ locis colebatur. Mitto enim quod idem Iupiter anguineis pedib. pictus, ut eſt apud Abrahamũ Gorlæum Lib. de Ann. in Heliotr. 137. & in aurea Sarda 183. & pri-



& prima libri facie ſtatim oſtenſum eſt, & in ſerpentem aliquãdo mutatus Deoidę comprimẽdæ. Metamorph.6.

XVII. Tertius eſt ſol qui angue κυκλομένῳ in ſeipſum refluo incluſus capite quidem toto radiis micat, cætero vero corpore ſcarabæum refert. Qui multis nominibus apud Aegyptios eſt ſacer, ut Horus Apollo notavit Aphoriſmo IX. Cum Sole, & eius curſu collocabimus horas 225. quibus orbem, Anguis ore caudam, apprehendentis imagine comprehenſum corrotantibus Sol, & Luna de ſuperis dextera, & ſiniſtra bona mala q; mortalibus immittunt. Quoniam autem de Angue atq; anno in ſe ipſum recurrente diximus: eſt & hic pleroſque in modos ab Aegyptiis notatus, quemadmodum obſervare licet his, qui ſunt hieroglyphicorum cultores.

XIIX. De Solis ordine eſt Apollo, qui tum imberbis numiſmatis orbe incluſus baculum geſtat, cui convolutus Anguis eſt: tum etiam prolixa barba veſte ad talos uſq; demiſſa ſtans & coronatus pro pedibus accipitres, ſiniſtra ſagittas, dextera Gratias ſtantes ſecundum pedes ab angue complexus habebat Syris & Aſſyriis, ut apud Natalis Comitis Mythologiam poſtremo editam.

XIX. Poſt Solem eſt Aeſculapius, qui varie depictus ab Antiquis, nuſquam ſine vipera aut angue repræſentatus eſt. neque templum eius ſine angue fuit Parea. quod belle indicavit Ariſtophanes in Pluto ſub Carionis ſerui perſona; qui cum noctu in æde Aeſculapii anus ollam cotharæ ſeu pulmenti plenam cuſtodiret manu deſuper obtenſa, clam, inquit, ſibilans adrepſi, & mordicus manum illius tamquam Pareas ſerpens arripui ὁ δ᾽ ἐξ ἐλαβόμην ὡς Παρείας ἂν ὄφις. Nimirum Pareas in huius Dei templo ſacer alebatur.

XX. Eſt & Aeſcul. par Hercules: Arctophylaci proximus anguem palma includit. alias vero cum hydra ſerpentifera multiplici devicta demonſtratus eſt.

XXI. Poſt Aeſculapiũ iure recẽſetur Hygeia ſive Salus, quæ cum angue aut vipera ſculpta eſt antiquis perpetuo.

Su-

XXII. Supra Solem eſt Martia Bellona, quæ caſſide ſecundum caput ſiniſtram clypeo Gorgonis capite centenis anguibus obſito munita, dextera ſagittas fulminãs viperam pro pedibus applaudentem, atque exultantem habet. Alias verò haſtam ſecundum humerum geſtans eſt depicta, vipera pro pedibus geſtiẽte, ut eſt apud Abrahamum Gorlæum in Lib. de Annulis pag. 17. mox etiam 87. Non ſolum autem Bellonæ, ſed & Minervæ, Iunoni, Dianæ, Baccho. Salutiq; ſacer eſt Draco; Baſiliſcus vero, quia videretur τῆς ζωῆς κυριεύειν καὶ τοῦ θανάτου. ex auro conformatum capitibus Deorum appingebant Aegyptii peranti-qui. Hæc à plurimis pauca, nimirum ſermonis compendio. Taceo ea, Scyllæ, Carybdiſque, Meduſæ, Gorgonumque aliorum capite ſerpentigero, atque alia huiuſmodi multa, quibus ſeu quidem poetantium ſeu philoſophantium monumenta plena ſunt omnia.

Quoniam autem angues adſcitos audiſtis numinibus, quid nunc non oſtenderim, quod ſummum eſt, etiãnum anguibus numen fuiſſe priſcorum opinione? Quod arbitror admittetis facilè, ſi memineritis eorum, quæ ſupra de Aeſculapii angue relata fuere: deinde ſi repetiveritis animo, quæ fuerunt ab Ouidio decantata de Tireſia, qui indignatorum anguiũ ultione ſexus ſui bis immutavit formam. Nec apertè minus numinis dignitatem expreſſit Lucanus ſerius Poeta, qui Lib. 9. Pharſaliæ ſic cecinit:

Vos quoque, qui cunctis innoxia numina terris
Serpitis aurato nitidi fulgore Dracones.

Illud item intellexiſſe videtur is, qui primo angui diadema confinxit; quemadmodum videre eſt apud Gulielmum Choul in opere de Priſcorum Religione, quod translatum videtur e gemma, quam depinxit Abrahamus in l. de annulis in Ceraſte ſecundum caput geſtante diadema, quodq; deſcriptum eſt ab Aeliano, qui lib. 10. cap. 31. Aſpidis, ait, genus unum Thermuthin Aegyptii nominant. hanc ſacram eſſe aiunt, & ſumma religione co-

 lunt.


G. Georg f.

ſunt. Itaque ea Iſidis ſimulacra tanquam regio quodam diademate coronant; quemadmodum Scarabæo apud Aegyptios & Epapho filio Solis apud Memphitas hircina facie depicto ſplendidum diadema rutilat circa caput.

Ad ſummam autem uſque naturæ divinitas attributa eſt viperæ per mortales extrema anguis admiratione captos. Ex his unus eſt Vrſinus Medicus Poeta Ticinenſis, qui in Proſopopæis animantium hæc de vipera comprehendit.

Non ab re galeas magnorum fulcio regum;
Nam mihi divinum numen in eſſe putant.
Cum pedibus caream, cum nullis efferar alis,
Cur cedit curſu bellua quæque mihi?
Vis dicam? geſtit ſinuoſos numen in artus,
Quod caput, atque oculos, totaque membra regit.
Hinc ſeſe reges agitari numine credunt;
More meo vigiles quos tamen eſſe decet.
Me collo appenſam multi pro torque tulerunt,
Forte quod haud fallax credar alexicacon.
Quid poſſim exuuio, quid ſano, & corpore tot o
Nemo non dicet Pharmacop: la tibi.

Hæc Vrſinus atque alii omnes de mira viperæ conditione. Verum enim vero titulos ab hominibus primum ſelectiſſimos, mox heroicos, hinc cœleſtes, poſtremo diuinos retulerit vipera noſtra Pythia: adhuc tamen

Vipera morborum cauſa eſt eademque ſalutis,
Viua necem, vitam rite vocata parit.



G. Georgi. f.

VIPERAE CONDITIONEM ALEXITERIAM ESSE. CAP. IV.

PRoviſor univerſorum Deus, & recti conſultiſſima natura, principio, ſicut videtur, futurum è re mortalium ſanctè decreverunt, ſi bona malis aut proxima, & finitima, aut contigua, & compoſita forent. Sic enim homo, qui ſacri oraculi teſtimonio poſitus eſt in manu conſilii ſui; animal quippe ſagax, providum, artium omnium capax, omnique facultate inſtructiſſimum, diſcretis extremorum utrorumque ſubſtantiis, eas partes ſeligeret, eaſque ſeponeret virtutes, quæ ſuos in uſus viderentur accomodatæ. Nam neque voluit Pater bonum ſic per ſeſe petere, ut longe ab omni offenſamento, atque inquinamento ſegregatum, merum atque ſincerum occurreret oſcitantibus, verum cum ſtudio perquireretur, cum labore obtineretur. Quam rem acutè perſpiciens Virgilius in princ. Georgic. diſerte ac luculenter expreſſit.

Pater ipſe colendi
Haud facilem eſſe viam voluit, primuſque per artem
Mouit agros, curis acuens mortalia corda;
Nec torpere graui paſſus ſua regna veterno.
Ante Iouem nulli ſubigebant arua coloni.
Nec ſignare quidem, aut partiri limite campum
Fas erat: in medium quærebant, ipſaque tellus
Omnia liberius, nullo poſcente, ferebat.
Ille malum virus ſerpentibus addidit atris,
Prædarique lupos iuſſit, pontumque moueri;
Mellaque decuſſit foliis, ignemque remouit;
Et paſſim riuis currentia vina repreſſit;
Vt varias uſus meditando extunderet artes
Paulatim, & ſulcis frumenti, quæreret herbam,
Et ſilicis venis abſtruſum excuderet ignem.

Tunc

Tunc alnos primum fluuii ſenſere cauatas:
Nauita cum ſtellis numeros, & nomina fecit,
Pleiadas, Hyadas claramque Lycaonis Arcton.
Tum laqueis captare feras, & fallere viſco
Inuentum, & magnos canibus circundare ſaltus;
Atque alius latum funda iam verberat amnem
Alta petens; pelagoque alius trahit humida lina.
Tum ferri rigor, atque arguta lamina ſerræ.
Nam primi cuneis ſcindebant fiſſile lignum.
Tum variæ venere artes. labor omnia vincit
Improbus, & duris urgens in rebus egeſtas.
Prima Ceres ferro mortales vertere terram
Inſtituit, cum iam glandes atque arbuta ſacræ
Deficerent ſiluæ, & victum Dodona negaret.
Mox, & frumentis lab r additus, ut mala culmos
Eſſet rubigo, ſegniſque horreret in aruis
Carduus. intereunt ſegetes; ſubit aſpera ſilua,
Lappæque tribulique, interque nitentia culta
Infelix lolium, & ſteriles dominantur auenæ.
Quod niſi, & aſſiduis terram inſectabere raſtris,
Et ſonitu terrebis aues, & ruris opaci
Falce premes umbras, votiſque vocaueris imbrem:
Heu magnum alterius fruſtra ſpectabis aceruum,
Concuſſaque famem in ſiluis ſolabere quercu.

Nullum ex omni parte medicementum inculpatum. & medicinas ſummas veneniis ineſſe.

Dicendum nunc, & quanta in medelis ſimplicibus boni malique communitas, atque perplexitas. Enimuero nihil in uniuerſa ſilua medicinali grandium eſt virium, quod ſit undequaque frugiferum: neque eſt, difficile cognoſcere ſummis venenis ſummas ineſſe medicinas, ſeu quidem vegetantium, ſeu foſſilium, ſiue animantium genus perquiratur. Itaque Arnaldus Villanou. alicubi ſenſit, a Deo opt. max. datum omnibus fermè & ſingulis, ut & iuuare & lædere poſſint, eaſque ſic coniunctas habitudines, ut ſit quo reprimatur lædentium noxa. Singula nos genera percurramus. Vegetabilia primum expenſuri, quid utroque veratro, colocynthide, ſcāmonio,

Eu-

euphorbio, agarico, ricino, ad teterrimos debellandos morbos valentius. At hæc ſingula niſi vim abiiciant malignam, deuorantes facile perdunt: his autem in ſingulis enarrandis per ſemetipſa conſpicuis tempus nõ tero, ſed ad foſſilia deſcendo: quorũ in uſũ medicinæ veniẽtiũ multo grauior eſt malignitas, ſiue hydrargyrũ ipſum ſincerum, aut meteoromenon, vulgo ſublimatũ ſiue ſtibiũ, ſiue chalcanthum, ſiue plumbum, ſiue lapidem armeniũ, cyaneumue acceperis. Quid autem arrhenico pernicioſius? attamen, & ipſum ſuo ſulphure volatili ſpoliatum ſaluti eſt & vitæ miſeris mortalibus letali morbo conflictatis. Feras nunc percenſeamus; è quibus cum multæ, & exitioſiſſimæ ſint, præſertim e ſerpentibus, vipera non poſtrema eſt; cuius pernicialem vim ex inſigni ſua notatione nobis intelligere licet, qua indicatur, quod vi, vel viro perimat? Fuit autem hæc ab antiquis ſapientibus una inter omnes angues in antidotum aduerſus venena venenatoſque morbos delecta. haud equidem iniuria, verum hoc probabili conſilio directis, quod mox exponam. *Vipera etymon.*

Conſueuit in dies miſera mortalitas exerceri, ne dum malis ſponte obortis, ſed & venenis illatis quamplurimis, quibus veſane furientibus per mediocria ſtataque remedia non occurreres. Cogitandum igitur fuit de Antidoto ſumma, deque alexipharmaco generoſo, quod plane venenatis vitiis eximendis ſatisfacere poſſet; capiendum quidem non è corporibus mortuis, & à natura noſtra maximè diſſentaneis, verum ex animantium proximo comparique genere, & ex venenatis, ut nuper propoſueram, beſtiis. porro quæ inſito veneno reluctatur caro, hæc eadẽ argumento veriſimili cũ cæteris toxicis aliis pugnatura videtur. Quoniam igitur hæc non in rabido cane, non in ſimia, neque in araneo, phalangio, ſcorpione, rana calamite, lepore marino, vel aliis hiſce beſtiolis, neque in venenatis abſolute ac toto genere ſerpentibus planè patebant, tandem oculos mentemq; diſixerunt

fixerunt in unam viperam. cuius hæc proprietas, hæc ſingularis prærogatiua eſt; ut non commixtum, & confuſum cum toto corpore fuerit virus, quemadmodum in toto columbi complexu fellea portio fuſa coaluit; Galeno aduertente in libro de atrabile: C. neque ut in enhoraſiclis, quarum ſub capite bilis amara repoſita eſt, adnotante Rondeletio lib. 3. de piſcibus c. 4. verum ab uniuerſo habitu carnis ad gingiuas, & ad dentes amandatum id vitii fuit, quemadmodum ad cerui caudam uniuerſum corporis virus, & paſtinacæ marinæ lues ad unum aculeum ipſius. Atque inde factum eſt Galeno in l. Piſoniano, ac Theophraſto Helueto in l. de morbis à tartaro c. 17. auctoribus, ut aliis pleriſque relictis ſingulariter hanc maiores aduerſus venena ſtatuerint. Porro tum deleteria, tum alexiteria, quam Bezaarticam alii nominant, eiuſdem ex æquo eſt naturæ. quam rem & noſter Marinus nouum Muſarum delicium expreſſit ſuis aliquot rythmis, quæ per hæc ſeria condimenti gratia viſum eſt huc transferri.

Queſta de le cui polpe opra vitale
Compon medica man, vipera ardente,
Per le Libiche vie volò ſouente,
Animata ſaetta, & viuo ſtrale.
Mà ſe più d'vna piaga empia, e mortale
Aperſe già co'l velenoſo dente;
Fatt'hor noua d'Achille aſta innocente,
Porta ſchermo al velen, ſalute al male.

Sed ab his nos ad inſtitutum pedeſtrem noſtrum ſermonem reuerſi de terrena viperæ natura dicamus.

DE CAVSIS ALEXITERIAE VIRTVTIS VIPERAE. CAP. V.

QVoniam autē virtutis alexiterię eius, qua gaudet vipera, meminimus, deſiderari videtur, ut exponamus quo nā pacto iuuet ipſa mortales veneno tactos, & unde ſit illi vis tanta quę venenum anguium non ſolum, ſed & aliorum quorumuis, metallicum, inquam, è plantis aut ex animantibus petitum ſtomacho receptum euincant, faciatque quominus venenata vim exerceant ſuam; affirmantibus nonnullis eos, qui aſſueuerint eſui ſerpentium, ab his ne morderi quidem, aut ſi mordeantur, diſcrimen mortis nō experturos. quorum effectuum experiar nunc inquirere cauſas atq; principia. Hæc igitur ad ſummam ſunt natura, aut ad naturam accedens aſſuetudo longis rerum uſibus comparata. Præter hæc enim duo principia non eſt reperire tertium, niſi fortaſſis ex utriſque coactum dependerit; qualis certe proprietas eſt ex craſi quadam comparata, qualis Mithridati fuiſſe prædicatur.

Oppugnandi veneni principia.

Sed deducuntur hæc ſumma capita in alia genera inferiora. porro ad naturā ſi referatur agēdi munus; id uniuerſim eueniet, vel contrarietatis, vel ſimilitudinis cauſa, vel etiam abſoluta ab his ratione. qui ſinguli per nos modi ſunt enarrandi.

Natura in venenum agendi modi.

Si per contrariorum duorum pugnam veneno vis adimatur, id fiet quidem pariter, ac ſi arſenici platyſma ſupra cor eius hominis, qui arſenicalem & peſtiferum affectum patitur, ad eandem peſtilentiam profligandam imponatur; aut ſi argentum viuum ſublimatum, hydrargyro, ex quo paratum id fuit, imbuatur, idemque mox ſublimetur, futurum eſt, ut ſublimatum hoc alterum vim veneni deponat. quare & his qui ſublimatum vulgare deuorarint, refuſum ſtomacho hydrargyrum, ſublimati

Per contrarietatem agendi ratio.

vim atteret retunderque. Hæc per contrarietatem venenorum colliſio eſt.

Per ſimilitudinem agendi modus.

Si per ſimilitudinem placeat agi rem: hanc philoſophandi rationem amplexus eſt Baldus Angelus Eugubinus, qui propoſito ſibi particulari capitis & fellis viperini veneno, profeſſus eſt hæc utrauis ad morſum viperæ impoſita vim veneni protinus extrahere, non alia ſane ratione, quam cognatis veneno viribus. Hæc autem cognatio cum vel in formam, vel in materiam, vel in utramque referri debeat; porro non in materiā, quæ inefficax eſt, & patiendi tantum gnara, non agendi particeps. At vero formę ſatius ineſſe ſuadetur. Quamquam enim gelido iam & exanimi animanti veneni forma caduca iam fluxerit: nihilominus ex nonnulla parte perſtitiſſe experimento probabili præſentis adiumenti videtur. Hæc igitur venenati capitis & fellis viperini forma, cum extrorſum rapiat venenum, hoc quidem haud rapit contrarietate; quippe utraque pariter venenata. Ergo per ſimilitudinem & affinitatem id faciat, oportet. Quod idem confirmabitur & inductione complurium venenatarum beſtiolarum, quando ſcorpius ad ſcorpii ictum, phalangia ad phalangium, rubetæ ad rubetæ morſum, paſtinacę marinæ radius ad huius puncturam, draco item ad ſui aculei noxam; &, ut ſummatim dicam, omnes virulentæ beſtiæ remedio ſunt ſuis ipſorum ictibus, ſi non mentitur Galenus in lib. 5. de ſimplic. medic. & lib. 1. de naturalibus facultat. Hæc ferme omnis de hac re Baldi diſſertatio eſt, quæ cum venenatum pro comperto caput & fel viperæ ſtatuat; in hoc uno fundamento nixa propere corruit. nempe fundamentum nullum eſt. quando viperæ nec caput, nec fel canibus & gallis gallinaceis vorata, veneni vim ullam nedum mortem intulere, notis & Iohannis Banchini Theriacopæi nobilis experimentis pluribus uno.

Abſoluta agēdi forma.

Hactenus de veneni actione per ſimilitudinem, itemque per contrarietatem formæ: nunc ratio abſolutæ perſe-

ſequendæ eſt. Cuius modum unum mirificus excogitauit Ioſephus Quercetanus in lib. Pharmacopœæ Reſtitutæ capite de Theriacis comprehenſum his verbis; Vipera & coluber naturali quodam inſtinctu exugunt, & in alimentum alliciunt alimentum æthereum, quod tam inſigni viuifica, & ſpecifica facultate pollet aduerſus venenatam, & deleteriam ipſorum naturam, ut ſi eo ſatis reficiantur & inſtaurentur, non ſolum vim acquirant ſpolia ſua utroque tempore exuendi, & ſe renouandi; ſed ob exuberans illud balſamum inſtar medicinæ uniuerſalis ſint ad omnem cutem leproſam, vel quauis alia labe fœdatam. Ita quoque fit eiuſdem balſami virtute alexiterium ſummum cōtra omnia venena lethifera, & præſentiſſima. Argumenta ducit ab effectu, quaſi alia de cauſa exuere ſenectam, & lepram ſanare, fierique antidotus non poſſint, quam ex radicibus & principiis magnæ iſtius & uniuerſalis medicinæ, cum qua participant. Hæc Quercetani propoſitio de balſamo viperę adſcititio fuit quidem ab Andrea Libauio in Alchymia Pharmaceutica cap. 12. valenter confutata. Cuius utriuſque viri meditata tuum eſt Lector iudicioſe cenſere: nimirum ego cenſuram neutrius, multis quidem de cauſis, ſed maxime compendio faciendo velim in præſenti ſubire.

Aliam plane rationem iniit Andreas Libauius Alchymiæ pharmaceuticæ cap. 14. quamquam non uniuerſali propoſita, qualem nos fecimus, theſi, verum hypotheſi definita eorum, qui ſolennem ſibi carnium viperarum fecerint eſum aduerſus venena, decernens; propterea, quod plurimum immutetur homo, qui conſueuit eſitare ſerpentum carnes, ad venena eludenda profectum fieri.

Poſt hos omnes authores nulla laude minores meam ſententiam expoſiturus in præſens optarem equidem vel huc transferres ea, quæ libri huius cap. 7. & 8. relata ſunt de ratione, qua viperæ venenum perimit, vel tantiſper morareris dum ad eam partem deueneris. Verum tamen quum agnoſco meam hoc loco modis omnibus

exigi requirique expoſitionem; hanc quidem poſt alias omnes, quæ hactenus auditæ ſunt certiſſimam huc velim transferri: verum quæ breuiter & perfunctorie rem hocce loco explicet, alias repetita, plenius ſatisfactura, ubi quidem oſtendam viperæ venenum exitio eſſe propterea, quod infecturæ ſpiritus valentiores, quippe qui pyrotici ſunt, ſpiritus noſtros, qui occurrant continenter, diſſipent, deſtruantque parum reluctatos. Hæc una noſtra theſis fuit; præter quam & altera ſtatutum eſt, eoſdem ſpiritus ſua ipſorum natura, & acutos & ſimul craſſos eſſe, inductione facta per plurima mundi maioris minoriſque corpora; quibus utriſque ſuppoſitis, dico nos tueri viperas interne receptas, quod ſpirituoſa ipſius caro ſpiritus noſtros & foueat, & reficiat, & augeat, quatenus hi contrariis alteris aduentantibus aduerſentur, præualeantque noui iam præſidii viribus aucti: qui ſpiritus a viperina miſcela reſultantes, & acutiem infecturæ obtundant, reprimant, exerceant, ſua ipſorum qualitate denſa, craſſa, tenui, inaudita. Hæc noſtra ſententia noſtraque ratio ſuo in loco plenius roboranda, nullam ubi rite recteque perpendatur, difficultatem ſeruat, niſi fortaſſe his, qui ad totius ſubſtantiæ vim recurrere ſueti, ad hanc quoque recurrendum ab aliis volent. Verum nil promptius, quam in abditis ſtatim problematis abditas quoque rerum formas proprietateſque teſtari. Sed his ſuam abire viam permiſſis, nos noſtram teneamus. Nam quid dicamus de ambagibus Bartholomæi Marantæ, qui viperæ carne venenata, qualis & pleriſque omnibus eius rei profeſſoribus fuit, conſtituta, futili quadam & implicata per tricas multas ratione philoſophatur in lib. 1. c. 3. quem virum ſi ſuis ipſius verbis loquentem audiueris; amabo te, qui compendio meo nonnihil conſulueris.

DE RECONDITA VIPERAE NATVRA. CAP. VI.

QVoniam oſtenſum fuit, ſegregatum ab uniuerſo corpore viperæ venenum eſſe: conſequens eſt, ut videamus etiam in quo loco reconditum & reductum ſit ipſum; ſi primum aperiamus breui, quæ ſit viperæ natura. Conſueuerunt plerique omnes diſceptare, utrum ſit viperæ calida, vel frigida natura, proferuntque tum pro hac, tum pro illa opinione confirmationes, quæ mihi quidem tantum non vanæ futileſque videntur duplici nomine. primum quod Hippocrates lib. de Arte Veteri lógo ſermone coarguit omnes medicos, qui calidi, frigidique qualitatibus nudis & meris philoſophando innituntur; demonſtrans ſecundas, atque has quæ ſaporibus conſtant, efficaciores & præſtantiores, quas Hippocratis demonſtrationes cum ex ſummo viro audire liceat, abſtinerē equidem libens ab eorum recitatione. verum, quoniam hæc exequenda id exigere videtur, dabo breui productam eiuſdem ſententiam. quæ eſt huiuſmodi.

Hippocratis de calidis frigidiſque qualitatibus decretum.

Quod ſi quis triticum comedat crudum, aut carnes „ crudas, & bibat aquam, tali victu proculdubio ægrota- „ bit, & ſi diutius perſeueret cito morietur. huic auxilium „ neque ex calidis neque ex frigidis, neque ex humidis, ne- „ que ex ſiccis, quæ ſimplices qualitates ſunt, præſtari po- „ terit. Sed ea immutatione victus, ut pro tritico panem „ optime elaboratum edat, & pro crudis carnibus coctas, „ & pro aqua vinum bibat. non enim panis, quia calidus, „ aut frigidus ſit, humidus aut ſiccus iuuat, aut lædit: ſed „ quia panis ſit, aut furfuri admiſtus multa aqua ſublatus, „ aut contra crudior, aut ſuperaſſatus. Idem de cæteris „ cibis dicendum eſſe (inquit.) Adeo enim variæ & magnæ „

vires

„ vires in diuerſis ſunt, ut unum alteri ſimile non reperia-
„ tur. Has igitur medicum quærere, quomodo ab iis homo
„ afficiatur. nam & primi inuentores iuxta hominum natu-
„ ram eas inueſtigarunt, artemque dignam cenſuerunt, ut
„ Deo adſcriberetur. ſic non quia calidum aut frigidum,
„ humidum aut ſiccum quod eſſet hominem lædere, aut
„ iuuare putauerunt. Sed quia ſuperari aut non ſuperari
„ poſſet ab homine: id vero eſſe quod ſaporem præſefert
„ inſignem aut temperatum. omnem enim inſignem ſapo-
„ rem lædere; inter dulcia, quod dulciſſimum eſt, inter a-
„ mara, quod amariſſimum, inter acida aciditſſimum, & in
„ cæteris omnibus quodcunq; excedit. Similiter in homi-
„ ne humores eſſe diuerſis ſaporibus præditos, qui quam-
„ diu inter ſe mixti fuerint, & temperati, nequaquam con-
„ ſpicuos eſſe, neque lædere: ubi vero affuerit aliquis ſe-
„ iunctus per ſe exiſtens, tunc conſpicuum eſſe, & lædere:
„ non ſic qualitates ſimplices, calidum, frigidum, humidũ,
„ & ſiccum. nam præterquã, quod forte impoſſibile eſt, re-
„ periri abiunctas ab aliqua alia ſpecie qualitatum, ſi for-
„ te ob exceſſum earum morbus aliquis ortus ſit, facile ſu-
„ peratur, plerunque non egens auxilio externo. Sed ſi a-
„ marum quid aut ſalſum aut acidum lædat, ut in febribus
„ acutis contingit, in quibus non ſolus feruor lædit, non
„ cito liberantur. Ex quibus & aliis huiuſmodi cõcluditur,
„ in caliditate, frigiditate, humiditate & ſiccitate non ma-
„ gnam vim ineſſe ad morbos gignendos; ſed longe potẽ-
„ tiores eſſe facultates ad alterandum corpus humanum
„ in ſaporibus, quas inter qualitates ſanandas reponimus.

Hæc ille. Quibus ſi credimus, ut credi ſane par eſt; viperæ conditio, quæ tota energetica eſt, energeticorũ noſtrorum hoſtium propugnatrix eſt & victrix, cum indaganda ſe offert, hac utique ratione eſt indaganda; nimirum ut hæ qualitates, quæ ab Hippocrate prædicantur, pateſcant. Pateſcẽt autem reſpondente guſtus iudicio, experimentum captante. Ad hunc enim modum Galeno docente in lib. 1. de ſimplic. medic. facultatibus pernoſcen-

noſcendorum iſtorum, quam certiſſima fieri poteſt, habebitur coniectura. Qua iam re ſic conſtituta, difficile ſit cuiquam, ut vipereus ſapor accipi queat: ſcilicet ex carnibus, aut ſinceris non licet, aut ſi certe licet, minus voto ſatisfaciat noſtro; quandoquidem ultimus eiuſdem ſenſus a plurimo materiæ craſſamento præpeditus eſt. quapropter alia omnino viperæ pars huic uſui delegenda requiritur, quæ tum commoda maxime, quæ expeditiſſima atque ampliſſima ſit ex uniuerſo corpore. Atque hic ſi recte diſcernimus, unus opportune ſe offerens eſt humor, a principibus interaneis deciſus, & ad ſummas oris partes amandatus. humor inquam, quem infecturæ fomitem vocaui, ſpiritibus undique turgens, atque inter omnes viperæ partes ἀκριβάτατος, vigor, flos & ſummum operę precium: tantum abeſt, ut vile reiectamentum, inutile recrementum, & ſaliua ſit exiſtimanda. In hunc noſter ſcopus eſt defigendus; in hoc verti labor indaginis; in hoc conſiſtere, & acquieſcere notitia noſtra debet; cuius hę porrò ſunt qualitates. eſt acris & auſterus, eſt hęrens materię viſcidę craſſę, quemadmodum ex actius in Capite oſtendetur poſt proximum primo, quod eſt de natura & conditionibus viperei veneni. atque, ut breuibus me expediam, tale chalcanthum aut chalcantho proximum ſulphur exiſtit. quare plurimum in viperam ſulphuris confluxiſſe videtur mihi, ſi tantum mea rite fidem obſeruata merentur: quę antequam a me exponantur, accuratius oportet ſulphuris naturam diſcutiamus.

Succus oris viperæ perfectio totius, & eiuſdem vigor.

Sulphur, Andrea Libauio definitore in lib. de natura metallorum, eſt ſuccus mineralis pinguis fœtorem acrē & pungentem emittens, habēs partem ſubtilem inflammabilem partim craſſam terream fixam, intermixtam ſucco chalcantoſo; itaque ab illa inflammabilem facile; ob hanc figitur, ut nullis ignibus poſſit incendi. Ita quidem Libauius. Verum Geber in tertia Parte ſummę cap. 28. dixit, quod ſulphur eſt pinguedo terrę in minera terrę per decoctionem inſpiſſata, quouſque induretur & ſicca

Sulphur quid Gebro.

ca

ca fiat: & cum indurata fuerit ſulphur vocatur. Ita paucis definiuimus quid ſit ſulphur. quod prædicatum firme viperæ fecimus. Iam vero ad ſic explicatum ſulphur accedere, quod modo proluſeram, viperæ naturam, declarant multa. Primum quod viuax & viuidum eſt hoc animal; vitæ autem longæuitas calore atque humore fouetur, Philoſopho teſte in lib. de Generat. quas duas ſubſtantias quo plenius in corpore reperias, quam in ſulphure? Quod miris modis utrumque complectitur, ſeu ſulphur vulgi ſtatuas ſeu philoſophorum. Quod ſi philoſophorum ſulfur concipias, equidem non dubitabo dicere noſtrum humidum radicale cum natiuo calore coniunctum, nil aliud ferme eſſe, quam iſtud accenſum, quod philoſophi prædicant. Adeo verum eſt ſcilicet viperæ ſerpentis viuaciſſimæ ſulfuream ſummam eſſe.

De ſulfurea vipera exſuperantia demonſtrationes.

Natiuum noſtrum humidum ſulfuri reſpondens.

II. Quia cum longe magis ad calidam naturam quam ad frigidam appareat viperam accedere, propter eandē ſcilicet ſuam longæuitatem; & quia etiam conciſa viuit; & propter veneni citiſſimam penetrationem, peruaſionemque uſque ad cor; & quia degit in frigido diutiſſime, ob has omnes & alias cauſas cumulatiſſime reſpondens inueneris eiuſdem ſulfur naturale.

III. Refert vipera ſulfur odore, colore, prope etiam ſapore. odore quidem tum ipſa, tum eiuſdem excrementa; ſed hæc maxime ſi in arca retenta diu, mox patefacta fuerint, fumidum, teterrimum, ſulfurulentumque halitum reddunt: quin id & mortuæ viperæ arefactæ demonſtrant pulueres, in quos ſi ſpiritum effuderis vini, ſenſeris continuo nidorulentum in modum ſulphuris halitum ſpirare. Colorem vero quis non videt illum ipſum, quem ſulfur habere? colorum autem varietatem, a quo principio referat, præterquam a ſulphure, qui fons eſt & parens omnium colorum Hermeticis: ſed & ſapor ichoris virulenti, quem gingiua & dens leoninus effundunt, acerbus, ut oſtēdetur, & ponticus etiamnum eſt; qualis & acidi ſulphuris eſt. Quum autem ſulphur chalcantini ſpi-

ritus æmulum liquorem ex fumo reddit, ut Libauius ait, eſt & chalcantinus liquori ſapor luculentus, quamqu im & alia parte retorridus guſtu perſentitur; quod & inflā-mabilem ſulfuris alteram conditionem indicat.

Quid quod ex viperæ corpore balſamum pulmonibus male affectis conducibile conflatur, reſiſtēs item putredinibus; & unitiuum cum primis, abſorptiuum & conſumptiuum, qualis ad unguē ex ſulphure ſuccus elicitur.

Præter hæc habet & utrumque prerogatiuam & conditionem ſingularem, quam corpora naturalia perpauca agnoſcunt. Illa eſt, quod cum portione terrea & concremento depreſſo volatiſem & acutam proprietatem ſeruant: quæ duo quippe ſimul conſtare componiq; non eſt facile. iam vero cum componuntur, peregrina & noua res videtur & admiranda.

Sulfur & vipera pugnantes idest, acutas terreas cōplectitur qualitates.

Hæ rationes ſunt omnes a variis formis & accidentibus, ſicuti vides, petitæ: quas omnes una longe excellit euidentiſſima, quæ eſt huiuſmodi: euocat ſulphur ichores omnes ſalſos vitioſoſque, vel ſal nitrumque ipſum ad extimam cutem: ſic ſcabiem, pſoram, impetiginem, ſerpiginem, lichenas, maculas omnes & defedationes externi corporis emundat: ſic aduerſus venenatorum animantium ictus miram vim habet Galen. lib. 9. de ſimplic. medic. facultatibus. quo de ſulphure, quod una extrahendi virtute fieri, ſcientiſſimorum eſt iudicium. quod igitur vipera communi omnium calculo de corporis intimis & lepræ & elephantiaſis, & cæterorum huiuſmodi affectuum ſalſugines ad ſummum habitum euocat, attrahat, & educat: unde quæſo id habeat, quam ab una ſulfuris participatione, qua per naturæ prouidentiam magno noſtro bono donata fuit. Lege autem & Ioſephum Quercetanum diſquiſitorem naturæ diligentiſſimum, profeſſorem Hermeticum inſignem in Pharmacopææ dogmaticorum reſtitutæ cap. 23. demonſtrantem, quam uberem ſalis ſulphurei copiam, & veris, & autumni temporibus a tellure tota tum extime, tum intime precioſo

hoc balſamo ſcatente perfuſaque recipiant quotannis viperæ.

Oſtendi iam viperæ ſulfurei plurimum concrementi eſſe: verum enimuero nunc intelligi velim, haud ſimplicem ſulphuris eſſe ſummam, quæ præualet in iſta beſtiola. Verum ſi venenatam eiuſdem naturam ſpectemus, &
» arſenicum nonnullum in ſeipſa conditum habet vipera;
» quod, definitore Libauio, ſuccus eſt metallicus, pinguis,
» inflammabilis, vicinus ſulfuri, virulentior tamen ob ſa-
» lem coniunctum, conſtans pinguedine ſulfurea, hydrar-
» gyro pauco & ſpiritu ſalis; quorum pars volatilis eſt,
» pars fixioni propior. hoc natura producitur: quod vero
» arte ex auripigmento fit & ſale. eſt autem, inquit idem
» author, in ſulphure virulentia maior, ob ſalem volatilem
» cum mercuriali ſpiritu & ſulphure copioſiore coniunctũ;
» quod tollitur ſublimatione, vel devaporatione cum ſale
» nitro, & tunc balſamus vulnerum euadit. Itaquidem
Libauius de differentia ſulphuris & arſenici. Verum Ge-
» berus in tertia parte Summæ cap. 29. dixit: Arſenicum eſt
» ſubtilis materia ſimilis cum ſulphure; & non oportet il-
» lud aliter definiri quam ſulphur: in hoc autem diuerſifi-
» catur a ſulphure, quia eſt albedinis tinctura de facili, ru-
» bedinis autem difficillimę; ſulphur vero de facili rube-
» dinis, albedinis vero difficillimæ.

Tale quidem cenſoribus Hermeticis, qui ſtudioſiſſimi ſunt metallorum, viſum eſt arſenicum; quod ſerpentibus addit atris Iupiter, Virgilii ſententia. Ego vero viperæ ineſſe iam præluſeram. Vnde autem hauſtum, ubi quæſierint obſeruatores mei: reſponderim protinus ad hunc modum. Credunt pleriq; cum Quercetano, quod viperę per vernum tempus conditæ ſub latibulis, inde roridam quandam hauriant ſubſtantiam, quæ ſal ſulphureum refert. Nõ credamus autem nos probabilius, quod eædem dum ſub terris, & harum ſpiraculis latitant, & ſulphuream foſſilium & arſenicalem ſubſtantiam colligant?

Enimuero ad quodnam venenum, virus; quod vipera con-

continet, & iaculatur, referas congruentius, quam ad arſenicum? Equidem credo ad nullum. Nam & acerrimam & volatilem utramque vim ſeruant, permeantiaq; in receſſus intimos cordis utraque comprobantur pari cum acumine ac ſubtilitate, quæ ſpiritali ſunt utriuſque veneno. neque cauſam ob aliam, me iudice, perimunt hæc utraque venena, quam quod extinguunt animalis demorſi ſpiritus vitales. Id quod porro conſtitit mihi, atque aliis doctis viris ſpectantibus, pullum vipera enectum, & huic inſpectionis uſui diſſectum: in cuius uniuerſo corpore, aut per humores, aut per ſolidas partes nullam veneni noxam diligentiſſime perueſtigatam inuenimus: qui tamen pullus breuiſſimo temporis momento, id eſt quamdiu paſſus viginti conficeres, expirauit. Illud autem, quod dixi de pullo nullum veneni veſtigiũ referente, vidi & in cane, quem quum experimenti gratia Dorycnio venenaſſemus ego & Fabius Columna, mox mortuum exſecãtes nulla ſui parte labefactatum a pharmaco comperimus. Mollitur autem admiratio & antiquorum obſeruationibus ſuper Alexandro Magno & Cleopatra, quos cum conſtaret veneno ſublatos, nullum tamen in eorum corporibus veneni indicium aut ſignum extitit, autore Fabio Paulino in Quæſt. Martiar. Libr. 2. p. 549.

Autoris experimentum.

Hiſtoria de pullo veneno cõfecto: in cuius corpore diſſecto alienum compertum eſt nihil.

Hiſtoria de Cane veneno Dorycnij ſublato.

Iam igitur, ubi tanta veneni, quaſi fulguris tranſcurrentis pernicitas, & quæ apparentem nullam in extincto corpore noxam reliquerit; quænam amabo te ſit interitus forma, quam ſpirituum vitalium pernicies & extinctio? Extinguit, inquam, opinione noſtra ſpiritus necando arſenicum: quamquam contra dici licet, quod extrinſecus impoſitum arſenicum carnes corrumpat ac denigret: unde & ſepticũ vocatur. Cui nos oppugnanti dubietati ſatisfacit Hieronymus Fracaſtorius in lib. de contag. cap. 2. dicens: quod ſi quædam a medicis putrefa- ,, ctiua dicuntur, hoc tamen improprie dicitur, ſimpliciter , enim cauſtica ſunt: appellantur autem putrefactiua hæc, ,,

„ illa autem cauſtica; quod cauſtica cruſtam & vocatam
„ eſcharam prius faciunt. Vocata autem putrefactiua ve-
„ ſicam inducunt, quaſi in his calor naturalis euaporet, ſi-
„ cut in iis, quæ putreſcunt. Verum proprie cauſtica & il-
„ la ſunt, ut arſenicum, auripigmentum, pytiocampe,
„ & cantharides, quæ putrefactiua dicuntur; cæterum non
„ putrefaciunt, ſed urunt. Hæc ille. Cum quo viro conue-
Petri Caſtelli teſtimonium. nit & Petrus Caſtellus, qui æque luculenter & perite rē
expoſuit, lib. de Arſenico, & Sandaraca Sectione 6. Nos
vero, ut demus medicorum vulgo arſenicum impoſitum
ulceri carnem corrumpere ac denigrare, quaſi non cau-
ſticam, uſtiuam, ſed putrefactiuam vim habens; nihilomi-
nus ex habitu exteriori in interiora viſcera raptum non
mortificat quidem hæc, ſed in ſpiritus ſuam vim exerens
hos enecat ac extinguit: quo prorſus modo & vitæ ſpiri-
tus infici viperæ veneno reor.

Iam vero quoniam & ſulfur & arſenicum viperæ attri-
buimus; arguet hæc noſtra quiſpiam maxime chymicus,
aut foſſilium naturæ peritus, quod debuiſſem equidem
rectius & compendioſius referre viperam ad arſenicum,
quod ſuapte natura & ſulfuris nonnullam partem com-
plectitur, ſi credimus Andreæ Libauio in Lib. de Natura
metallorum, cap. de Arſenico. Quando autem ſulfuream
portionem continet arſenicum, quid opus ſulfuri & ar-
rhenici corpora diuiſim ſtatuere, quæ licet utraque bre-
ui ſub arrhenico complecti? Verum enim vero faciam,
ut ne deſideres probabilem placiti mei rationem. Nam
quod diſcreuerim in vipera ſulfuris & arſenici rationes,
id fecit, quod diſcretas, has utraſque naturas obſerua-
rim, non coniunctas atque complexas. Parte enim al-
Diſcretum ſulfur & arſenicum prouido naturæ conſilio. tera caro & habitus viperæ ſulfureus videtur; parte alte-
ra venenum eiuſdem arſenicale quid eſt. Sed enim diſ-
creta meo iudicio duo hæc viperæ elementa fuerint æ-
quiſſimo naturæ prouidentis conſilio. quod equidem ca-
pite diſputationis huiuſce quarto, credo luculenter ex-
plicatum: prætcrquam quod & alia longe ſubtiliora diſ-
crimina

crimina ſum expoſiturus, quum ad problemata enodanda deuenero. Quibus iam expenſis, & regula, ut dicitur, Lesbia dimenſis, nil errauimus & vera determinauimus nos viperam arſenico cumparantes, ſeu quidē quod citiſſime inficiant, ſeu quod ſpiritus inficiant utraque. eſt igitur arſenicale viperæ venenum. Quam demonſtrationem exequuto iam mihi, neſcio ſatis an aſſequuto, diſſimulandum hoc loco non eſt, viris pleriſque doctis, nempe Ioanni Baptiſtæ Capucio municipali meo, multo vero prius Andreæ Libauio in Alchymiæ Pharmaceuticæ Cap. 14. viſas affinitatem habere cum hydrargyro viperas. Andreæ quidem illo argumento, quod viperinum ſal pellit leucen, lepram, impetiginem feram, elephantiaſin, alphum, ſcabiem feram, defluuia capillorum. Addit ex Aetio quoſdam ſputa pituitoſa reiectare pro pediculis. Verum hæc aut nobis quidem ſuffragantur, qui viperæ ſulfur attribuimus recitata modo vitia omnia finire valens, aut noſtro vere placito nil repugnāt, quo conſtitutum eſt corpori vipereo plurimum arrhenici ſubeſſe: in quo arrhenico nec hydrargyrum deſideratur.

De vipera craſi & concremento naturali.

Ioannis Baptiſtæ Capucij opinio.

Interim quando anguis huiuſce naturam via quadam ulli non trita, ſed plane abdita demonſtraui, libet & nunc eiuſdem οὐσίαν vulgatiori ratione, id eſt, ſecundum primarum qualitatum amplexum offerre tibi contemplandam: quæ proximo ſermone diſputatio futura eſt.

DE VIPERAE TEMPERATVRA. *CAP. VII.*

§. *I. Ambigua viperæ natura.*

Inſulſum temperamentorum quod vulgo fit iudicium.

Dioſcorides ex iudicandis re-cte ſimplicium facultatibus laudatus.

EDiſſerenda nunc eſt viperę temperatura; partim ut plena atque abſoluta pernoſcatur viperæ natúra; partim ut ſatisfiat ſolenni noſtrorum hominum mori, qui de temperaturis rerum exponendis ſic ſolliciti ſunt, ut has imprimis eruendas velint. Igitur viperæ Craſin expoſiturus, illud monebo primum; iudicium de temperamentis abſolutum facile tradi diſputantibus non licere, contra quam autumant multi credentes ſe iam inſtituto ſuo feciſſe ſatis, cum decreuerint quidpiam calidum, frigidum, humidũ, ſiccum, ſeu binas has qualitates coniunxerint, ſeu ſeiugarint, & ſeiugatas rurſum conſtituerint in primo, ſecundo, tertio, & quarto ordine tales: quas res quidem cum cognouerint obſcuritatē implicatas, implicant adhuc illi ipſi magis Qualitatis primum, ſecundum, tertium, & quartum gradum ſingulos late ſe fundentes: ut ſit gradus adhuc ille in latitudinis principio, medio, fine: quæ infinita per hos credita finita confectio, quò ſit quæſo comparata, niſi ut noſtram intelligendi imbecillitatem, noſtramque inſcitiam profiteamur, vel ut ſapientiæ potius frigide velificemur, quæ vulgaribus tantum palatis bene ſapit. Satius antiqui, qui tot ambagibus gratuito reiectis ſimplicitatem cum animi candore diſciplinæque integritate retinuerunt. Dioſcoridem nomino primum, qui cum in herbarum notitia tum veterum, tum iuniorũ, facile princeps communi omnium calculo fuerit æſtimatus; his calidi, frigidi, humidi, ſicci, tricis conſultiſſime abſtinuit calefaciendi, refrigerandi, adſtringendi, laxandi, indurandi, molliendi, digerendi, aperiendi, conclu-

cludendi, & aliis huiuſmodi notationibus contentus. Sed ſtirpibus ad hoc tempus omiſſis, cęteras alias ſpecies proſequamur. Carnis natura ſic nulli patet, ut iure merito controuerſa fuerit Cardano Scaligeroque grauiſſimis magiſtris, q̄ppe quæ ambigua ſit ac πολυειδὴς, id eſt multiformis. Multiformis quoq; ac πολυειδὴς craſis eſt argento viuo, de cuius primis qualitatibus cum à Galeni æuo per omnes noſtros diſceptatum ſit; adhuc tamen incomperta eiuſdem eſt temperatura. Sic autem obſcure calidum eſt hydrargyrum, ut docti viri multi crediderint frigidum, refragantibus eiuſdem effectis calidis. Præter autem hydrargyrum ſunt ambiguæ naturæ metalla pleraque, aurum, inquam, ferrum, cuprum, ſtibium, ſal, & omnes eiuſdem ſpecies; Nitrum, alumen, aqua maris, chalcanthum, alcionium, pumex, cinis; & quis aliorum omnium ſeu foſſilium, ſeu vegetabilium diſſimilibus partibus conſtantium numerum recenſeat? Simili ratione & viperæ natura gryphis grauibus perplexa eſt, & ſic tenebricoſa contradicentibus in ſe particulis, ut miraculo poſſit eſſe, præterquam quod hydrargyros eſt unum quodpiam corpus naturale. id quod fit quidem, iudice me, propterea quod atrabilaria & exuſta viperæ natura eſt; atq; adeo partim calidi primigenii diuaporati defectum, partim adſcititii exceſſum præ ſe fert una.

Carnis temperatura minime plana.

Hydrargyri ambigua natura.

Vipera haud facile explicabilis natura.

§. II. *Quod frigida vipera ſit, ex medicorum quorumdam opinione.*

VErum tamen alia medicorum contradictio fuit, atque alia definitio, quorum alii calidam abſolute, alii abſolute frigidam voluerunt. Ita quippe frigidæ vipera naturæ viſa eſt Galeno in lib. 2. de locis affect. c. ult. & in l. 4. meth. med. c. 3. mox vero hic idem quaſi ſe ipſo correcto in lib. v. de ſimpl. med. facult. calefacientes & exſiccantes vipereas carnes fecit. Alii vero deliberate frigidam feræ naturam ſanciuere per hoc; quod qua-

Vnde frigida vipera iudicetur, argumenta. tuor menſes hieme, dictante Gal. in eod. de locis affectis, ſub terræ latibulis abdita omni eſcarum genere abſtineat, nil ſeſe conſumens, ſed ſuo ſe humore & ſuperuacuis corporis alti reliquiis ſuſtinens. Adhæc animal eſt torpidum atq; hebes præſertim hieme, quippe quod χθόνιον ideſt terreum Apollon. Argonauticon 4. viſum eſt atq;inde fortaſſe fit, quod terram huius eſum ſacra Gen. prædicarit, cui conſentit id quod Virg. 3. Georg. ſcripſit.

Et tophus ſcaber, & nigris exeſa chelydris
Creta.

Preterea reptile animal de exſanguium genere cenſitum vulgo, frigoris eſt impatiens; ſole aprico gaudet, contrectatu ſiue per hiemem, ſiue per æſtatem frigidum, quale Virgilius appellauit in his;

Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis.

Et rurſus;

Frigidus, ô pueri, fugite hinc, latet anguis in herba.

Præterea ſunt & alii, qui, quod minime poroſum viperarum habitum obſeruarint, ſed undique concluſum & ſquamis aſperis ſolidiſque cæcum; frigori id factitanti aſcribentes; frigidum in his elementum prævalere facile ſibi perſuaſerunt, perſuadendumq; aliis voluerunt. Ex his eſt Rhazes 35. Contin. 3. è iunioribus vero Iacobus Greuinus in lib. 5. de Venenis; qui & aliud ad modo recitata multorum hominum argumenta hoc adiunxit; quod voraciſſimæ cum ſint genus hoc angues, nihilo tamen minus perparum potent; argumento, inquit, perſpicuo, quod frigidæ madidæque ſint apodes naturæ.

Vlyſſis Aldrovand. de viperæ frigiditate argumenta. Præter hæc autem ſunt & alia frigidæ naturæ teſtimonia per Vlyſſem Aldrovandum producta, quæ parum magni ponderis cum ſint, repetenda non curo. Tantum illud Ariſtotelis adduco; cui tantus non videtur viperæ calor, ut mollia ſub ventrem oua queat indurare; quare & humidiorem frigidioremque philoſopho exceſſum eſt viſa vipera referre. His argumentum ab Antonio Bertiolo Mantuano Ideę Theriaces ſcriptore nouiſſimo prolatum

latum eſt adnectendum; qui frigidam & humidam cenſuit viperæ conditionem propterea, quod binas quotannis excutiat uniuerſi corporis exuuias, quæ ſicut cæteris in animantibus epidermis, ſic ſuperuacuæ redundantiſque pituitæ craſſamentum videtur.

Bertbioli ad viperæ frigiditatem aſtruendam argumenta.

§. III. *Quod calida vipera ſit natura noſtro decreto.*

HAec iſti de frigenti viperę natura. verum meam mihi mentem aperire ſi licet, calida & acris viperæ natura cenſetur. cuius ego rei demonſtrationem tentabo contexere petitam ex variis viperæ affectionibus, & propriis conditionibus, quæ tum animum, tum corpus, tũ utriuſq; complexum ideſt pleram eiuſdem formam conſequuntur. Incipiam autem ab his quæ ſunt corporis, ut quæ paratiorem exhibent comprehendendi rationem. Prima eſt conformatio pleniſſima atque abſolutiſſima viſcerum interiorum, quæ tot numero ſunt viperæ, quot & animantibus ſanguine præditis perfectis, cum quibus una die quarto geneſeos à Summo cõditore creata fuit, ut Roberto Fludio placuit: quæ partes ſunt, cor, diaphragma, pulmo, iecur, renes, lien, vena porta, & vena caua, arteriæ ſuis locis; hæc rubra & nitida non aliter, quam maioribus & validi roboris animantibus. Verum pulmones cum ſua fiſtula quid reliqui? cuius ex omnibus tanta eſt poteſtas, ut vel hoc uno debeat videri vipera calida, quando nulli ſpirare datum animanti, cui calidus ſanguis non ſit, autore Theophraſto Peripatetico, vel cui pulmo non ſit autore Franciſco Maſſario in nonum Plinii, qui & hoc ex magno Ariſtotele profeſſus eſt, qui l. 3. de partib. animal. c. 6. quod eſt de pulmone: *quæ vinipara ſunt*, ait, *maiorem & copia refertum ſanguinis habent* (pulmonem) *propter calorem naturæ ſuæ ampliorem.* Ouipara vero ſecus ex albidis vero partibus ſunt gula, fellis veſica, ventriculus, meſenterium, inteſtina, matrix, teſtes intimi numero quatuor Baldo Angelo Abbatio,

A pleniſſimis conformati primò corporis numeris.

penes duo,& vaſa ſpermatica, præparantia, deferentia, cerebrum, & ſpina longiſſima muſculis & neruis inſtructiſſima, ſeries ad ſummum plena vitalium, naturalium, animaliumque partium omnium, quas & numero multiplices, & officiis exacte præſtabiles credas a calore non admodum ubere procreatas atque formatas? Quem ipſum uberem calorem declarat & feræ efferata ſalacitas. Declarat & fœcunditas incomparabilis; quippe quæ ſingulari fœtatione vigenos & quinos geſtat catulos: bis autem anno cum pariat edit uſque numero quinquagenos, non piſcium more ex ouis excluſos, verum utero fotos atque perfectos, rem conſone adnotantibus Baldo Angelo Abbatio in operis de viperæ naturæ veſtibulo; necnon Vlyſſe Aldrouando in cap. de temperamento, qui Vlyſſes profeſſus frigidam viperæ naturam, rem maxime aduertendam non aduertit, ideſt, quod hi catuli ſinguli prodeunt amicti triplici membranarum inuolucro vaſis umbilicalibus, cum cætero perfectorum animantiũ apparatu: neque etiam aduertit alias in eodem capite ſe profeſſum paruulos fœtus ſuumipſorum feruorem, ſuãque acrimoniam parentibus reſpondentem, exordio fouere; quod prior etiam ſcripſit Abbatius eiuſdem de vipera tractationis cap. 6. Quin etiam argumento perfectionis & caloris viperæ ſingulari; poſtquam iidem elapſi de matris utero catuli membranulam uterinam abs ſe diſruptam depoſuerunt, ſexto deinceps die propriam aliam quaſi interulam fœtationis ſuę ſenectam excutiũt. quam rem de compoſito obſeruatam in calce Hiſtoriæ Naturalis primus adnotauit induſtrius vir Ferdinandus Imperatus. Quoniam autem de fœcunditate dixi viperarum, ſcire licet hanc nedum ipſas ſibi ſeruare, ſed & iis, qui eam implorant, ideſt, qui illa utuntur atque veſcuntur, generoſas animantes refundere & communicare, ac nedum iis, qui procreationis aliquem fructum nouerunt, verum etiam iis, qui geniales Venerem & Iunonem fauentes ſibi nunquam ſenſere. Cuius rei teſtimonium

Viperæ eſitatæ fœcunditatem ſterilibus refundunt.

nium fecerunt Cæſar Claudinus in op. de ingreſſu medici ad infirmos ſect. 6. & hoc viro prior Marcus Gatinaria Ticinenſis vir & ſcriptis ſuis, & Iac. Syluii Pariſienſis imitatione commendatus; qui curatam a ſe viperinarum carnium uſura leproſam fœminam narrat 40. iam annis ex conſtanti ſterilitate maſcula prole donatam. Quę ſic excedens viperarum ſibi atque aliis ſeruata fœcunditas, ex quonam quęſo fonte proueniat, niſi ab una ſua corporis & viſcerum calida temperatione? Talem profecto cognouit Hieremię interpres, qui in capite 14. Quia ma- » Cuſtodia.
gnus, ait, eſt ardor in ſerpentibus propter calorem inter- »
num, coguntur ventum haurire, ut contemperent inte- »
riorem ęſtum, quo uruntur. Ad has duas maximas an- »
guis dotes ex eodem caloris fonte manans accedit viuacitas, quę ad 300. uſq; annos extenditur. Neq; vero contenta fuit natura tam diuturnam vitam huic animanti profundere, ſed talem quoque procreauit, quę longęuitatem etiam in alios poſſet ſuo ipſius uſu transfundere. Porro teſtatus eſt in lib. 7. Nat. hiſt. c. 2. Plinius Veronenſis voratores viperarum populos centum & ſexaginta annos attigiſſe. Romulum vero Pollionem per hanc centum annos vixiſſe. Degat autem ſecundum ſeipſum tam longæuam vitam animal, quod natura frigidum ſit? Sicut autem ſecundum ſeipſum hoc animal calidæ naturæ iam cognoſcitur, ita etiam ad generationem relatum, vel eo monſtrante, quod una e ſerpentibus viuum animal parit, ut relatum eſt ab Ariſt. lib. 1. de Generatione Animalium, relatum quoque Nicandro in Theriacis:

Sola etenim viuo grauidatur vipera fœtu.

Vnde & nomen adſciuiſſe vipera credita eſt. Atq; conditio hæc, & prærogatiua ex feruida viuidaque ſerpentis natura non naſci non poteſt. Etenim viuiparis calor redundet oportet; quod ſatum concipere, conceptum augere, auctum perficere, perfectum excludere commode poteſt. Confirmauit, & hoc Vlyſſes Bononienſis, qui narrauit more ſanguineorum animantium coire, genera-

re, concipere, parere, & pleraque alia facere, quæ calidi fomenti plurimi, ſunt indicia. Ad hæc autem conſule, & quæ in fine Cap. huius adſcripta ſunt noſtra firmamenta. Interim nos, & alias rationes proſequamur, deſumptas à minus communibus & peculiaribus corporis affectionibus eiuſdem, quę nos adſcribimus, caloris ſobole. Harum prima eſto fellea redundantia, qua una in rabiem æſtate, in furialem iram cætero tempore vipera cietur. Ex eodem quoque caloris principio proficiſcitur & inceſſus, quo Horo Apolline cenſore ſic excellens viſa eſt antiquis Aegyptiis, ut hi curſu velociſſimum hominem expreſſerint viperæ pictura. Boreæ vero & Erichtonii prępetes curſus per caudas viperinas utriuſque pedibus affixas. Hoc quidem Hygino in fabulis, illud Pauſania in Eliacorum primo teſtantibus.

Fellea redundantia, inceſſus pernicitas viperei.

Sic autem, dum ſe ſuaque volumina prouolutim explicat, confragoſus eſt viperæ curſus, & cum his coniūctum ſeu curſitantis maioris belluæ ſonitum obſtreperum audire putes. quam rem præterquam de dipſade viperæ ſpecie docuit Auicenna, probatiſſimæ quoque fidei Sacerdotes Carthuſienſes, viri, qui nemoroſa incolunt, teſtificati ſuo nobis experimento fuere. qualis fortaſſe motus dictus, eſt Furia, minus quidem Latine, verum exprimente ad viuum ratione Bernardo Gordonio profeſſore Mons Pelienſium antiquiſſimo, in breuicula tractatione quam ſcriptam reliquit in Libro de Venenis. Cuius viperini æſtus etiam ſpecimen eſt, quod fumida (ψολόεις) appellata fuit Nicandro. Adhæc eſt vipera pruriginoſa odoratu, vel ſolo, ſicut Oddus Patauinus ait, contrectatu: eſtque ſudorifera ſic, ut Bezaarticum animale dictitarit Joannes Hartmannus. Inde morborum contumacium & frigidorum expugnatrix eſt præciſe ſic, ut à calidorum aggreſſu ſit cauenda, Iulio Cæſare Claudino monitore in lib. de ingreſſu ad infirmos ſectione 6. Igitur & calido vitio correptis obuerſa in curationem vipera plurimum nocet, & frigido languore grauatis tantundem

pro-


G. Georgi f.

proficit, ut Galenicus homo probatus affirmat: ſi tantum conſtet axioma vulgatum, quod perpetuo per contraria curatio recta ſit; indubitato iam, & expreſſe calentem, & non frigentem viperæ naturam agnoſcis; potiſſimum ſi addideris, quod in Cent. 1. teſtatus eſt Amatus Luſitanus in Agri Nurſini frigentiſſimo fonte, qui diſtat octo miliaribus à Fulgino urbe, ſi demorſi a vipera vel ſerpente venenoſis una hora madeſcant, continuo liberos ſe ſenſuros. Aeſtuoſam item agnouimus viperarum naturam, quod in locis æſtuoſis maxime proueniant hæ ſerpentes: in ſitiẽte, inquã, Africa, in παμφόρῳ Aſia, plurimę; in Europæ vero frigidis locis, quampauciſſimæ. Quod adnotauit Bernardus Gordonius in lib. quo de venenis a morſu; educta ſcilicet ſpecie eductrici & conſeruatrici ſuæ cauſę id eſt patrię telluri reſpondente. Pręter hęc calidę viperę naturę reſpondent, & alia effecta calida, qualia quidem ſunt, partim quę dixi, partim & quod mox additurus ſum apertiſſimum. Ideſt quod menſes morantes explorate ciet, quod noſtro quidem experimento vidimus, vidit & retulit obſeruationis fide centenę Zacutus peritiſſimus medicus Luſitanus, qui in Medicę Praxeos hiſtorię lib. 3. c. 9. quod eſt de mulierum menſtruo „ madentium digtis: carnium, ait, viperinarum ad menſes „ ciendos torpidos eſus Luſitanis fœminis eſt ſolennis. Cuius quidem aperientis & euocatorię facultatis nulla mihi admiratio eſt prę feruida & acuta ſerpularum iſtarum natura. Adeo quidem feruida, ut neque poetas fugerit, primum Nicandrum cui φολόεις eſt vocata ideſt ardens & fumida, quod iam dictum eſt; deinde Virgilium, qui ait:

Parte ferox ardenſque oculis & ſibilat ore.

Sic & Ioannes Caſa in Tetradecade epigrammatum ſuę linguę cecinit;

Se ben pungendo al cor vipere ardenti &c.

Et Marinus noſter in altera ſua tetradecade:

Queſta delle cui polpe opra vitale

Com-

Compon medica man, vipera ardente.

Adeo ſcilicet Græcis, Latinis, Hetruſcis vatibus nota fuit ardens viperæ natura.

Sic iam caloris plurimi transfuſu in varias viperę functiones atque affectiones calida plurimum atque ignea monſtratur eadem. Quæ noſtra multa confirmat & roborat una teſtificatio: quam mox ſubnectam Euſebii, & Iacobi Billii æſtimatorum magni virorum; quorum poſterior in Epiphanium, quo de ſerpente primo immortalitatis noſtræ corruptore ex ante dicto magiſtro tranſtulit hæc: Quare magis forſan phyſica ratio ſit, quàm ex „
veteri Aegyptiorum Phœnicumque Theologia collegit „
Euſebius. Videlicet ſerpentes ſpiritaliſſimos eſſe anima- „
lium omnium. nam abſque manuum, aut pedum, & om- „
ninò abſque alicuius organi exterioris adiumento, exi- „
mia celeritate feruntur, varias in figuras ac formas, gra- „
diuntur, inuoluto, reuolutoq; greſſu inquamlibet partē „
rotantur. Hoc autē inde habent, quod præ cæteris ani- „
malibus igneã naturam participent. Id decantatiſſimus „
ille Pſaltes ſacrarum litterarum Scriba, quem ſummum „
Deorum interpretem Aegyptii putarunt, cuiuſq; libros „
Arrius in Græcam linguam traduxit, concione ſignifica- „
uit, cum conniuente atque adeo clauſos habente oculos „
ſerpente tenebras diffundi; illo verò palpebras oculo- „
rum erigente, luce omnia repleri ſcripſit. Hinc ſumma „
in has animantes religio: quibus templa erigebant, quę „
pro Diis venerabantur, rerum omnium principia puta- „
bant: quin & Deum appellabant Ophionea: de quibus ex „
Pherecyde, & Zoroaſtre apud eundem Euſebium plura. „
Hæc ille. Dixi iam cauſſas omnes interiores ac propiores, quibus hæc noſtra ſerpens potuit affectu donata calido ſatis apparere: remotiores nunc perſequar confirmationes: quarum primam offendet conſideratio victus. Quid enim præferuidæ non æſtimetur naturæ fera, quæ propemodum exurentibus ac retorridis utitur eſcis? quę ſunt Ariſtotelis teſtimonio in l. 4. de hiſt animal. c.

49.

Calida ſicca vipera natura ex aſſiduo ſuo victu monſtra ta. 49. campeſtres ſcorpiones; Gal. vero obſeruatione in lib. de Theriaca ad Piſonem, ſunt pythiocampæ, bupreſtes, erucæ, cantharides, phalangii, ſcarabæi, ſtelliones, mures aranei, parui bufones, & aliæ hoc genus beſtiolæ, quæ ſunt omnes acrea, ſulphurea, & nitroſa natura. Tanta autem eſt eiuſmodi victus vis apud Libauium in Alchymiæ pharm. cap. 7. ut plus in victu venenatæ cauſę eſſe, quã in natura putet; perſuaſus ab eo ſcilicet, quod certis in locis mortiferę ſint angues, in aliis non item. In Anglia porrò multos viperis demorſos, & in vita ſeruatos, quia non ſunt ibidem hę ferę venenatę, ſe vidiſſe perhibuit Ioannes Hougthon eruditiſſimus phyſiatrus amicus meus: quod idem certa hiſtorię fide Gerardus mercator in Atlante maiori confirmauit. contra vero uniuerſa maris Atlantici ora, quę à perpetuo ſtirpium virore Capo verde nominata eſt, venenatis plantis ſic eſt referta, ut guſtatis obuiis herbis ac fructibus e veſtigio peſtiferæ ſint, ſerpentes? *Africa ſirpentibus obnoxia.* quibus gignendis & Africa ſic obnoxia eſt, ut inde ὀφιοῦσα id eſt ſerpentifera dicta ſit; veneno ſcilicet terræ inſito ſcatens ad procreandam anguium malarum vim accommodato. *Vipera cum vino ſympathia.* Ad victum accedit proxime potus; ex quo genere cum vinum ſit, cum hoc quidem tanta viperæ ſympathia eſt, ut nobilem argumentationem inde deduxerit Andreas Libauius Lib.
» 1. de Magiſteriis. cap. 19. dicens, cur in vino ſuffocatæ
» viperæ reddunt id efficaciſſimum ad eum morbum, qui
» alias videtur inexpugnabilis. Delectantur viperæ vino;
» ſymbolica eſt ſpirituum & ſuccorum utrorumque ratio,
» in ſymbolum habens facilis eſt tranſitio, ibidemq; prom-
» pta actio ac paſſio. Hæc ille. Verum enim vero vino non tantum maturo, ſed & matura vua delectari viperas ab obſeruatoribus audio peritis.

Vipera qualitatem ſuus prodit victus. Cæterum hi viperæ victus, hi potatus vorantem hanc declarant calidam bifariam: & quod materiam exhibent talem, & quod, quæ talibus delectetur, autore Galeno in lib. Artis med. viſceribus itemque talibus ſit oportet; quam-

quamquam verò apud eundem Libauium lib. Alchymiæ Pharm. cap. 7. quorumdam experimento coniecta in amphoram vipera vinum non attigit. Neque id aliquid facit, ſpectata eius ob captiuitatem conſternatione: quandoquidem, ut idem Libauius & Cardanus aduertunt, eſcam non attingunt captiuæ: quod & Ioannes Branchinus Pharmacopæus in Theriaca quotannis paranda præſtanter exercitatus captis ſæpius experimentis cognouiſſe perhibuit nobis.

Contradicens nobis obſeruatio.

Vipera nil guſtant captiua.

Quid enim, amabo te, proximum vinum velut attiguã Tantalus aquam abnuat, aut detrectet? cuius alioqui liquoris ſic appetens eſt, ſic etiam incontinens, ut hoc in præſepibus propoſito per inſidias; ſtatim accurrens quaſi ebrium odore animal ab inuigilantibus venatoribus capteetur Ariſt. autore in lib. 10. de Nat. Animal. c. 4.

Vipera per vini inſidias capitur.

Habes iam ex circumſtantibus corpori affectionibus demonſtrationes. Reliquum eſſet, ut de his, quæ referuntur ad animum, peruideamus. Ex quorum numero ſunt prouidẽtia, cautela, vigilantia, perſpicacitas, & ſenſus alii. Verum has omnes in proximo Cap. de Characteribus & conditionibus ad plenum ſeruo mox exponendas. Satis eſto nunc aſtutiam à F. Ponzetto in Lib. 3. de Venenis lib. 9. ad originem omnino calidam pro confeſſo relatam: ad quam item ego pro confeſſo referam, & truculentiam, atque audaciam, quam hominibus non dico, ſed & gigantibus, ſed & vaſtiſſimis, & montiformibus beſtiis puſillus vermis inſultat. Tapinoſin porro commiſiſſe mihi videtur Poeta, qui dixit:

Parua necat morſu ſpatioſum vipera taurum.

§. IV. *Cæteræ animi dotes quæ peracrem viperæ conditionem oſtendere queant.*

QVæ cuncta fortaſſe ſpectantes antiqui ſapientes, prudenter attribuerunt angui tantum ignei vigoris, & ſpiritus, ut huius imagine, ac pictura ſpi-

ritum ipſum mundi voluerint deſignandum: quo quid efficientius, quid auguſtius dici queat? Quoniam autem originum viperæ mythologorum modo meminimus, ſi quidem his uti licet, ideſt, ſi ſua his autoritas ac fides, quæ profecto non inſolens eſt, non derogetur; nonnulla ex iſtarum loco veritas, quam defendimus apparebit: ex his unam & plane ſingularem accepero Typhonis, ex cuius ſanguine feruentiſſimo alioquin atque æſtuoſiſſimo ſerpentes & viperas antiqui voluerunt natas, ipſum ſic dipingentes. ex humeris iſtius centum capita ſerpentum eminebant; in cruribus maximè viſebantur viperarum ſpiræ; Corpus erat totum pennis obſitum; crines impexi; barba prolixa; oculi ignei; ignis ex ore multus efferebatur; ut ex proxima figura facile diſci poteſt. Iam verò cum Typhone coiens Echidna, ideſt fœmina vipera aquilam peperit, quæ Promethei iecur exedit perpetuo, ut eſt in Hygini fabulis; itemque Chimæram edidit, ut Cœlius tradidit Rhodiginus. Ex calidiſſimis igitur elementis aut acceptis, aut traditis, quæſo te, fuerint frigidiſſima an verius calidiſſima viperina ſeminia?

Typhonis deſcriptio.

§. V. *Aduerſantium argumenta diluuntur.*

Satisfit aduerſantibus aliorum argumentis.

APeruimus iam noſtram de viperæ natura ſententiã; aduerſariorum nunc nos oportet ſatisfacere rationibus. Primum autem primę, quæ frigidam feræ naturam adſtruit, per hoc, quod tres aut quatuor menſes lateat, alimenti quidem indiga, nec ſeſe conſumens anguis. Hoc porrò nihil efficit, nihil obtinet: Præterquam enim, quod alimento paſcitur nobiliſſimo, quod ſal eſt ſulphureum ſubtiliſſimæ naturæ balſamum, tum per uniuerſam terræ faciem, tum per interiores huius ſinus diffuſum: quo uno ſtirpes animantur, ac vigent, authore Ioſepho Quercetano in Pharmacopęa reſtit. cap. 23. atque etiam autore Stephano Roderico in lib. de Meteoris microcoſmi c. 4. & Sebaſtiano Baſſone in lib. naturalis philoſophiæ


VIPERA PYTHIA.
G. Georgi f.

phię aduerſus Ariſtotelem, qua de puluere ſerpentino & Philippo Tinello in libr. de Genethliacis viperarum, victum ſub latibulis hauriunt ęthereum, quod multo potius digniuſque eſt ſulphureo terreſtri balſamo. Quod balſamum, quodue alimentum, ſi per id temporis non eſt viperis; quęſo bonos homines, qui contraria ſentiũt, quid modicum tempus eſca fraudatę ſub capſulis viperę contabeſcant? Quid autem, ut ne contabeſcant, ſuis in captiuitate ſuperfluitatibus ali diu non poſſint? Dicent captiuas ſuperfluis ſuis ſuccis maxime etiam nutriri, ſed defectum alimenti, quo ſe nutriunt, non vident. Quippe ne ſic inedia contabeſcant in uſus optimos theriaces captę viperę, ſollicite cauendũ nos monuit Abbatius in c. 8. Pręterquam autem, utrumlibet iſtorũ alimentũ atq; fomentum nacta eſt: adhæc ſopita ſub terris anguis ſe ipſam non conſumit, propterea quod craſſius & denſius, & pinguius ſuum humidum radicale reluctetur. Eſt autem, vides, hoc humidum non vulgare, quale videlicet animantibus pene omnibus eſt commune. Verum adſtrictum & preſſum & glutinoſum, quale reſiniferis, & oliuiferis & omnino viuacibus natura contribuit: eſt priuatum, quinimo quale & auro affingit Ioannes Heurnius in Lib Medic. inſtitut. c. 6. Adeo, inquam, pingue, denſumque eſt humidum viperę natiuum, ut ad hanc cauſam ſingularem referatur a Peripateticis pleriſque profeſſoribus ab ipſo Peripati Magiſtro communicatum in 11. de hiſt. Animal. oculum angui dilaceratum, & caudam reſciſſam ſua ipſorum vi colligatas redintegrari. Sed & denticulos obeliformes, quos excuſſiles ſępe deprehendimus, viperę ſingulis vernationibus reparari teſtati sũt obſeruatores naturę, vel ut alii crebrius etiam his periodis. In menſes ſingulos prodidit Ioannes Baptiſta Hodierna Siculus Agrigentinus Palmenſis Mathematices & naturæ ſubtilioris conſultiſſimus in libello de dente viperino mihi nuncupato. Eſt, dixi, quidem hoc humidum excellenter craſſum. Adde verò impenſe multũ,

Viſciditas ſubſtantiæ faciens ut diſciſſus oculus & cauda vipera reparentur.

uſque adeo,ut quo pacto vitam abſumentibus cauſſis diu reſiſtat, & viuax diu perſiſtat, eadem ad unguem ratione ἄσιτος, ideſt cibo abſtinens ſine vitæ offenſa ſuperſit diu.Sic quoque Draco Aethiops ſummam emenſus ſenectutem ſine cibo tempore multo viuit, Aeliano,& autore priſco lib. de rerum natura teſtantibus. Quid plura? Annua durare fame ſerpentes prodidit Plinius, & ſerpentium mater dicta vipera Indica de genere hoc eſt Nerimbergio teſte,humido nimirum & pingui principio affluente. Quo ipſo donata beſtiola noſtra Pythia non perſentiatur frigida. Porro grauiter in Com. 2. de locis affect. Rodericus Fonſeca diſtinguebat aliud quidem eſſe acrimonia & intenſione caloris pollere; aliud copia innati calidi abundare; atque ſerpentes hac boni natiui conditione frui, conſentit; licet altera caret apparente. Ita quidē ille. Nos vero & hoc calore, ſicut & illo potiri viperas iam oſtendimus. Hæc nos quidem de qualitate & copia vitalium duorum elementorum: quibus utriſq; modis accedit & admirabilis proportio, qua, conditore ſic volente, gaudent ſerpentes.calorem humido proportionatum vocat Petrus Aponenſis interpretatus problema poſtremum decimæ ſectionis:quamquam & vim ſiderum addit, quæ inediam inducant.Quæ autem iſta ſint ex Materno & Aſtronomis habes. Nunc, ut rem quaſi manu palpes, afferam exempla τῶν ἀσίτων nonnulla. Simile quippe accedit Tarantulæ calentiſſimæ alioqui beſtiolæ, quæ quinquaginta diebus ieiuno vixit ſtomacho Vlyſſi Bononienſi cap. de victu. concordatque Ariſtoteles qui diu ſine ullo cibatu viuere nos docuit phalangia. Sic denique accidit aloes herbæ, ſcillæ, pancratio, quæ extra terræ amplexus viuunt, vegetantur, florent, nec conſumuntur etiam per longa tempora de laqueari ſuſpenſa. Sulfur, quoque natiuum ſua pinguedine & craſſitudine diu flammam fouet, uno ſic volente plurimo craſſitudinis ſuæ fomento. At equidem quid plantas, foſſilia, curioſius attexo? quando per Auicennam lib.3. Cap de de-

Indica viperà ſerpentium mater appellata.

Ad Rodericū Fonſecam.

Proportio vitalis humidi calido reſpondēs.

Sidera quæ inediæ ſeruiunt viperarum.

A plerarumq; ſtirpium exēplo.

A ſulfuris exemplo infecta.

Inedia. deſtructione appetitus, abſtinent. Vrſus & Echinus terreſtris plurimaq; animalia cibo per hiemem tempore longe extento. Plinius verò lib. Hiſt. natur. 8. c. 25. Crocodilus quatuor menſes hiemis inedia ſemper tranſmittit in ſpecu: feruidum alioqui quadrupes, ut oſtendunt acerrimus eiuſdem viſus, prædiuinatio, pugnacitas, rapacitas, longæuitas, duo de viginti cubitorum magnitudo, perpetuum ad uſque ſummam ſenectam corporis incrementum, partium deniq; ſuarum aduerſus frigidos mortalium languores adiumenta. Huic ſic affinis eſt Scincus, ut terreſtrem crocodilum dixerit ex communi omnium conſenſu Plinius lib. 28. c.8. & multo prior Dioſcorides lib. 2. c.6. Atque Scincus eſt adeo calente natura, ut cupiditates veneris accendat ad hanc inflammãdam præcipuus. Ad hos glires & taxus plenos menſes dormitant arborum hoſpitati ramis, haud frigidæ cæteroqui belluæ. Nec frigidi item verum calidiſſimi phocæ nimiũ diu dormiũt, ut perhibet Aldrou. De quibus Mart.

Dormitis nimium glires vitulique marini.

Nec equidem dubito, quin ex amphibiis aliis, & ex uniuerſo genere animantium ſint longe plura, quæ per hiemem dormitent & abſtineant eſu. nam & piſces more ſerpentium hieme latent. Atque adeo tum calidioris, quas ante commemorauimus, tum frigidioris complexus animantes latibula colunt hyberna. Vſque adeo ut conſtet iam & calentibus & algentibus promiſcuè dormitatoribus geniis eſſe commune per hibernos rigores latere. Verum his miſſis longum viperæ ieiunium ut fiat iſtorum opinione dicamus. Opinantur, inquam, humore fieri multo, qui certè fuerit calori pabulum undecunque congerenti. Quod eorum aſſumptum falſum oſtenditur propterea, quod exſiccatiuus, & conſumtiuus eiuſdem uſus compertus eſt, ita ut podagram excutere plurima parte valeat his, qui defluxibus eiuſmodi ſunt obnoxii. Quod præclarè profeſſus eſt Gal. in lib. de Theriaca ad Piſonem cap. 15. & Aetius lib. 12. cap. 97. & poſt

Carnes viperæ podagram abigunt.

hos

hos nouiſſimè noſtra ætate Carolus Panicellus Florentinus, homo peritus in ſuo de apparādis in esū viperis tractatu. Quamquam quid longe petitos teſtes appello, quando, ſi fides tamen eſt meo & amicorum experimento, comprobatum eſt, viperarum eſu toſtarum podagra vexatos, etſi non auſim dicere abſolutos, tamen ita leuatos, ut contentos beneficio vidiſſes. Cæterum non vident argumentatores amici calorem aliorum omnium animantiū lōge ſuperari à calore noſtræ viperæ, utpote, quæ viuit tercentos uſque annos, qūotannis ſeſe renouans, & reſtaurans bis. Quo dulces elegi Tibulli de noſtra mortalitate querentes legimus. *Aeuum viperæ.*

Crudeles diui ſerpens nouus exuit annos.
Formæ non ullam fata dedere moram.
Anguibus exuitur tenui cum pelle vetuſtas!
Cur nos anguſta conditione ſumus?

Sic quidem ille percontatur tropice. Verum nos ſerio phyſice reſpondemus, quod ſuperat noſtræ calor viperæ vitalis tenacitatis conditione, quā agnoſcentes Aegyptii apud Horum Apollinem ratam firmamque conſtituere. Cui placito conſentit & illud Ariſtotelis, cuius in lib. de Longit. & breuit. vitæ cap. 5. ea ſunt decreta: *Cauſas æui longi, quantitatem & qualitatem humidi vitalis videlicet, ſi multum hoc ſit & pingue, ſic ut nec facile exſiccetur nec congeletur. Altera cauſa calidum eſt, quod non patitur humidum congelari. Tertia eſt debita proportio inter calidum & humidum. Quarta paucitas excrementorum, utpote quæ ſint naturæ contraria.* Hæ porro conditiones omnes ineſſe videntur viperis, indeque has diu viuaces. Humoris enim vitalis vis ipſa facit, ut diuturnam in ieiunio vitam conſeruent. At pinguitudo adſtruitur, quia oculi caudæq; inſectę rurſus complicitę coaleſcunt. Tertio humidum nullis rigoris aut terræ incommodis congelatur. Excrementa autem huic animanti inter omnes pauciſſima aduertimus. quin & noſtra podagriſſantium excrementa comeſa reſiccat ipſa. Quod ſi *Longæ vitæ cauſa ſecundum Ariſtot.*

ca-

calorem imbecillum adſtruunt iſti viperæ longi ieiunii tolerantia, falluntur iidē non ſpectantes quod ſerpentibus modicus in dies ſuæ ſubſtantiæ fit effluxus, nec ſunt quæ auiditatem augeant, quod Plinius aduertit: deinde non ſpectant, quod ita puſillo per illos calore vel frigentiſſimas eſu Salamandras euincant, frigentiſſima ſuper terra interdiu noctuq; per hiemem perque rigorem incubantes. Adhæc accedit aliud obſeruatione longa cōpertum, quod nil vipera mandit, ſed omnia tranſuorat integra; nudas ſcilicet nidorum prępetes aues plumoſas, lacertas, mures, ranas, bufones, quæ exſiccata diu nil cōminuta reddit per membrum ſui ſeceſſus, Ait quidem Libauius in Alchymiæ Pharmaceuticæ cap. 7. Verum per os reiici ſuetas auium deuoratarum plumas & oſſa ſiue draconibus ſiue ſerpentibus aliis prodidit Plinius. utcumq; tamen eximiam alimenti partem torrido archęi alembico extrahit, quę interim omnia ventre reperta, dum occiditur forte fortuna, nihil putere, licet à duodecima die vorata comprobarunt Theriacopæi noſtrates plerique, & Doctor medicus rerum naturę ſtudioſiſſimus Ioſephus Donzellus Neapolitanus: quæ utraque ad viperei conceptaculi ſiccitatem referamus oportet, & ad igneam eiuſdem naturam. Quam deprehendit Gaſpar Volphius apud Conrad: Tigurinum hæc habens: Scorpionem & „ Viperam ratione contrarii veneni ſeſe mutuò interimere „ obſeruauimus. Nam cum in Italia eſſem, mihique & Do- „ mino Georgio Cellario medico Tigurino collegæ nunc „ meo, vipera data dono eſſet, venati ſumus Scorpium. „ Nam in domo habitationis noſtræ locus erat humidus „ qui hoc inſecto ſcatebat. eum cum vipera ampullæ vitreę „ incluſimus, quæ paulo poſt utrimque morſu & ictu datis „ interierunt: utrum vero eorum prius obierit non recte „ memini. Ex quo veneni contrarietatem facile quis co- „ niecerit, quando à ſimili nulla fit paſſio. at ſcorpionis ve- „ nenum frigidum eſſe ſatis conſtat, cui calidum viperæ „ venenū exitio eſſe potuerit. Hæc ille. cui frigidum ſcor-

Reiectant per os exſiccata omnia ſerpentes.

Pugna viperæ & Scorpij.

pii venenum adſtruenti ſuffragatur & ipſe Galenus in lib. 4. methodi medendi Cap. 3. Poſt hunc Bernardus Gordonius in libro ſuæ ſeptemplicis medicinæ tractatulo de Venenis; Santes Ardoinus in libro octauo de Venenis cap. 1. Gul. Rondeletius in Methodi Therapeuticæ cap. 41. & alibi etiamnum de Peſte tertio qua de Venenis. Item H. Cardanus in l. 11. Contradictionum tractat. 5. contrad. 9. pag. 176. Conradus Tigurinus in libello de Scorpione, lemmate præpoſito de Ictu; & Thomas deniq; Iordanus in 3. de peſte, qua de Venenis. Hæc quidem de humoris materia. Cæterum quod ad calorem, volunt & quod frigidum viperæ temperamentum iudicandum ſit, propterea quod hieme ſtupidæ atque exanimes fere ſuis in latibulis reperiantur. Sed reſpondet Petrus And. Matthiolus in 6. Dioſcorid. cap. 4. nullam aliam ob cauſam id illis accidere, quam quod earum natura, quæ calidiſſima eſt, id maxime refugiat, quod ſibi contrarium ſentit. *Viſitur hoc pariter*, inquit, *in piſcibus, qui cum frigidi ſint natura, cum primum ex aqua extrahuntur aeris calore necantur; quin & veſpæ, quæ temperamento calidæ ſunt ac ſiccæ, eadem ratione ſub hieme conficiuntur, niſi calidiſſimis locis recondantur.* Hæc Matthiolus. Cuius cum ſenſu concordaſſe videtur Ferdinandus Ponzettus, qui calidam apertè ratus viperæ naturam ex aduerſo refellens eos, qui frigidam habuerunt eo nomine, quod hieme diu cauis ſub terris lateat nullo victu fota. In lib. 3. de venenis cap. 9. conceptis propoſuit verbis hæc: *& quamuis non ſit certum an ſtent recluſæ in ſolitudinibus prædictis, poſſunt tamen aliquæ manere illic, ne earum caliditas repercutiatur frigiditate temporis: quia prohibet exitum vaporum uſtorum, qui forte exurerent præcordia.* Sic doctiſſimus vir ad Auguſtinum Niphum conſcribens. quo viro prior Bernardus Gordonius in tractatulo de venen. quod ſerpentes frigore conſtupeſcant, id ſumma texturæ corporis raritate fieri ſeſit: quos alioquin natura calidos, haud certe frigi-

Calidi ſerpentes Gordonii ſententia.

dos profeſſus eſt. A quibus nos viris ad Greuinum reuertentes dicimus. Perperam hunc diffiſum viperæ calori propter imam cutis & habitus viperini pororum vacuitatem. Enimvero liquido fallitur homo ſolers, quod etiã exurenti vi caloris quotidie videmus ambuſtorum cicatrices obcæcari. Atq; peruſtam viperæ naturam & oculis ante ſubiecimus, & perſpicuam vel cæco fecimus.

Vacuitas pororum latibulariis beſtiolis noxia.

Præterquam quod vacuitatem hanc pororum ſolidis & denſis obſitam ſquamis ἀπαθείας neceſſitati latibulariis alioqui beſtiolis tribuamus, quam aſſidua boni procuratrix ſollicite cauit natura. Hæc de priore Greuini argumentatione: quod vero ad ſecundam attinet, qua confiſus eſt palpabile ſe viperæ frigus oſtenſurum, propterea quod eſcarum voraciſſima tantundem parciſſime poteſt; equidem miror quid tantum accidentibus, & accidentariis his argumentis per hanc omnem oſtenſionem doctus alioqui vir innitatur. Nimirum & madentiſſimi ſitiunt hydropes, & æſtuantiſſimi non arent gutture febricitantes plerique. Deinde Scaligero præmonſtrante exerc. 189. § 4. Aquilarum, accipitrum, & rapacium auium genus, cum tam multum edaces iidemque calidi ſint, quam notum eſt, proſpera ſub valetudine nihil potant. Mitto quod ſerici bombyces humidiſſimi quidquam in ventrem non ingerunt ſqualentiſſimis Sycomori frondibus victitantes: quam poſtremam clauſulam equidem addidi, ne continuo arguteris de herbaceo victu, neque enim ut daſypodes & cuniculi, per ſuccoſorum foliorum eſum vitam ſine poculo tranſigunt. Complures autem ſunt animantium formæ, quibus exiguum eſt bibendi deſiderium, quales apud Ariſtotelem 8. de Hiſt. animal. c. 4. ſunt omnes, quibus fungoſus eſt pulmo, & quibus parum eſt ſanguinis, quæque ſuam per oua ſpeciem propagant. Atque tales ad unguem viperæ ſunt natura. De quo genere Ceraſtes abſtinentiſſima potus eſt Bellonio, cuius natura eſt in exceſſu calida, ut maxime venenoſa, ſicut viſum eſt Ardoyno: quin etiam Dioſcoridi, qui com-

para

parauit hanc vehementia Baſiliſco. Aut igitur Principibus hiſce viris nuncium iam remittat, aut has tricas ſibi reſoluat Greuinus. Quem demum euincam & contrariam obtrudens narrationem, nimirum, quod Viperæ nimium vorando tam modicum potent: ut in longa ſua captiuitate. Quod noſtrum & amicorum eſt experimentum, cum nihil unquam eſculenti prꝗuorarint haud parum potent. Quid quod in μὴ ὑομένῃ Theophraſto impluuia Africa maior pars ferarum æſtate non bibunt; quam ob cauſam capti mures Lybici ſi biberint moriuntur, autore Plinio lib. 10. cap. 73. Itaque animalia multa in Numidia ſitim habent pro potu, ut Scaliger exerc. 189. 4. Quid miretur igitur bonus Greuinus viperas per ſuam ipſorum edacitatem Βραχυπότας ideſt minima gaudere potus uſura? Quamquam adſtruente Greuino edacitatem viperæ; parciſsimum victum eiuſdem ad vitam ſuſtentandam attexit Hieron. Mercurialis in lib. 1. de venen. cap. 15. ut intelligas unius atque eiuſdem opinionis homines duos pro libito confinxiſſe, quæ ſuis utriuſq; uſibus ſeruiant. Iam vero cum argumentatur ſubinde Mercurialis ob id, quod modicus viperæ ſit uſus edendi, modicum item eius calorem, atq; adeo prævalens frigus eſſe. Huic eius argumentationi occurſum eſto, quemadmodum & his, qui longum ſoporem viperæ obiectabant. Quoniam autem altera Foroliuiēſis viri ratio eſt profitentis viperæ frigus propterea, quod delectetur mero: tum occurras velim, immo confici contrarium ex Gal. l. Art. Medicę, qui teſtatus eſt appetentia viſcera res calidas temperationis eſſe calidæ per illud axioma quod decernit; ſimilia ſimilibus gaudere, ac ſimilia ſimilibus conſeruari. Quamquam hoc & adiuncta ſiccitate fieri credam propterea, quod vinum affectare ſerpentibus omnibus ſit cōmune: quæ diſerta fuit Petri Conciliatoris doctrina lib. de venen. cap. 4. Quoniam igitur Ariſtotele teſtante vipera ſic peculiariter fruitur, ut incontinēs ſit meri, quod

eſt temperatura calidum, ſimilitudo aliqua inter potantem hanc & potabile intercedat oportet, quæ eſt caloris, atque adeo ſit, ut ſit ipſa calida. Vnde teſtificatus eſt Fallopius in libello de cauteriis ex viperæ capite caudaque combuſtis confici pyroticum ſane præſtabile. Quare ſi mortua vel ignem exhibet; quæſo viuens frigida ſit ipſa? aut frigida ſit ipſa, cuius excrementum actu feruidum, ac ſpirituoſum eſt ſic, ut admiratus fuerit Abbatius c. 6. p. 24. Quam tamen vim cinerum adſcititiam ſi cauteris; en & volatile Sal eiuſdem Hermetica diligentia paratum ſuccedit, quo cum abundet plurimo vipera fixo, non admodum dubites amplius hanc apparatu conſtare calido? Hæc de frigido viperæ contrectatu ac ſolenni ad ſolem apricatu. Cæterum quod ad ſtabulatum ſubterraneum, vipera quidem actu frigida eſt, reductis ad interiora calidis halitibus, una cũ ſumma cutis conſtipatione ac denſitate: cęterum calidiore eſt interno corporis receſſu propter ſummam denſitatem. Quam cutis habitudinem denſiorem perſpicaciter aduertit Simon Portius noſter in libello de puellę Germanicę ἀσιτίας; interiorem vero in ſerpentibus attigit Petrus Aponenſis Com. 2. problem. 25. qui confutata grauiter aduerſantium opinione calidę viperę naturę velificatus eſt. Iam vero quod aſtruunt tum Greuinus tum Mercurialis & alii contrectatum anguis huiuſce frigidum ſole frequenti ac ſtabulatu ſubterraneo gaudere, atque alia perpeti, quę ſunt huiuſmodi. Hęc quidem dilues me cenſore facile, priora quidem argumento, quod vipera eſt actu quidem frigida reductis ad interiora calidis halitibus una & ſumma cutis conſtipatione ac denſitate. Clariſsimo autem rei profundioris exemplo fuerint hydrargyros ac ſtimmi atque alia quędam metalla frigentia quidem extrinſecus, atq; algentia, quę tamen intrinſecus calidę ſunt facultatis. Talis quoque Cinis eſt, qui externa facie prę ſe fert frigus, alias tamen indubie calidus eſt: quod declarant ex eo parata lixiua. Aeque igitur mea ſentẽtia & cineris naturam

E capitis, & cauda viperina cineribus cauſticum non ignobile.

A Salis volatilis affluentia.

Ad id quod vipera cõtrecta tu frigida apri ci ſolis amica ſtabulans ſubterraneis &c.

Cineri reſpondens vipera natura.

turam ſicut & atram bilem, quę alias quidem frigida eſt, alias vero calida, vipera refert: hanc qualitatem origine, illam euentu producente, quemadmodum & Galenus in libr. de Atra bile, & alii medici declarauere. Quoniam extime frigens mõſtrata eſt, ſic intime calida videtur nemine dubitante. Quod ſi cui dubitatio fuerit, hanc oſtenſio ſubtrahet, quę mox ſequitur. Animantes ouiparę natura sũt viuiparis frigidiores, hę vero calidiores. Atque vipera viuipara ſic eſt, ut inde per ſummam inter angues omnes ἐξοχὴν & prærogatiuam nuncupata ſit vipera. Igitur eſt aquila, coruo, ſtruthiocamelo, aue Paradiſi, veſpertilione & ſi quæ ſunt aliæ calidiores aues, calidior. Igitur & vipera calidis eſt calidior & abſolute calida. Cæterum quod ad problema 103. lib. 1. vitari à viperis aquæ frigidæ inſperſum, reſpondet Alexander, quod frigidi frigida debent exhorrere. Suppoſitum id viri ne te moueat quidem. Nam quid ſi cute frigidi ſint tantum, quod nos alias admiſimus, & hac parte tenus incurſu frigido infeſtentur? Illud nunc reſtat diſcutiendum, quod Berthiolus Mantuanus Ideæ Theriaces cap. 3. frigidam & humidam cenſuit viperæ naturam, propterea quod anno bis reiectet corpore exuuias redundantis ac ſuperuacuæ pituitæ craſſamentum. Quod iudicium quis non admiretur in mẽtem hominis alioquin docti veniſſe. primũ, quod ex natura excrementorũ deduci recte putet corporis non homogenei naturam. Secundo quod, quæ reſpondenda fuerant argumento caloris apud hunc virum indicia ſunt frigoris. Sunt autem hæc excedentis potius, quam deficientis caloris argumenta;

Ad Aporoū-ſas problema.

De ſubterraneo viperæ ſtabulatu.

Fermenti naturæ reſeruati turgentia.
Sulfuris anathymiaſis philoſophici.
Roboris & vigoris interni ſpecimen.
Naturæ veneficæ ubertas.
Vernantis anni gratia.
Opima de temporis edacitate ſpolia.
Aetatis conſtantia.

Aeſo-

Ex fermenti vi atrabilaris entis in anguibus abſceſſio.

Aeſonica Reſtauratio.

Singularis feræ prærogatiua, reſpondens morbis contumacibus medela.

Naturæ non inglorius abſceſſus.

Corporis exaltatio atque perfectio.

De qua diſertiſſimus inter omnes noſter Arioſtus in 17. ſic ait:

Sta ſu la porta il Rè d'Algier lucente:
Di fino acciar, che gli arma il petto, e'l buſto,
Quaſi uſcito di tenebre ſerpente,
Poiche ha laſciato ogni ſqualor vetuſto;
Del nuouo ſpoglio altero, & che ſi ſente,
Ringiouenito & più che mai robuſto;
Tre lingue vibra, & par che getti fuoco,
Douunque paſſa ogni animal da luoco.

Renouati id eſt redeuiuis exuti ſerpentis vigor.

Has ob cauſſas omnes mirabor equidem cum Auicenna in tr. 3. fen. 6. lib. 4. male ferente, quod homines aliquo iudicio præditi extent, qui viperas temperatura frigidas arbitrentur. extare quidem hos iudices miror; niſi quod extimas rerum facies & accidentia ſpectant, intimam vero naturam non introſpiciunt.

§ VI. *Diſputatio aduerſus Hieron. Mercurialem.*

ALius nunc ſcrupulus nec minimus ſupereſt eximendus, qui eſt à placito Hieronymi Mercurialis diſtinguentis primo de venen. c. 21. viperam partibus quidem omnibus frigentem, veneno vero calentem. quam quidem diſtinctionem controuerſamque reſolutionem hæ noſtræ rationes & leuem & caducam oſtendunt.

I. Temperamentum animantis cuius libet unum eſt; atqui ex calido frigidoque aut inuicem remiſſis atq; compoſitis aut conflatur unum temperamẽtum, aut ex utriſque ſic conflatur unum, ut reddatur vipera temperata. Quorum neutrum admiſerit prudens Mercurialis.

II. Illo primum conſtituto, quod venenum eſt reiectaneum

ctaneum; temperamentum vero viperæ totius habitus eſt fixum: conficitur ex hoc placito Mercurialis, quod reiectaneum æque ut fixum indueret viperam proprio charactere; quod auditu inſolens eſt.

III. Quærentibus naturam viperei veneni protinus indicabit Plinius felleam materiam, cuius compotes cũ ſint teſtudines ac piſces, hos pari pacto ſecundum cæterum corpus licebit frigidos, calidoſque cenſere ſecundum felleam proportionem: vel hos pari pacto ſecundum habitum uniuerſum licebit cenſeri calidos, frigidos vero ſecundum felleam portionem, quæ excrementum eſt appoſiti iam alimenti. Ex quibus quidem impuritatibus & reliquiis animantium exſtruere temperamentum quã vanum ſit, nemo non agnoſcit.

IV. Si ſecundum partium conſtitutiones philoſophandum eſſet de corporum temperamentis, incerta profecto eſſet & infinita philoſophatio. Nempe cum calidis animantibus partes nonnullæ ſint frigidæ, frigidis vero ſint item calidæ nonnullæ, quid unquam determinatum certumue ſit, ſi corpora dixerimus inde calida, inde frigida, uniuerſo demum temperamento non adinuento? Porro Galenus in Arte Medica viſcera mortalium ſingula proprio ſuo donauit temperamento, & ſic quidem proprio, ut nullum alteri queat eſſe commune. Nihilominus & homini uniuerſo & hominibus ſingulis unum eſt temperamentum, etiã cõmunibus Scholę medicæ ſuffragiis. Quas ob res & reiicienda iſta Mercurialis diſtinctio eſt, & abſoluta corporis viperei temperatura comminiſcenda. quod nos utique fecimus.

V. Illud haud negarit Mercurialis, cor viperæ calidũ, cerebrum vero frigidum. Iam igitur ſi retinendus ſuus eſt dioriſmus, cum conferat ipſe temperiem totius cum temperie recrementi, ſtatuam ego ſatius viperam ratione cordis calidam, ratione cerebri frigidam; neque minus hinc, frigidam quam inde calidam. Interim vero de viperæ temperamento nil decretum aut explicatum re-

ſtat,

ſtat; ſed reſtat anceps viperæ natura, atque anceps auditor ad duas aduerſantes propoſitiones.

VI. Super has quinque rationes taceo, quod comprehendi difficile poteſt, frigida ex tota viperæ uniuerſitate & ex frigidis eiuſdem elementis fluere calidum venenũ, quum ex frigida ſtirpis radice non oriatur calidus intime fructus. Neque ex dulci fonte profluant amaræ aquæ: verum ex calido plantæ principio calidus reſurgat fructus, atque ex amaro fonte amaræ defluant aquæ, ideſt ex calido viperæ ſinu calidum promanet venenum.

VII. Iam vero ſi frigida ſuapte natura caro eſſet viperina; ipſa certe in Theriacæ compoſitione aduerſus veneni calidi energiam iners & inefficax deſideret. calor quippe cæteris paribus ſemper viuidior & præſtantior eſt frigore, ſicut Hippocrates in 5. Aph. & Ariſtot. in phyſicis nos docuere. Neque vero comperitur καθόλου uniuerſale, quod adſtruit Mercurialis, quaſque animantes minime ſanguineas frigidas eſſe omnes. Porro pythiocampæ, cantharides, apes, & veſpæ, & ſanguine carent, & calentiſſimæ ſunt. Quas ob res deſinat iam mirari Mercurialis Auicennam 2. de medic. comp. de ſerpent. uſque adeo in re clara cæcutiſſe, ut non viderit omnia teſtari ſerpentium frigidum temperamentum. Magis miremur nos Mercurialem, qui nõ agnoſſe valuerit Arabem Principem medicum ſic acutè intelligentem, ut cõtemſerit friuolas has de ſerpentium frigido temperamẽto rationes, & de calido dubitationes; adeo ut admirabile dixerit, extare quoſpiam homines, qui frigidam viperæ temperaturam affirmarint.

§. VII. *Diſputatio aduerſus Ariſtotelem, & ſuos.*

Ad Ariſtotelis argumentum de pramollibus vipera o.

VErum & alios audiamus. Enimuero nonnullis argutantibus ex placito Ariſtotelis in lib. 2. de generatione animal. cap. 9. & 10. viſa vipera eſt frigida, quod oua eius in aluo diu geſtata non durentur, calore ſcilicet

cet nequeunt ex terreo concremento humorem diuaporare. Cui quidem argumentationi pluribus quam uno occurrerim modis. Primo quod licuit naturæ pro ſuo arbitratu, ideſt pro tuta ſpeciei prouiſione facere, quominus putamina durarentur ouorum, ſiquidem expedicbat conceptaculorum apathiæ mollia manere; ne per aſſiduos non tantum agreſtis ferę reptatus, ſed & per ſaxorum anguſta ſuos inſinuatus genitalia illa conceptacula contererentur. Porro cenſuit ille in Meteor.4. molliora omnia, ἄθλαστα eſſe, id eſt fracturam non admittentia. Atqui finali parere debet effectrix cauſa, non contra. neque vero viperam cum bipedibus animantibus attinet comparari, quæ iaciunt parientes in terram oua. Frequenter autem pinguedine, ut obſeruant cortis cuſtodes, præualente, apala id eſt tenera veniunt gallinis oua; adeo ut non tam calidum elementum, quam ſiccum ad ouorum induratum appareat deſiderari, quo ſiccitatis elemento exſuperante, in ſenibus alioqui frigidis cartilagines in oſſa dureſcunt. Iam vero ſiccum putaminis oui principium & craſſum ſit oportet, quod in viperis ad oſſa innumera ad ſquamas cutis abit; quod vero carnibus hæſit, illud & cum tenuitate id eſt ſpiritu multo coniunctum eſt, quemadmodum poſterius in cap. de viperei veneni conditionibus oſtendemus. Tertio mollitudinem cum referunt in defectum caloris, quæ profecto frigiditas eſt, quid inquam non à frigido durantur oua? iuſtius equidem mollitiem hanc ad exceſſum reuocabo caloris, cuius vi per Hippocratem conſtat emolliri corpora ſic, ut etiam effæminentur. Quoniam igitur excedens frigidum principium, quod indurare debuerit, non indurauit, porro calidum excedẽs principium, quod emollire debuit, emolliuit. ita per ouorum mollitudinem nulla eſt Ariſtotelis ratio de viperæ frigiditate, toto recenſito cauſarum examine.

Viperarũ oua mollia ad diſpathiam à natura curata.

Effectrix duritatis ſiccitas.

Ouis ſuis durandis forma repugnat vipera, itemq; materia defectus craſſa.

Sed Ariſtotelis & ſuorum firmamenta, atque principia rurſus in examen vocemus. Minus enim intellexiſſe ac

longe aliter quam ſe res habet, cum Philoſopho & Philopono comprehendiſſe viſus eſt Oddus Patauinus, qui lib. de Theriaca cap. 3. ſcripſit hæc: *cartilaginata verò, & viperæ foras animal generant; ſed intra ſe ouum producunt. Generant autem perfectum ouum, ita enim ex ouo animal gignitur, ex imperfecto verò nihil*. Subdens rationem, cur hæc animalia extra non pariunt oua, inquit: *quia natura frigida ſunt, & non ut quidam dicunt, quia calida*; cum enim intro primum hoc eſt potentia, ut Philoponus exponit, ouum generent, non ut homines fœtum viuiparum, dehinc foras viperę ſunt, cum tempus aduenit partus: quo quidem rumpitur ouum, & tandem extra egreditur animal. Accuſandus inquam eſt Oddus, qui ſi ſupparis alioquin æmulatoriſque ſui thereacopœi obſeruationes inquirere atque audire diligenter voluiſſet, celebriter & Philoſophum, & Philoponum, & Niphum, & alios catenuatim inſequentes caſtigare, ſe verò ipſum in rectam viam dirigere quiſſet.

Porrò vigilantiſſimus homo Ferrandus Imperatus in naturalis hiſtoriæ fine, & in Epiſtola ad Petr. And. Matthiolum conſcripta, non tam equidem probè exiſtimauit, quam demonſtrauit viperas ne catulos quidem parere in ouis, ſed membranarum inuolucris contentos. Parit igitur viuum animal, & in membraneis tunicis vipera; quas ob res fallentes iam Ariſtotelis ſanctiones de viperis deprehendit.

§. IIX. *De complexu patibilis qualitatis.*

HActenus iam noſtram de calida viperæ qualitate ſententiam enarrauimus. Nunc ut omnis de temperatura ſermo compleatur, deinceps de indaganda qualitate paſſibili nouus nos labor manet. Porro nonnullæ rationes faciunt ut non calida & ſicca; ſed calida & humida videatur. Quarum prima eſt quod viuax & maxime viuax hoc animal eſt. quoniam autem humidum ele-

Quod humentior vipera ſit natura.

elementum longo æuo præeſt, ut aduertit docte Ioannes Heurnius in lib. 2. Inſt. medic. cap. 6. ſubinde ſicca qualitas haud coaptari cum hoc animante poteſt. verum humida vere. Altera difficultas eſt, quod viperarum exanimatæ carnes per hiemem perque brumam corruptas fuiſſe facile comperimus plus ſemel, quod ab humore nimio non fieri non poteſt. Tertia perſuaſio eſt ab obſeruatione Iſidori Hiſpalenſis, qua aſſerit uda ſerpentium corpora adeo, ut quacunque teneant viam, hanc deſignent. Verum hæ rationes udam viperæ conditionem ſuadentis etiamſi videantur validæ, nihilominus tamen a nobis, qui contra ſentimus, facile diluuntur. Prima quidem abſtergitur diſtinctione habitus viperæ natiui, qui ad hominem quidem relatus igneus & ſiccus apprime ſentitur: adſe ipſum vero collatus, ſuo nonnullo non caret humore, qui tenax & viuax eſt, quemadmodum alibi hac libri parte explicatum fuit.

Ratio vero ſecunda abiicitur, ſi dixeris, corruptionem exanimis ſerpentis aliam, aut aliam eſſe ſecundum partes. Aduerti quippe ſerpentis huius extincti carnes miro quodam modo conſeruari per ſe ipſas ad omne tempus imputres; non ita vero inteſtina atque interanea omnia. cutis exanimi facile remolleſcit & computreſcit. quod fit ſcilicet à laxitate, quam aduertit Ariſtoteles huic generi propriam. Eſt autem peculiaris viperę ac ceraſtæ, quibus utriſq; detractæ pelles & ſtramine repletæ duplo craſſiores redduntur, quàm ipſa fera naturalis. id quod ab experto teſtatus eſt Bellonius. Quamquam vero denſam iſtorum cutem cenſuit Greuinus in lib. 1. de Venen. quia per hanc ſub inedia nō diffletur calor, equidem crediderim compactam & minime poroſam ab eo viro intellectam, leuiſſima difficultas eſt, quæ tamen unumquempiam implicare non leuiter poſſit. Intelligit porro ſagax Iſidorus haud ſerpentes perfectos & anguina forma, verum cochleas & limaces nudas & lumbricos, item & hoc genus. Quam quidem enodationem obi-

ter propoſitam ſenſui complectendo ſcriptoris Hiſpalenſis habe.

De ſicciore viperæ qualitate.

Ita vero ſiccus cum calore viperę complexus monſtratur. Monſtratum eſt non humidam adſcitam viperæ qualitatē: deinceps quod complexus ſiccus ſit attribuendus, noſtris ſumus rationibus oſtenſuri. quam ut rem comprehendas, recole mecum animo, quod alias atrabilaria alias Saturnina, ac toto genere terreſtris, χθόνιος ὄφις Apollonio Argonaut. 4. & colubri per Aegyptios γηγενεῖς ideſt terræ filii dicti fuerunt. Item meditare quod ſiticuloſa cum eſtur. quare & mares viperæ & quæ ſecus mare & aridioribus in locis capiuntur, minus probati Galeno lib. de Theriaca ad Piſonem c. 8. qui vir & 11. de ſimp. med. fac. calefacientes & exſiccantes viperarum promiſcue paratarum carnes prodidit. Quidni vero calida ſiccaque cenſeatur vipera, quæ calido ſiccoque ſulfureo nitroſoque utitur victu.

Quare & ipſa item nitroſa vipera ſit oportet, cuius ſal plurimum diligentis opificis induſtria colligitur, & in magnos medicinæ uſus obſeruatur. Colligetur autem obſeruatione P. Aemylii Terilli medici grauiſſimi & regum multorum conſulti ſpagirica reſolutione de viperæ corporibus ſalis & ſpiritus portio plurima, olei mediocris, phlegmatis bene modica. quas ob res, quod frigidæ humidæque titulos ſubeat, quid calidæ ſiccæque recuſet vipera? Inde igitur quod nitroſa fera hæc appareat, expurgatrix & amandatrix eſt quiſquiliarum & fœditatum omnium ſanguinis de intimo corpore ad ſummam cutem, ut Galeni iudicio. 11. ſimp. & alibi. Indeque fit, quod accipitribus & gallinis miniſtrata eiuſdem caro plumas, animantibus aliis pilos de cute decutit, nēpe ſal ſecretiuum, nitrum vero ſemper in exteriora extruditur. a quo item principio fluit, quod fœminis pulchritudinem eſitata inuehit, deterſa nimirum veteri cute ac teneriore inducta. Itaque ſi rite recteque rem expenderis, immutat aliis eſitata cutem, cutique inhærentem

tem habitum omnem: illo ad unguem modo quo ſibi propriam cutem & habitum immutat, quaſi ſui ſit omnino muneris vetuſtatem & ſqualorem primum eruderare atque immutare. quod differens alicubi de viperis aduertit Petrus Caſtellus diligentiſſimus naturæ rerum obſeruator. Inde etiam factum eſt, ut ulcera ἀνίατα incurabilia curationem nacta fuerint eſu viperarum, quem Antonius Muſa Cæſaris Auguſti medicus in dies imperare conſueuerat. Podagras vero ſtrumaſque diſcutit, & abſumit uſus eius interne frequens autoribus Aetio, Paulo, Iulio Cæſare Claudino, atque aliis. Fuit autem & Lucius Marinerius Siculus qui rerum Hiſpanicarum l. *3*. cap. *16*. cum noſtra hac opinione, quia excrementa viperæ bene oleant, conſenſit. Quibus omnibus auditis, nolim in hanc rem plura referri: porro ſumma maiorum noſtrorum auctoritate, valentiſſimis rationum firmamẽtis, certis obſeruationibus, exploratis experimentis calida ſicca, viuida & acuta viperæ natura monſtrata eſt.

DE PROPRIIS VIPERAE MORIBVS, ET CONDITIONIBVS. CAP. IIX.

PErgam viperæ pleroſque tradere characteres & conditiones; quarum aliæ ſunt animi, aliæ ſunt corporis propriæ. Dicam de his prius: huic generi duplex eſt vitæ modus: pleniſſimus alter, cum Anguis hæc integritate fruitur corporis: alter vero mutilus, cum ipſa interit ictu, caſuque. Porro ſecundum utrumque modum vegeta, & viuida eſt eadem, ſic ut productiſſimum ipſius æuum admirati quidem ſcriptores fuerint omnes: verum tamen quaſi terminum illius vitæ non inuenerint, neque præſcripſerint, ſed immortalem genium, qualem pleræque gentes reputarunt, uno fecerint conſenſu cuncti. Enimuero nemo uſquam gentium, quæ literas norint, quantum

Viuida & vegeta viperæ conditio prima.

tum equidem legi: legi autem de hoc argumento ſcriptorum plurimos: nemo unquam hominum explicauit annorum numerũ, ſeu quod fortaſſe per ſuam unuſquiſque vitæ longitudinem id non compererit, ſeu quod cõperiẽdam aliis reliquerit, quod poſterorum nullus fecit. Heſiodus apud Plutarchum περὶ τῶν χρησμῶν, quique de animantium ætatibus ſcripſit peculiare atq; elegans epicedion Philippus quidam Pinellus homo noſtras neſcio quo auctore ſexcentos annos attingere voluit in libello nouiſſimo de Genethliacis viperarum, licet traditio omnium communis & iam vulgata trecentos prædicet. Totũ igitur viperarum eſt ęuum integro ſuo utens ergaſtulo, quod dixi. At cum interciſum corporis experta eſt, aut longam eiuſdem διάλυσιν reportauit hæc ex opifice generis, ut non confeſtim naturæ concederet; verum ut ſupremam vitæ horam prorogaret, plus minus de maiore aut minore ſpirituum ſuorum copia, de habitus firmitate, de virium robore recepta perdurandi ſorte. Quæ porro diſcrimina non indiligentes theriacopæi noſtrates obſeruarunt ſingula Retulerunt autem nobis hæc: ſi ſolum amiculo nudatæ ſint, corde, & interaneis ſeruatis omnibus, horas ſe ſuſtinent 12. Carnis externe atque interne leuatę ſegmenta viuunt etiam aliquãdiu, quæ eadem cute ſua contecta degũt etiam diutius. Diutius viuit ſecũdum longitudinem inſecta, quam per dorſi latitudinem. Poſtrema vero ſine extis & ſine cute tres aut longius quatuor palpitant horas. Cauda reſecta vegeti more lumbrici cieri geſtit diutule. Caput denique cum aliqua trunci parte reciſum, ſic virium ſuarum eſt compos ad multum temporis, ut ſenſuum integrum ſuorum & ultionis nauum iniurios remordeat & morte mulctet. 2. Buſtum viperinum, ideſt capite & cauda & cute exemptis viperæ corpus capite excoriatũ veſperi mane ſequenti adhuc viuit. 3. Capite detruncato ſolo, corpus per octo horas & amplius viuit. 4. Caput per quinque horas viuit. 5. Fruſtula per horas 6. 6. Exenterata

De viuacitate.

ſolum

ſolū vipera per 24. horas viuit. Ad ſūmā vipera longo interuallo vitæ tenacior eſt omnibus inſectis atq; lacertis.

Ob quam ſane vitæ contumaciam inſuper habitus rediuiui ſymbolum fuit antiquis, Apollini, Aeſculapio, Hippocrati ſerpentem penes ſe appingentibus; & Mercurii dextræ caduceum imponentibus. Seruant autem in morte vitam, ut ita dicam, viperæ propter ſingularem genii formam, quam rediuiui ſtatus conditionem indicatam arbitror in numiſmate, quod eſt apud Abrahamū Gorlæum in lib. de Annulis. Siquidem in cyanea vipera geſtata manu mulieris ſedentis in humili trunco, ramuſculus poſtico protēſus ſupra caput frondens exſurgit, anaſtaſi ſicut credi par eſt aſſignandæ. Viuunt dein etiam in morte, propter ſpiritus, ut Valerianus aduertit, firmiſſimi tenuiſſimique copiam: quæ res quidem adeo comperta fuit & rata Galeno in lib. de Theriaca ad Piſonem cap. 13. ut hæc præceperit: „quod dum facis, ut diligenter inſpicias moneo; numquid poſt abſciſſionem „detruncatæ ſine ſanguine, ſine motu, ac prorſus ſine vita „ſtatim conſiſtant: nam tales ſi inueneris, antidoto com„ponendæ inutiles arbitrator; quod ſi amputatis extremis „videas in viperis motum aliquem ſupereſſe & vitam per „aliquod ſpatium prorogari poſſe, ipſas ut optimas con„ficiendæ Theriacæ ducito: quippe cum ex eo non imbe„cillem, ſed validam habere vim dignoſcantur. Hæc quidem ex virorum maxima nulla laude minorum teſtimoniis. Cæterum quid ex aliorum argumentis viperæ noſtræ vigorem emendicemus? quando illa ipſa ſola ſatis eſt, quæ grandes ſuos vitæ latices & amplitudinem pandere requirentibus queat; vel illa ſola nota, quod gelido ſuo marmore concluſa diu vixerit; ut porro vixit ſub Martino V. Pontifice maximo Hieronymo Cardano narratore in lib. 7. de Varietate cap. 19. Secundo perſpicietur iſta ſubtilitas itemq; ex concupiſcentis nutrientiſque facultatis acrimonia nobili. Quod autem ad ſenſus attinet, obſerua quæſo mirificas & ſingulares exiguę be-

Galeni teſtimonium de vipera poſt extremorum reſciſſum viuacitate.

Viperæ ſenſus motuſque functiones acutiſſimæ: concupiſcentis nutritiſque facultatis acrimonia.

Audacia. beſtiolæ dotes ac proprietates. Harum prima eſt audacia qua in leonem, taurum, elephantem, gigantem inſultare potis eſt. inde κρατερόφρων dicta eſt Heſiodo in Theogonia. Inde pingebatur in Delphis apud oraculum ſerpens, qui ſingulari certamine videretur Apollinem prouocare. Quam rem Plutarchus ſcriptam reliquit. Secun-*Vigilantia.* da eſt vigilantia, quæ quidem anguis ea ſtatuitur ac prædicatur, ut cuſtodiæ fuerit dicatus ab Aegyptiis antiquis ſapientiæ magiſtris. quod acute aduertit graphiceque depinxit Andreas Alciatus in emblemate, cuius lēma eſt, VIRGINES CVSTODIENDAS, adhunc modum.

Vera hæc effigies innuptæ Palladis eius
Hic draco, qui dominæ conſtitit ante pedes.
Cur diuæ comes hoc animal? cuſtodia rerum
Huic data; ſic lucos, ſacraque templa colit.
Innuptas opus eſt cura aſſeruare puellas;
Peruigiles laqueos undique tendit amor.

Sic Heſperidum hortis ſupra theſauros omnes pretioſiſſimis non aliud, quam hoc genus φρουρὸν ὄφιν vocatum Apollonio Argonaut. 4. præfecerint heroici temporis viri conſultiſſimi. Quæ eadem res expreſſa eſt, ut vides æneo numiſmate Getæ Imperatoris: cuius altera facie nudus Hercules pelle Nemæi leonis ad læuam aduoluta, clauam extra ſuum caput latam geſtit atrox rotare demittereque in draconem ferum, qui felici arbori circumplexus poma ſacra cuſtodit plus ſua vita; Altera vero numiſmatis facie notata ſunt hæc Græcis primum literis mox Latinis, adhunc modum.

Geta aneum numiſma. ΑΥΤΟΚΡΑ. ΚΑΙΣΑΡ. ΣΕΠΤΙ. ΓΕΤΑΣ
IMP. CAESAR. SEPTIMIVS. GETA

Tertia



Tertia prudentia eſt, quæ ſerpentibus haud vulgari certe modo, verum κατ' ἐξοχὴν competit, ut hoc eodem ſenſu fuerit à Chriſto Deo, viuo æternæ veritatis oraculo diſcipulis indicata per hæc: *Eſtote prudentes ſicut ſerpentes, & ſimplices ſicut columbæ:* a Moſe vero ſcriptorum omnium vetuſtiſſimo ac probatiſſimo habitus eſt ſerpens animantium omnium callidiſſimus; quod item iudicium fuit & Mythologorum veterum naturæ ſcientiſſimorum, qui Mercurio caduceum ex geminis anguibus implexuere, calliditatem & prudentiam per utrumque ſignificantes. *Prudentia ſerpentium.*

Intellexerũt hoc quoque Romani & horum primi Imperatores, qui ſuam in populis gubernandis prudentiam eleganter indicare volentes, viperæ per numiſmata inſculptæ lychnulum vetuſtæ formæ capiti impoſuere. Quamquam ſimpullum Archiater noſter omniſcius vir Marius Schipanus arbitratus eſt, cuius τό τι ἦν εἶναι diuina-

re diffiſus eſt laborioſiſſimus alioqui vir Sebaſtianus Ericius in ſuo de numiſmatis antiquis libro. neque enim hęc aut criſta cenſetur, aut anguis cuiuſpiam propria particula.

Adriani æneū Græcum eximii opificis numiſma.



ΑΥΤ. ΚΑΙ. ΤΙ. ΑΙ. ΑΔΡΙΑ. ΣΕΒ.

Ideſt.

IMPERATOR. CAESAR. TITVS AELIVS. HADRIANVS. AVGVSTVS.

Cui propoſito neque tacendum, quod in Claudii Neronis aureo Numiſmate aræ inſidens noctua, & obliqua ad eamdem excurrens vipera, depictæ ſunt, clariſſima vigilantiæ ac ſapientiæ deſignamenta. In Vitellii vero Orichalcho ſtanti τῷ προσώπῳ noctua pro pedibus; vipera vero baculo conuoluta ſunt expreſſæ.

Quæ

Quę ſymbola ferme omnia ſuperat tripus, in quo ſerpens lõgiſſimus in ſe ipsũ innodatus incumbit caput diademate circũfuſus, ſub pedibus habẽs accipitres duos tũ dextra tũ ſiniſtra unum, quà prudentię vigilãtięq; ſignificatione ſit alia clarior? Verum enim vero, quibus ex functionibus, ſerpentis exiſtat prũdentia operæ precium nunc eſt dignoſci, quam alioquin interpretati variè ſunt docti plerique. D. Baſilius in proprii commodi cuſtodia, in alieni doli cautela repoſuit huiuſce generis calliditatem. Aliis vero, ut Iſacio Tzezæ, Hieronymo Fagio, aliiſque multis, qui ſacra Geneſeôs oracula euoluerunt Serpentis prudentia viſa eſt, quæ capite ſub confecto de ſe circulo, ut Ponzettus ait, cautè cuſtodito corpus ictibus obiici non ſit ſollicita, cuius plagas facile coalitum iri pernouit: Auguſtino Steucho, quia ſe angues longiſſime tueantur: quod, quia longiſſime cernant, Aldrouandus interpretatus eſt: Clementi Alexandrino, quia cum maleficiis congruit, quibus in conſtruendis neceſſarius aſtus eſt: Aeliano, quod impendentem peſtem, terræmotum, cœli ſalubritatem, & annonam præſagiat. Nẽpe priuſquam Helice funditus euerteretur, ſerpentes omnes locum cautè deſtituerunt. Adſtruunt nonnulli caduceum Mercurii ex virga & anguibus complicatum calliditatis cum eloquentia fœderatæ ſignũ, quibus cum utriſque non coniungi aſtus non poteſt, quamquam caducei myſterium interprete Suida hoc eſt: quod baculus indicium ſit rectæ rationis, quæ aduerſantes & diſſultantes duas factiones dirigat & componat. Quo pacto Virgilianus ille dictator in Aeneid. 2. ſeditionem popularem feliciſſime compeſcuit. Alii quoniam citra manuum, pedum, artuum adminicula uno ſuo corpore progrediũtur, apprehendunt pluſquam anguimani elephantes, atq; alia plurima motionibus variis per quam celeribus & expeditis quoquo verſum conficiunt. Adhæc cum manuum pedumque careant adiumentis, uno tactus uſu rite recteque cætera adminiſtrant, quem ſenſum Cælius Rho-

Vid. Cap. 5.

De ſerpentium prudentia.

diginus aduertit his eſſe præpollentem. Hæc iſti omnes. Nos dici prudentes angues multis nominibus exiſtimamus. Primum quod præ uniuerſo corpore & ſingulis eius partibus, capite præſtant, quæ propria ſedes eſt ſapientiæ. Adde, quod hoc cōparatū corpori, cum extremum ſit, maximum eſt proportione per id quod corpus ita deductum alioquin uniuerſum regit. Regit autem ita, ut ad longos caudæ tractus imperium extēdat ſuum: argumento eſt, quod viuentem ſemper videris contentione & conflexione valentem: poſtquam vero vigor neruorum & cerebri euanuit, quod in morte fit, laxatum viſeris & mollem, quod Deſiderius adnotauit in lib. de Amicitia.

Nos item prudentiæ ſerpentium hæc obſeruauimus indicia, quæ ſunt: toto corpore reptantes in caput elati, in latera, & quoquo verſum perpetuo circumſpiciunt. Verum illud ſummum eſt quod in inſidiando atque ve-
Angnium vaframenta. nando quotidie compertum eſt, ideſt depugnantes aduerſus inimicas animantes, his præcipuo ſtudio vias ſpiritus præfocare ſuetos, circa ilia, & ceruices arctiſſime & quam vehementiſſime ſe circumplicantes. Sic ciconiis animam ut perſtringant ſumnmoperè ſpectare. Iſtiuſmodi factum quod aliquando vidi, nunc audi. Geſtiunt feles natiuo quodam more venandarum beſtiolarum cominus aduerſas viperas inceſſere. Sed contra vipera ceruices quadrupedis inuadētis ocyus in orbem ſe conuoluens ſic obſtringit, ut ipſum ſtrangulet. Res quidem ut obſeruetur, aduerſarii utriuſque aſtus conſpectu digna, adeoq; commemoratu non indigna. Tertio, cum voraciſſimi ſint ſerpentes longamq; ac tenuem habeant gulam, ſeſe humo excitant celſaſque & erectas conſtituunt externa cauda nitentes, ut in aluum procliuior delabatur eſca. Sic enim Aelianus. Quarto vini incontinentes, hoc recondētia facile ſubeūt anguſtiſſimi orificii vaſa. Quinto Serpens oua deuorat: ſed cum acceperit, reducit, & uſque eo retractat, quo partem nactus poſtremam è di-

tecto conſtituat;tum colligit ſeſe in breueq; contrahit, ut quod inditum ſupra tenetur in unum extento corpore deducatur. quod propterea facit, quia gulam tenuem habet, & linguam, Ariſtotele auctore, ſolida hauriunt oua, ſi ea fauces capiunt, ſin minus in ſeſemet conuoluti frangunt intus ita putamina excutiunt. quod ſi tenerior catuli eſt ætas, is orbe comprehenſa ſpirarum ita ſenſim vehementerque perſtringit eadem, ut amputata parte ceu ferro, reliquam quæ amplexu tenetur, ſorbeat. Sexto, prudens quoq; ſerpens ſit oportet, qui confligere ſolitus ſit cum ſolertiſſimis & oppugnatu difficillimis beſtiis, ideſt cum aquila, accipitre, ciconia, gallinaceo, vulture, deinde cum cato calidiſſimo quadrupede, erinaceo ſpiculis undique inſtructiſſimo, ichneumone, elephante, leone, denique & cancro. Quis autem oratione breui referat verſutiarum & aſtus modos, quibus ad ſe tuendum atque alios oppugnandos utuntur angues? De Aſpidibus nunc ſpeciatim dicam, quorum prudentia, cui non confeſſa ſit, meditanti, quæ ſcripſerit Galenus in libro de Theriaca ad Piſonem per hæc: Inter aſpides nominata ptyas ceruicem exporrigens, & interualli metita longitudinem, rationalis cuiuſdam animantis modo minime aberrans venenum corporibus inſpuit. Alterum quoque iſtorum ſolertiæ eſt argumentum, quod Syros Afroſque, quibus caueant nocere, diſcernunt, decernũtq; quibus tamẽ minime confidunt Syri. Porro hi, ſi Belluacenſi credimus, filiorum ex ſe ipſis natorum facientes experimentum hos ſerpentibus obiiciunt, certi ſi mordicus offenderint, non eſſe ſuos; à mordendo ſi abſtinuerint, generis eſſe, legitimi. Quamquam hoc non de Syris Afriſue omnibus, verum de Pſyllis tantum Libyę populis accipiendum credidit Conradus.

Aſpidum prudentia.

De Draconibus vero paſturam venantibus quæ narrat Aelianus non repetam: dici tantum illud accipe, quod præclarum eſt, in maritimis Aethiopum dracones quaternos quinoſue inter ſe cratium modo implexos ere-

Draconum Solertia.

ctis

ctis capitibus velificantes ad meliora Arabiæ pabula vehi fluctibus. De horum autem vafricie multa per tranſcurſum quid aggrediar? Ea enim, quam aduerſus elephantum, & aquilam & alios hoſtes ſuos exercent, pluribus eſt monſtrata per Aelianum. & Draconis ſimilis eſt virtus indagatrix, quæ diligenter omnia perſcrutatur, rimaturque ſtudioſiſſime: ideoq; ab acuto viſu nomen illi factum ait Pierius. Indeque veſci draconis corde hepateque oportuit Apollonium, ut per hæc Arabum ſapientiæ particeps fieret. quod Euſebius in Hieroclem adnotauit, indeq; Orphei caput in draconem tranſmutatum, ut Naſo in Metamorph. & Plutarchus de Fluuiis in Hebro, monitos nos fecere.

Sunt hæc quidem quæ dixi magna. Verum accipe nunc maiora. prudentes enim arbitror iure dici ſerpentes, quod formam humanam amare conſueuerunt: qui ſpeciei humanæ complexus fieri utique non poteſt ſine admirationis aliquo ductu, ſine nobili diſcretione proportionis opificio corporis impoſitæ, quæ proximam humano iudicio dignotionem produnt. Hiſtorias eius rei certus ſum audituros libēter ſapientię ſtudioſos. Prima eſto, » quam Aelianus propoſuit: Hegemō, inquit in Dardanicis » verſibus, cum alia de Aleua Theſſalo conſcribit, tum in » eius amorem inuſitata magnitudine ſerpentem cum ad » Theſſalicum fontem nomine Aemonium boues paſceret, veniſſe, ſenſimque adrepere ad adamatum ſolitum » fuiſſe, & comam, quam ille auream haberet, oſculatione » perſequutum fuiſſe, & faciem linxiſſe. Qui idem Aelianus » & aliam alibi narrationem addidit; in quadam, inquiens, » Aegypti prouincia nomen ab Hercule trahente formoſum puerum anſerum cuſtodem ab Aſpide tam mire » adamatum fuiſſe: ut is cum obdormiſſet, e ſomno ad declinandas inſidias, quas aſpidis coniux riualitate commotus ei moliretur ab ea excitatus fuerit, & ſibi cauerit. Hęc Aelianus. qui & de Pindo Macedone per Dracone adamato & ad ſepulturā mirifice honorato multa perhibuit.

buit. Præterea retulit Plutar. ſerpentes puellarum amaſios alioquin deprehenſos eſſe, omniaque amoris & nequitiæ præbuiſſe ſigna: veluti is, qui Aetolicæ cuiuſdam amore captus noctu eam adire ſuetus puellæ corpori circumfuſus hac atque illac illabens illam nunquam neque inuitus lædebat, opportuneque ſub diluculum recedebat. quod cum ii quibus puella curæ fuerat intellexiſſet, eam alio migrare compulerunt. ſerpens per triduum & quatriduum non adeſſe, ſed diligenter accurateque circuire, illam quæritans: quam ubi mox inuenit, caſu illi obuiam factus, non uti ſolitus erat, mitis & blandus, ſed aſper & horridus in eam inſilit, manibuſque primum ſpira ad corpus adſtrictis caudæ reſiduo femora flagellabat, leuem quandam iram præ ſe ferens: quæ licet indulgentiæ aliqua permixta eſſet, caſtigationem tamen aperte demonſtraret. Herodis quoque Regis Iudæorum tempore adamatam a Dracone puellam perhibent. Eius abſentia deſiderium multis modis teſtatum. Præter puberes adde, quod angues ouino vel vaccino lacte nutriti amare conſueuerunt infantes in cunis, cum quibus ludunt, atque ut cuſtodes fidi condormiunt, quos lædere pro piaculo exiſtimarent. Hæc Olaus Magnus. Pelleos ideſt Macedones ſerpentes adeo placidos & manſuetos narrat in Pſeudomante Lucianus, ut à mulieribus alti cum pueris una cubent, & calcantes ferant, neq; commoueantur, ſi quis hos ſtringat prematque; denique perinde atque infantes lac è papilla ſugant. Qua una re quid comius, quid amicius, quid humanius dici queat? Quod obſtat quam maxime his, qui ſerpentibus ex una ſemper his perpetua & inſeparabili malignitate detrectant. Cum amandi autem urbanitate atque elegantia ſerpentes coniunxerunt & mores, quod cognoueris hiſtoria, quam prodidit Philarchus deſcripta rurſus à Plinio per hæc: Aſpidem, quæ ad menſam cuiuſdam „ alta diu fuerat, enixam catulos, quorum ab uno filius „ hoſpitis interemtus eſt, reuerſam ad cibi conſuetudi- „

nem

,, nem intellecta culpa, necem catulo intuliſſe, nec̄ in te-
,, ctum deinceps reuerſam fuiſſe. Sic & gratitudinem, &
,, fortitudinem, & æquitatem, & iuſtitiam, & quem non
,, urbanum morē ſeruaſſe videtur aſpis, ut probos hoc ge-
,, ſto viros retulerit, & intelligentes. Voculam intelligen-
tis admiraris? At hanc ipſam huic generi non dubius ac-
,, cōmodauit Plin lib.28.c.2.non pauci credunt,ait, & ſer-
,, pentes ipſas recantari, & hunc unum illis eſſe intelle-
,, ctū contrahique Marſorum cātu etiam in nocturna quie-
,, te. Hæc Plinius. Ex quibus notas, & eurythmia delectari, & huius admiratione intelligentes incantari. qua intelligentia ad humanos ſenſus accedente factum eſt, ut dignitate alia adminiſtros templorum, & rerum ſuarum præfecerint Dii, vel Heſiodo, Straboneq; auctoribus; cuius poſterioris viri verba in lib. 9. Geographiæ principio
,, deſcripta ſunt hæc: Hinc & cychriodes ſerpens, quem
,, alitum à Cychreo Heſiodus ait, ab Euryclo profligatum
,, fuiſſe, quū inſulam infeſtaret, receptumq; Eleuſine à Ce-
,, rere in locum adminiſtri. Quo quidem elogio quid illuſtrius dici queat, ad indicandum humanam, ideſt rationalem anguium perſpicacitatem? Quidni autem ea gaudeant, qui cenſore Euſebio Cæſarienſe Eccleſiaſticæ rei probatiſſimo ſcriptore natura etiam ſunt animantiū omnium ſpiritaliſſimi, ideſt mea quidem interpretatione ſanguine præditi ſubtiliſſimo. Quocirca audi quæ Auicenna lib.2. de Animalibus ait conceptis his ſuiś verbis;

Serpentes animantium omnium ſpiritaliſſimi.

,, Animal ſanguineum eſt magis obtuſum, quod vero ſub-
,, tilitatem ſanguinis habet, magis eſt intelligēs. Quam viri fortaſſe normam ſequutus eſt & Magnus Albertus in 21. ſanguinis ſubtilitatem & huius ſpiritus acutos non obſcure ſerpentibus adſcribens. His congruit conſentitque per nos capitis & cerebri ſyſtema ſupra modum omnem accommodatum. Caput, inquam, pręparuum & macrum, qui modus Ariſtoteli trigeſimo problematum ingenio peregregio datur. Illud autem eſt ſuperne dedolatum & compreſſum: nimirum, ut ego arbitror, ad ex-

Viperei capitis forma exilis & macra.

cubias

cubias & perſpicacitatem, quando ſuos oculos torue, atque utrouis latere quoquo verſum intendat. Quo non paradoxum quidem ſed ſummè verum apparet enunciatum Galeni lib. 8. de uſu partium cap. 5. ſtatuentis caput oculorum gratia paratum. Hinc autem ad cerebrum ſi deſcenderis, hoc ipſum proprii caloris vi ſic adſtrictum & exſiccatum repereris, ut uvæ acinulum non ſuperet. Pſyllii ſementulis ſubnigricantibus, ſed duplici cum quantitatis & coloris errore, Baldus æquiparauit Abbatius. de qua re noſtra propria zootome. per quæ eadem corpuſcula, perque modicam medullulam, ſuas tamen & memoriæ & æſtimatricis & ſolertis ingenii functiones exercet, ſic me Deus amet, dexteras & acutas, ut nullis ſint ſecundæ, vel Alberti Magni teſtimonio. lib. 15. de anim. cap. de vipera. Agnouit ergo rem diuinitus Galenus, qui lib. de Theriaca ad Piſonem cap. 9. aduertit, recte natura prouiſum, ut ſuprema capitis officina producendus & obſeruandus hic liquor fuerit. Hæc quidem animi ſunt bona. Neque enim deſunt eidem cæteroquin bona corporis; quæ ſunt agilitas, expeditio, dexteritas, & ad ſummam actionum acumen. Sic corpus mire tortuoſum, lingua mobilis ocyſſimo vibratu, ſicut una appareat triplex, caput vero ſic arduum & undequaq; verſatile, oculi ceruici γοργωποὶ Euripidi, oblique tuentes & acute, inde κατ' ἀντονομασίαν ab excellenti viſu dictus eſt ὄφις: adagio vero ὄφεως ὄμμα. Vnde Flaccus:

Cur in amicorum vitiis tam cernis acutum,
Quam aut aquila aut ſerpens Epidaurius.

Teutones vero cordati viri bellatoreſq; præſtãtes, auct. Cõrad. quam acerrimũ equũ ſuo ſibi animo effingẽtes, in hoc fulgureo animãte requirũt in primis duo, quæ sũt utraq; ſerpentis propria, corporis, inquã gyros, & oculorũ acumẽ. Draco vero, qui Conrad. teſte ſerpẽs annoſus eſt, ἀπὸ τοῦ δέρκεσθαι, ideſt a vidẽdo dictus eſt, qui & oculos præterea ſcintillantes habet, ut diſertiſſimè in ſuo de Luce animantium libro Thomas Bartholinus Gaſparis filius

adnotauit. Tametſi vero viſus hebes anguium uniuerſorum iudicatus eſt Iſidoro; tamen prolatum hoc iudicium de proſpectu in anteriora, aut per id tempus quo de cauernis prodeunt hiberno ſtabulatu. Ita enim interpreteris oportet, ſi rectè verba perpenderis quæ ſunt: Anguibus uniuerſis viſus hebes eſt. Raro in aduerſum contuentur nec fruſtra: cum oculos non in fronte habeant, ſed in temporibus adeo, ut citius audiant, quam aſpiciant. Poſt viſus ἀκρίβειαν, commemorabo eam, quæ eſt auditus de qua re Iſidorus: *Citius audiunt alioqui quam aſpiciant ſerpentes*, ait. nec immerito: quando tradita eſt ea conditio ſerpentibus natura ſuſpicioſis, ut alias oſtendi: quinimo quales ſeipſi facile inſultãtes oſtendunt; oportuit acrem & anticipãtem eſſe auditum. De aſpide vero priuate pronunciauit alicubi Plinius: *excitatur ſæpius auditu, quam viſu*. Poſt quos autores è Neotericis doctiſſimus Hieronymus Mercurialis: *eſt aſpidi ſubtilis auditus*. Exponamus nunc iſtorum guſtatum. At hic tam exquiſitus anguibus eſt, ut ei uſui duplex illi lingua fuerit a conditore largita. Verba ſunt hæc Ariſto-
» telis lib. 2. de Partib. Animal. c. 17: Quanquam ad ſa-
» porum guſtatum ſerpentes & lacerti longam habent lin-
» guam & bifidam: atque ita longam ſerpentes, ut ex par-
» uo longè protrahi poſſit. Bifida & parte extrema capil-
» lamenti tenuitate eſt, propter ſuæ naturæ cupediam. du-
» plex enim voluptas iis capitur, quaſi duplicem ſenſum
» guſtandi habeant. De olfactu iam dixi qualis & quantus videri debeat, ubi de στοργῇ ideſt de naturali in filios affectu dixi. Reſtat Tactus, de quo Cælius Rhodiginus
» enunciauit paucis: Serpentes pollent tactu. Ad ſummam vides exactos eſſe anguibus ſenſus exteriores.

Hactenus pleraſque multas viperæ conditiones attigimus. præter quas quidem ſunt & aliæ nonnullæ, quas ſparſim in hoc commentario relatas leges: interim vero comprehenſas habere poſſis hac una noſtra viperæ deſcriptione, quæ eſt: Vipera eſt ſerpens ſangui-

neus,

neus, perfectus, mirifice mobilis, uiuiparus, fœcundus, longæuus, ingenioſus ſuſpicioſus inſultator, dente maximo ventroſo forulato venenum eructās, cauis ſub terris hibernans, & balſamo recondito vitam ſuſtinens, ſupra vero terram omnigenis alimentis victitans, antidotis apparandis inter omnes venenatos angues accommodatiſſimus.

Vipera deſcriptio.

DE INDIFFERENTI ET MEDIA VIPERAE NATVRA. CAP. IX.

§. I. *Quo purgatur vipera veneni contumelia.*

HAec quidem viperæ dignitas, hæc ornamenta de grandi pauca numero ſelecta fuere: quæ quamuis optimorum auctoritate firmiſſima, & pondere grauiſſima ſint, nihilominus hunc tantum eiuſdem ſplendorem, hæc omnia bona una veneni labes, dixeris, labefactat deturpatque: unde & animantibus brutis auerſus, hominibus inuiſus ſemper fuit hic anguis. Ad quam ego obiectationem, & viperæ noſtræ Pythiæ obtrectationem, quid ſi monſtretur, inquam, beſtiolæ vitium hoc non agnoſci proprium, aut intrinſecus concretum. Verum adſcititium, & aliunde irrepere conſuetum. Quod quidem effatum non unius ſapientis viri teſtimonium; aut non una comprobatio, verum quamplurimæ, atque hæ non futiles, probabile fecere. Fuit autem hæc quoque veritas, ſi grauiora attendimus iudicia, melioribus ſæculis ſerio notata, & plurimum, ut audies, rata: nobis poſterorum hominum impudentia, vel inepta rei interpretatione, vel proteruia, vel ruditate denique fuit ignota, noſtris nunc indiciis fortaſſe reſtituēda. Quam nos rem ritè conficiemus, ſi prius quædam in communi ſerpentium genere expenderimus huc facientia: quæ fuerint hæc. Primò explanationis præ-

Opprobrioſum vipera venenū

Noſtrum vene nipara vipera aſſerenda inſtitutum.

Ignota noſtris, per priſcos ſapientes agnita viperæ innocentia.

Exſequendorū ſeries.

curſu ſerpentis ampla & multiplex appellatio. Secundò veneni latitudo. Tertiò energia, curſuſque veneni. Quartò aliquot ſerpentium ordines, ac diſcernicula. Latina ſerpentis appellatio latiore ſuo ſignificatu ſcorpios, araneos, lacertos comprehendit. Verum preſſiore nota refert animal ſanguineum, prælongo ac tereti de capite ad caudam corpore, pedum expers, volutim & flexuosè progrediens. Addidit Ariſt. in lib. de Gener. Anim. & ouiparum. Verum, quia per hoc excluditur vipera, quæ viuipara eſt, non ouipara, qualis ſerpens eſt alioqui: propter hanc cauſam anguſtior, quam par eſt, definitio non recipitur hac parte nobis. Mirum autem, quod id non comprehenderit Philoſophus: niſi quod id plurimū, ſicut in plurimis fieri conſuetum, videtur ſequutus. Verum hæc parergo quodam effuſa ſunto. Non autem placet id, quod Seruius in Aeneid. 2. adnotauit, ſerpentes terrarum, angues aquarum, dracones templorum proprie dici. Nimirum latiniſſimus ſcriptor Cornelius angues pro terrenis frequenter extulit. Anguis etiam nomen quandoque in lib. 29. cap. 4. Plinio videtur uſurpatum ſignificatione ſpeciei, qua ſerpens Aeſculapio ſacer viſus eſt Libauio in Alchym. Pharm. capit. 13. Hæc uſui noſtro de appellatione ſerpentis animaduerſa ſcito: nunc de aliis dicamus. Primum autem occurrit decernendum, an natura venenoſum ſerpentium ſit genus. Videtur autem primordio venenatum fuiſſe, quod his pro confeſſo fuerint, organa veneni omnia ſic adamuſſim comparata, qualia nos ad unguem deſcripſimus in cap. 1. lib. huius, venulæ, inquam, delatrices, veſiculæ exceptrices, dentes leonini, cauernulæ horum binæ aſſeruatrices, hamuli acutiſſimi, & cæterorum apparatus conformatuſq; naturalis, de quo quidem ibidem loci nos. Præterea quis ſubduxerit cauſas omnes veneni productrices, quas recenſuimus ſeu victus tetros, & materiam, ſeu parabilem eque formam, ſeu effectores, tum internos, tum externos? Finem vero quis ademerit, qualiſcum-

Latina ſerpentis notio.

Propria ſerpētis definitio.

Aduerſio in Ariſtotelis definitionem.

Excuſatio producitur Ariſt.

De anguis nomine aliter iudicauit ſæpiuſque uſus eſt Cornelius.

Quod venenoſi primo ſerpētes, diſſertatio A de Rinatis.

A cauſis.

cumque is fuerit, eiuſmodi pariter à principio, qualis & nunc eſt? Denique neq; ullæ fatales, id eſt à primo conditore, aut à natura conſtitutæ cauſę defuerint uſquam, quę venenum ſerpentibus impoſuere. Tantum enim rerum ordinem qui, aut quomodo immutaſſet, indicetur oportet. Verum enim verò, multa breuibus ut expediam, ſacræ Geneſeos teſtimonio quemadmodum nullæ principio ſtirpes fuere nocentes: ſic natura, ſiquidem eã reſpicimus, quæ à prima ante lapſum creatione fuit; non videntur venenoſi ulli ſerpentes, imò familiares homini extitiſſe, atque etiam colluſiſſe. cum verò poſtremo maledicto ob peccatum omnia deteriora euaſerint, conſentaneum eſt, ſerpentes hoc maximè paſſos, ut quibus etiã in ſpecie eſt maledictum, & poſita ipſis, hominique inimicitia ſpiritualis, & corporalis, unde fugiunt ſe mutuò, niſi quid audacia, & præſumpti pharmaci conſcientia mutet: quæ verba ſunt Andreæ Libauii in libr. Alchym. pharmaceu. cap. 12. deſcripta. Quæ ſacrorum librorum obſeruatio monet nos in præſenti diſceptemus, an in arca ſeruatrice animantium à Noe architectata ſeruati fuerint ſerpentes: ſi autem ſeruati, ut credi par eſt, quo ſancti Patriarchæ conſilio, quaue prouidentia atq; communi boni ſollicitudine? nimirum aſſertorum bonorum miſeræ mortalitatis profeſſus alioqui tutelam, venenata potius exterminare, quam conſeruare debebat: ut quid igitur in aſylũ arcæ contulerit peſtiferas feras? An quod exercenda forent ſupplicia iræque. Diuinæ in veteratore ſerpente tuendaque facti memoria continenter cum vita præuaricatæ belluæ. an quod nihil uſpiam eſt aliqua parte nocens, quod ex ália nõ queat iuuare? ſtirpes enim malæ ſic manſere, ſic & mirificæ belluæ. Antidota quippe, & in horum corporibus latebant intimis? An ut varietas, & ornamentum cuſtodiretur mundi? An ut cauẽdis malis, & diſcriminibus mortis eludendis acuerentur inde mortalium mentes? quod diſertè propoſuit nobis Maro Georgic. 1 per hæc:

Quod expertes veneni primordio ſerpentes.

An in arca Noe aſſeruati fuerint ſerpentes.

A fine.

Ille

Ille malum virus ſerpentibus addidit atris,
Mellaque decuſſit foliis, ignemque remouit,
Et paſſim riuis currentia vina repreſſit,
Vt varios uſus meditando excuderet artes
Paulatim, & ſuccis frumenti quæreret herbam.
Tunc alnos primum fluuii ſenſere cauatas,
Nauita tum ſtellis numeros, & nomina fecit
Pleiadas, Hyadas, claramque Lycaonis Arcton.
Tum laqueis captare feras, & fallere viſco
Inuentum, & magnos canibus circundare ſaltus,
Atque alius latum funda iam verberat amnem.
Alta petens, pelagoque alius trahit humida lina:
Tum ferri vigor, atque argutæ lamina ſerræ.
Nam primi cuneis ſcindebant fiſſile lignum.
Tum variæ venere artes: labor omnia vincit
Improbus, & duris urgens in rebus egeſtas.

Virgilium cũ ſacris oraculis conſenſiſſe.

Hæc poeta maximus. Quæ ſi rectè perſpicis, non multum diſſident ab his, quæ ſacra Biblia comprehendere, primò ſcilicet innocentes fuiſſe ſerpentes, qui iuſto Dei iudicio ac prouidentia mox redditi ſunt nocentes. Sed nos ad cætera ſermonem noſtrum dirigamus: qui de latiſſima veneni diorasi, multiplicique venenantium diſcrimine rite ſit velim.

Intendi remittique venenũ.

Ante autem omnia ſumitur, id quod propoſuit Ferdinandus Ponzettus Cardinalis in lib. 1. de Venenis cap. 18. venenoſitatem, ut cum iſto viro loquamur, non eſſe ſubſtantiam, propterea, quod ſubſtantiæ non eſt intendi, atque remitti; ſecus enim variaretur forma ſpecifica: quare diuiſionem, & modum aliquem non patitur: patitur autem hoc forma accidentalis, cuius eſt proprium recipere contraria: quæ quidem ſingula theoremata docti nos fuimus ab Ariſtotele, & à ſuis hominibus in Metacategoriis. Sic venenoſum, quod eſt accidens concretum, intendi poteſt, & remitti, tum in uno certo quodam animante, tum etiam in uniuerſa ſpecie, tum abſolutè, tum ſecundum climata, & locos veneni. quod poſtremum effatum

Fatum confirmatur inde, quod vipera inter omnes angues, qui venenum gerunt temperatiſſima eſt, ut quæ ſola viuipara, & præterea venenum ſola diſcretum habet in capite: cæteri vero veneno præſtantes confuſum toto corpore virus habent: quæ cauſa eſt nimirum, ut ſapientiſſimus Andromachus, & hunc innumeri ſequuti priſci, Theriacam è ſola vipera, conficiendam voluerint, non ex alio quouis; tametſi Oſualdo Crollio commixta fuerit theriacæ Cæcilia ſerpens. Eſt hæc de minime venenatis, atque etiam innoxia Nicandro in Theriacis. Quamquam & Cæciliã de Viperę genere fecerũt quidam, ut eſt apud Conradum. Thair quoq; Aegyptii ſerpentem monocerоton etiam accipiunt in theriacam, quod oſtendit Proſper Alpinus in lib. 4. de Med. Aegyptiorum c. 8. nihilominus tamen hunc eſſe de genere viperarum teſtis eſt idem, exponens, quod communia ſint cum iſtis & viperis omnia. Pauca de veneni viperis non perpetui cauſſis vim eius accendentibus aut amolientibus.

Vipera inter omnes angues tẽperatiſſima, ut quæ viuipara.

Theriaca è ſola vipera non ex alio ſerpentis genere.

Cæcilia ſuccedanea vipera ad Theriacæ compoſitionẽ.

Thair Ægyptiis non diſſimilis viperæ ſerpens in theriacam accipitur.

§. II. *De quibuſdam ordinibus anguium venenoſorum, aut ſecus.*

CAeterum nunc de celeri, aut ſeriore placatione, aut vehementiori veneni lue pauca totidem producamus. Porro Nicolaus Florentinus ternos ordines propoſuit venenum eiaculantium ore ferarum. Primus earum, quæ ſtatim interimunt; ſecundus earum, quæ non continuò, verum tempore necant breui. Tertius quę tardiſſimè inter omnes: e quarum genere vipera eſt, cuius non pernix adeo vis eſt, ut inde videris ex peſſimis omnibus viperam optimam eſſe. Verum alium nos ordinem venenatorum anguium proferamus, qui quadruplex obſeruatione noſtra videtur. Primus eſt eorum, qui per ſeſe, & abſolute ſunt exitioſi, ab Auicenna libr. 4. fen. 6. tract. 3. & 4. ſurdi dictitati; propterea quod, quemadmodum ſurdi vocantibus nequicquam reſpondent, ſic

De celeritate, aut tarditate, vehementiore veneni.

Anguium ſpecies ſecundum habitudinem veneni.

iſti

Surdi ſerpentes Auicennæ dicti qua cauſa.

iſti medentibus, & horum medelis nequicquam cedunt aut ſatisfaciunt. Hoccepacto, aduertit ſubtiliſſimus Libauius in Alchimiæ Pharmaceuticæ. c. 14. uſu quodam venenorum ſurdum calloſumque redditum ventriculum eorum, qui venenis ſtomacho aſſumendis ſollenniter aſſueuerint, & ad hæc ſe tutos uſu longo fecerint. Secundus eorum, qui abſolutè ſunt innocui. Tertius eſt eorum, qui ſunt ἀδιάφοροι indifferentes: quanquam hoc etiam genus diſcinditur in bina, in ea, quæ rabiei venenum concipiunt priuatim; hæc quadrupeda, bipedaque ſunt plurima parte, non feræ; & rurſus in altera, quæ venenum ſimpliciter dictum demorſis infundunt. hæ feræ. De Catoblepa Aelianus lib. 7. cap. 5. Plinius l. 8. c. 21. ſerpentes omnes eſſe conſueuere. Baſiliſcus abſolute cuius venenata & triuenifica vis haud deleatur. Quamquam triueneficorum ordine Catoblepa eſt. Ex quadrupedis & ſerpētibus Baſiliſcus Græce, alias Regulus dictus, Latinè licet Baſiliſcum & Regulum binas ſerpētis ſpecies fecerit indoctè Conciliator, cuius quale ſit venenum ex his diſce. viſu, auditu, voce, ſibilis, afflatu, olfactu, contactu, omnibus ad ſummam ſenſibus confeſtim necat, nedum homines, ſed teterrimos ipſos ſerpentes. ita ut hunc ſeu tyrannum videre, aut audire longe, nedum proximè reformident, & capta properè fuga retrò ſe agant etiam in ſumma neceſſariorum egeſtate. Audi Græcum Nicandrū Latine canentem.

De Baſiliſci immanitate Nicander.

Illius auditos expectant nulla ſuſurros,
Quantumuis magnas ſinuent animalia ſpiras,
Quando vel in paſtum, vel opaca deuia ſiluæ
Irriguoſue locos mediæ ſub luce diei
Ex candeſcenti ſuccenſa furore feruntur.
Sed turpi conuerſa fuga dant terga retrorſum.

Breuius autem Lucanus.

Sibilaque effundens cunctas terrentia peſtes
Ante venena nocens latè ſibi ſubmouet omne
Vulgus, & in vacua regnat Baſiliſcus arena.

Ad-

Addidit Gal. in lib. de theriac. c. 8. quod nedum videns ipſe, ſed & viſus è medio tollit intuentes incomparabili quidem exemplo; quamuis & Stellio ſcorpionem viſu perimit: hæc in exilem beſtiolam a grandiore quadrupede victoria eſt. quæ autem ad perniciales beſtias, aut harum ad illam comparatio? Quippe triueneficum ſcelus aeri, aquæ, & terræ, tabem incomprehenſam inhalat ſuam. Aere quidem ſuperuolantes volucres halitu conficit peſtifero. Terræ vero fruges obiectas, quaſi malo tactas exugit: aquam etiam, quam forte fortuna decurrit contagione inficit. Sunt hæc terrifici veneni effecta, hæc ſymptomata per Nicandrum decantata ſub his:

Secundum ſingula elementa late ſe fundens atrocitas Baſiliſci.

Quod ferit hic, multo corpus ſuccenditur igne
A membris reſoluta ſuis caro defluit, ex his
Lurida, & obſcuro nigreſcit opaca colore.
Nulla etiam volucres, quæ fœda cadauera paſcunt,
Sic occiſum hominem tangunt.

Sed Auicenna hęc deſcribit nocumenta: illius, quem mordet, corpus liquefit, & inflatur, & currit virus. Nedum autem viuens mortiferus eſt: ſed & mortuus Gal. ad Piſonem docente in commentarii illius cap. 8. & hunc auctorem ſequuto Auicenna, qui ait: & moritur ſtatim ,, omnis qui appropinquatur illi mortuo, & parum quidem ,, euadit, quod prężens ſit vicinitati eius. ,,

De Baſiliſci diritate Auicenna teſtificatio.

Non ſolum autem mortui Baſiliſci corpus interimit accedentes animantes; ſed & baculus, quo verberatus, vel lancea, qua percuſſus fuerit, exitioſa eſt; & quod ab eo interfectum fuerit animal, interficit ſolo contactu, quod teſtatus eſt Plinius, & Aelianus, ex Poetis vero Lucanus qui ait.

Tradux Baſiliſci infectio.

Quid prodeſt miſeri Baſiliſcus cuſpide Mauri
Tranſactus? velox currit per tela venenum.

Extremum autem illud erit, quod modo dixero: repoſito in Apollinis templo Baſiliſco, nec araneam ſuas telas intexere, nec hirundines aduolare; ubilibet vero cinis eius fuerit aſperſus, nec veneniferas ullas beſtias illuc aduentare:

Baſiliſci ſicci cadauer quā beſtiis infenſū animaduerſio.

tare: adeo modis omnibus, & viuentis, & mortui, & inmortui atomis, & in omni ſua contage valentiſſimũ eſt virus regulo inſitum, ſic ut cauſis quibuſuis ferme immutabilibus immutabile atque indelebile perſtet. Verum autem atque etiam mirum, quod intentione quadam & ſpiritu veneno à calore noſtro nil coacto neque deducto principia noſtra ſic oppugnantur, ſic occupantur, ut deputatæ per naturam functiones nequeant amplius exerceri. Sed nihilominus inſolens, immanis tyrannica venenatæ formæ malignitas facit, ut vim quidem corpus comprehendat, mens & ratio non apprehendat. Illud tantum coniectare didicimus, quod eſt hoc: ab oculis execrandæ feræ radii ſeu viſibiles ſpecies, à ſibilo audibiles auræ, à corpore vero ipſo olfactiles formæ diffunduntur: quæ delatæ ad humanos oculos, & ad auriculas, & ad narium ſuperiorum organa, in his ſingulis ſpatiantes ſpiritus & cum his coniunctos humores inficiunt, ex quibus perducta per varios ductus lues aduſq; cor ipſum poſt aliquod tẽpus deniq; conterunt & textile ipſius vitale munus intercidunt. Hæc plebeis quidem hominibus fuerint admiranda, at non edoctis phyſicas & magneticas ſubtilitates, & quæ produxit de ſenſibus profundiſſima Lucretius. Sunt autem hæc:

Incomprehenſibilis veneni Baſiliſci ferocia de multiplicis locis, quæ a Baſiliſco fluit.

Ideoque per auras
Mellis apes quamuis longo ducuntur odore;
Vulturiique cadaueribus: tum fiſſa ferarum
Vngula, quo tulerit greſſum promiſſa canum vis
Ducit: & humanum longe præſentit odorem
Romulidarum arcis ſeruator candidus anſer.
Sic aliis alius nidor datus, ad ſua quemque
Pabula ducit, & à tetro reſilire veneno
Cogit, eoque modo ſeruantur ſæcla ferarum.

Et inferius.

Quin etiam gallum nocte explaudentibus alis,
Auroram clara conſuetum voce vocare:
Hunc nequeunt rapidi contra conſtare leones,

Inque tueri; ita continuò, meminere fugai.
Nimirum quia ſunt gallorum in corpore quædam
Semina, quæ cum ſunt oculis immiſſa leonum,
Pupillas interfodiunt, acremque dolorem
Præbent, ut nequeant contra durare feroces.

Ad hunc modum per Poetam phyſicum inſinuata, ſic per nos enarrata eſt ratio, ſi admittimus Hypotheſin, quam tamen inficiatus eſt Chriſtophorus de Honeſtis, cui nihilominus viro ut occurratur, dicam cum Guaynerio, cumque Matthiolo, non deeſſe venena, quæ ſolo inſeſſu, contactu, olfactu, vaporatu ſtatim & in momento perdant incautos. Quod venenorum genus a ſpiritu vocauit a Cæſalpinus in lib. 2. de Venenis cap. 46. Sic conſtat ſane de fungis, qui uno ad nares admotu vitam adimunt. Scripſitque Matthiolus libr. 6. præfat. de Vetonico flore, quem per artem venenatum quum circumforaneus quidam ex his, qui venenum innocue deuorare profitentur, olfaciendum exhibuiſſet ſuo competitori in publico Senenſi foro, is ex ſolo olfactu derepente concidit mortuus. Denique & incubitu ſuper ſtirpibus natura peſtiferis, aconito, napello; nec non ſoporatu ſub taxo nerioque arboribus contractam viſceribus letalem noxam, idem ibidem autor pro comperto retulit. Quorum quidem omnium cauſas ad ſummam venenorum ſubtilitatem retulit Ferdinan. Ponzettus in lib. 1. de Venenis c. 4. Qui Ferdinãdus videtur & hoc aſſidue confirmaſſe per alia, quæ ſunt: Baſiliſcus ſolet connumerari inter ſerpentes ſurdos, quia priuatur auditu. nam aer, qui ſubſeruit virtuti auditiuę reſoluitur. Vere mirum ab intenſa eius caliditate. non tamen eſt verum, quod eius venenum ſit ſolum in capite: eo quod interficit proferendo fumum. quia totum corpus eſt venenoſum nec ſpirare per latera, concludit quod venenum ſit ſolum in pectore: Spirat tamen per illa, ne præcordia exurantur à fumis exuſtis, qui niſi ſpiramenta eſſent, in qualibet parte corporis ſubintrarent inter oſſa & neruos & inter pellem & carnem, &

De viribus veneni, quod regulus immittit, iudicium.

ſepararent partes & compagines ſui corporis. Audiſti mirabiliorem unquam veneni vim? Adhuc autem, ut non moriatur ipſe ſua pernicie, in noſtris nos problematis diſquiremus. Denique difficile non eſt, efferri de venenatis ſubiectis ad obnoxia corpora per necabiles ſpecies, ſi ſpectaueris, ei qui morſum Dryini curauerit abſceſſum iri cutem manus curatricis. Multo amplius ſuadeberis, ſi ſpectaueris & veſtes eius, qui fuit à ſepe demorſus non ita multo poſt cõputruiſſe. Quod enarrauit Aelianus li. 8. de Animal. 7. Quibus per inſenſiles qualitates miraculis, & occultis agendi rationibus & cauſſis illud addidit Leuinus Lemnius, quod lupus obuiis hominibus vocem adimit & raucedinẽ afflat halitus, qui ab eo promanat cõtagione. Addo ego, & Aſpidẽ, qui ſola ſua aſpiratione oculorum uſum aduerſus ſe aſpicientibus eripit, & celeriter interficit: cuius rei meminit Aelianus. Ita quoque baſiliſcus afflatu ac ſibilo tamquam emiſſo iaculo paulo remotiores conficit. Poſt quem virum & And. Cæſalpinus in lib. 3. artis medicæ c. 4. & 5. inſtantias addidit fœminarum menſtruis occupatarum, cuius effluxus aura virulenta tot emanant in alia corpora viuentia non viuentia ſeu pernicies ſeu labes. Quod autem ad baſiliſcum viſu & ſibilatu phtharticum: rationem cauſamque protulit Cæſalpinus proiectati ſpiritus ab oculis & à ſibilãti ore, exemplo, quod ad viſum attinet, lippientium, qui longe lippitudinem in alios a ſe transfundunt: item faſcinantiũ vetularum. & quod memorabilius eſt, hiſtorias recitat ex Plinio Triballorum & Illyricorum, qui interimant, quos diutius iratis oculis intueantur. Quod vero ad exſibilatum, memorat ex Africa familias, quarum ſola rerum elatione ſumma & deprædicatione affectata contabeſcant prata, marceſcant arbores, diſpereant infantes. Satis igitur putarim, Baſiliſci ortus & ideam, τὸ τῆν εἶναι, quamteterrimam incomparabilis ſerpentis animam, non inficiari. Quæ noſtra de abſoluto Baſiliſci veneno fuit opinatio. At diritati atq; atrocitati ex aduerſo ęquiponderat

leui-

leuitas, & manſuetudo multorum anguium ἀπημάντων, ut vocat Nicander, quos modo commemorabo. Hi ſunt Aelops ſiue elaphus, Pelia, Pareas, & ſerpens Aeſculapii, Cœcilia Libyæ, Molurus, Myagros, Orophias, Spathiuros, Carbonarius, & alii incunabulis infantium indormitantes ſerpentes Olao lib. 21. c. 30. Angues Cracouienſes Conr. Tigurino, Serpentes Indiæ Occidentalis, de quibus retulit Petrus Martyr, & Inſulæ Hiſpanæ ſerpentes, item ſerpentes montis Ziz Iohanni Leoni in deſcriptione Africę, qui micas colligunt e menſa deciduas, Piræneі Bigeones Scaligero, qui de menſa cibos familiariter captant. Inter hos dicam de Ophiodectis ſic a Pythia dictis Spartanis, qui cum tempeſtate multitudo ſerpentium mira in Laconia ſuccreuiſſet factaq; inde annonæ caritas eſſet incredibilis, coacti ſunt indigenas ſerpentes in eſcam humanam vertere.

Serpentium quorumdam mentio.

Præter hos ſunt, & qui certis quibuſdam gentibus in eſum apparati non inſuauiter guſtantur. In India quippe & Aethiopia non ſolum non innoxii cruditate multi ſerpentes, ſed etiam eſculenti, Scalig. lib. de Subtilit. Serpentes magnos, & innocuos inſula in Oceano verſus meridiẽ ab Iambolo reperta produxit, quorum carnes miræ dulcedinis eduntur Ioanne Bohemo authore. In Macino prouincia Aſiatica ſerpentes aſſos pro deliciis haberi legimus apud Nicolaum Venetum, & Aeneam Syluiũ: in Aſia, ſic & in prouincia Manſi, vel India ſuperiore ſerpentes eſitantur inter ſummas delicias: Pauluſque Venetus nos docuit in prouincia Caraia ſerpentum maiorum carnes vendi in cibum. Iuanis vero ſerpentibus, qualiter nos pauonibus, veſci populos Indiæ Occidentalis prodidit Petrus Martyr Oceanicæ Decad. primæ lib. 3. c. 1. qui addidit, & ouis ipſorum nullum epulatum genus eſſe ſuauius, ex abdomine ſub veru ſtillato nectareum. Denique P. Bembus hiſt. Ven. lib. 6. in Cuba Inſula ſerpentes ex aqua & terra viuentes lautio-

Serpentes eſculenti.

tioribus fuiſſe epulis teſtatus eſt. adeo, addit Scaliger in 2. de Animal. ad veſcendum ſuaues, ut ſolis Regibus inter epulas apponantur. Hæc & alia de ſerpentibus eſculentis ſcriptores iſti. Quorum quidem ſerpentium ſuauis conditio tum quidem ex ſua ipſorum ratione, & natura, tum maxime ex cœli benignitate, ſolique amænitate proficiſci plurimum conſueuit. Cæterum quoniam hæc obiter dicenda ſe nobis obtulere: non eſt quod cauſas paſſibilis huius qualitatis longius exequamur. Exequemur autem de venenatis animantium naturis, quæ venenum conditioni ſuæ non inſitum quibuſdam de cauſis adſciſcunt. Horum (ut dixi) genus eſt duplex: alterum quidem ſerpentium ut viperarum, & Scorpionum. Alterum vero bipedum, & quadrupedum, quæ immutatis ad excedentem, calorem, ſuauitatem, uſtionem, feruorẽ, humoribus efferantur, & in rabiem tranſmutantur, quæ alioqui natura ſunt mitiora, & placidiora. Hi ſunt canis, camelus, equus, lupus, urſus, leopardus, vulpes, muſtela, viuerra, martes, ſimia, mulus, muræna, leo, felis, homo, gallus gallinaceus, & ſi qua ſunt alia: de quibus ſingulis lege quæ Baptiſta Codronchus l. 1. de Hydrophob. c. 1. conſcripſit. Primo de homine dicamus, cuius morſus, ait Aelianus lib. 2. de Animal. c. 24. vel homini pernicioſus ipſi & nullius animalis morſui de acerbitate concedit. Produci autem in homine venenum, rarum non eſt. Scilicet hoc locis in pleriſque Galenus faſſus eſt. Primum in lib. 3. de temperam. c. 4. & lib. artis medicæ cap. 94. & lib. 6. de locis affect. c. 5. & com. 2. in primum prorrhetic. text. 17. & comm. 75. ſect. 3. lib. 3. epid.

Vnde ſuauior anguium conditio ſit.

De venenatarum ferarum ord. 3.

E non venenatis animantium mancres, quæ venenum tamen quibuſdam de cauſis adſciſcunt.

Per rabiem autem mordens homo venenoſior eſt ieiunus quam pranſus, teſte And. Libau. in Alchym. pharm. & ante hunc Bartolomæo Maranta libr. de Theriaca, & ante hos Ferdinando Ponzetto lib. de Venenis cap. 11. Quã rabiei procreationem & ab interno ſeminio, quemadmodum in equabus Hippomanes venenũ, ſuſcitari ſub hominum præcordiis, autor eſt Cœl. us Aurelianus, nec

Hominis irati morſus ieiuno ſtomacho, peſtilentior.

non,

non, ut P. Salius voluit, Soranus. Ad quorum ſententiam acceſſiſſe videtur & Marcellus Donatus lib. 6. Mirab. hiſt. medic. cap. 1. pag. 296. & 297. Quid dicam autem quam infeſtum ſibimet ipſi venenum appareat fœminæ: menſtruum, inquam, inquinamentum: quod ſæpe retentum corpore ſic conferueſcit, excandeſcit, furit, ut grauiora, quam venenum, inducat ſymptomata; uſque adeo, ut nonnulli venenorum materiam pertractantes, hoc inter venena non dubitent connumerare: quam item naturam veneni comparat & plus iuſto retentum in viro ſemen, ut conſtante iam frequentiſſimo experimento veritas hæc in adagium abierit vulgatum. Quid ſi dixeris venenum hoc homini ſubortum abuſiue ac denominatiue dici, non eſſe vere? Produxerim ego cõtinuo, quod tradidit Fernelius in lib. de Abd. rerum cauſis capit. 15. his ſuis verbis: In nobis ſimiliter corruptio quædam ſpõte gigni poteſt; quæ non modo veneni vires æquet ſed & ipſa tota venenum ſit. Verum hæc iam ſatis; maxime quod per alium libri locum fuerint enarrata.

Rabies hominis ab interno principio ſuſcitata.

Venenũ ab homine genitũ propriè vere dictũ.

§. III. *De cauſis productricibus atque immutatricibus veneni.*

PRocreatur inquam in hoc genere animãtis venenum his modo percenſitis, & aliis de cauſis. Verum enim vero, vel ipſorum non eſt, vel ſi eſt, id quidem ex accidenti, & adſcita extrinſecus conditione, ideſt, ab uſu rerum vocatarum nobis medicis non naturalium, atque ut Leonardus Tübingẽſis profeſſor vocat immutatricium. Quas omnes ad triplicem ordinem redigit Cardanus lib. 1. de Venenis cap. 6. ad naturam, ad caſum ad alimenta. Prout enim hæc fuerint oblata, ſic etiam grauiter vel leuiter afficere conſueuerunt: quarum quanta ſit præcipue aeris, locorum, & alimentorum horum uſus meditatus facile intelliges: intelliges quantum aer valeat, & ex his, quæ libr. de Flatibus perſtrinxit Hipp. dicens, nihil ſine hoc-

Cauſſa veneni productrices nonnaturales.

De aeris noxii immutantis viribus.

„ hoc fieri, nihil ab eo abeſſe, omnibus rebus adeſſe, ſpa-
„ tium omne inter cœlum, & terram eo eſſe refertum, hie-
„ mis, & æſtatis cauſam eſſe. Nam quæ cœlum ambit, rege-
„ re, commutare, mouere, permeare, corrumpere, conſer-
„ uare, ſuſtinere. Quid autem animantium omnium naturas non immutent, quæ per partes annum, menſes, dieſque multipliciter immutant, cœlumque & terras generatim & ſpeciatim immutant? Quid autem aeris, & locorum naturas, & differentias medico cognoſcẽdas tam ſtudioſè præcepit Hipp. in lib. de aere, aqu. & locis: itemque Gal. lib. quod optimus medicus idem ſit & philoſophus? ni proponant unam rationem, quod maximam in mutandis corporibus energiam eadem habent. Habent & hæc ipſa non minorem, victus genera, & alimenta: ſiue quidem cibus intelligatur, ut ſimilis, ſiue ut contrarius, ſiue ut agens, ſiue ut patiens: utrouis enim modo conſideratus tranſmutare valentiſſime apparebit. Nã cum id quod offertur tranſmutatur, neceſſe eſt etiam id cui offertur tranſmutari. Audi Libauium in Alchym. pharmaceut. cap. 7. dicentẽ, plus eſſe in victu, quam in natura: quia dum cibus alteratur, ſimul alterat, efficiturq; etiam, ut minus malum ſit, quod bono cibo nutritur, & magis etiam malum, quod malo cibo nutritur. Hipp. lib. de loc. in hom. eſt enim nutritio aſſimilatio nutrientis in quod nutritur Galen. 3. de Natur. facultat. Iam igitur quantam animantibus tranſmutationem, ſiue ad bonum, ſiue ad prauum ſanguinem procreandum faciant boni, prauique victus, id plene didiceris ex Gal. lib. de cibis boni malique ſucci. Atque adeo reptilia, ἀδιάφορα ideſt indifferentis ad venenum naturæ, qualia viperæ ſcorpiiq; ſunt, prout loca victuſque ſe obtulerint, ſubdita pari fuerint ſorti. Adeo autem ſubdita, ut hæc una ratio ſtatuatur, etiam decernatur aut hic aut alibi producendorum ſerpentum. Nullæ in Italia propter cœli ſolique mollitiem dipſades exiſtunt Hermolao Barbaro in Coroll. ad Dioſcoridem 217. nullæ in Hibernia lociſque Septentrioni ſubditis

Diuerſi victus corpora immutãtis energia.

Quid tantopere nos immutare valeat aer.

Reptilia indifferentis ad venenum naturæ qua.

ple-

plerisq; viperæ naſcũtur:quibus differta eſt omnis Africę Aſiæq; ora. Promiſcue vero ſerpentes ſecundum varias mundi plagas, & ſecundum loca, & victus immutari, teſtis eſt Olaus Magnus Hiſtor.ſeptentrionalis in his:*certum eſt plures & noxios eſſe ſerpentes in frigidiſſima plaga ſeptentrionis, terreſtres ſcilicet, qui acrius aquaticos perſequuntur: & hi in terris manent, ac diuerſis nutrimentis minutarum herbarum, in quibus acriorem veneni vim cognoſcunt, auidius reficiuntur, maxime in locis montoſis productarum: hique deteriores ſunt in lædendo homines veneno ſuo, quam littorales aut riparii.* Hæc ille. Petrus vero Andreas Matthiolus adnotauit hæc: „ quin etiam feræ omnes, & inſecta in montibus, & aridis „ locis inter vepres, & ſaxa degentes citius hominem per- „ dunt, iis, quæ paluſtreus liginoſoſque tractus incolunt: „ citius præterea necant, quæ orientalem, & meridionalem „ inhabitant plagam, quam quæ ſeptentrionalem, &c. Mirum autem quod Senenſis homo non diſcreuerit montanas patrio cœlo viperas acriores, quam planorum locorum. Sic Cornelius Celſus in V. ait:„ ſerpentum gene- „ ra peſtifera maxime æſtuoſis locis gignuntur. Italia fri- „ gidioreſq; regiones hac quoque parte ſalubritatem ha- „ bent, quod minus terribiles angues edunt. Addidit & aliam loci differentiam immutatricem Auicenna l.4.fen. 6. tract. 3. cap. 21. dicens, fieri ſerpentes in ſua ipſorum ſpecie deteriores propter locorum arentium ſqualores: nam illi, qui habitant loca inaquoſa, & montes, deteriores ſunt eis, qui habitant litora, & loca plurium aquarum. Quamquam quid illud eſt, quod Gal. lib. de Theriaca & Antidotis c. 8. reiectat viperas litora incolentes; recipit vero agreſtes. Verum enim vero fortaſſe comprehendit animo litorum aquarum dulcium incolas Auicenna; litorales quidem ſed maritimas Galenus. Poſt hos vero Cardanus ait: „ fiunt deteriores viperæ aut regione, ut in Nu- „ midia, ubi & ſerpentes ferociores ſunt, & pernicioſiores „ ſcorpii. ſimiliter velut montanæ nemoralibus: aliæ cibo, „ ut quæ ranis rubetis, quas bufones vocant, veſcuntur. Qui

Variant & mundi plagæ venenum.

De locis venenorum ſortem immutantibus Matthiolus.

De cauſis venenorum immutatricibus Auicenna ſyllepſis.

Auicennæ ac Galeni cõtradictio de viperis littoralibus.

idem ait, viperæ quæ aquas inhabitant parum aut nihil veneni retinẽt. Viperarum autem nomine Cardanus abuti videtur pro quocumque ſerpentium genere. Quemadmodum ad unguem abuſus videtur Rhazes lib. 8. de Remed. cap. 2. qui viperarum morſum facit immedicabilem, fortaſſe de aſpide locutus, aut viperas intellexit Afras, quæ peſſimæ ſunt. atque hoc etiam inſtituto, ſimiliter ſcorpiones in Aſia, Africa, Aegypto, Scythia plurimum, & ad mortem nocent; qui in Italia non item, quando & in Tridentino agro, & in Pharo inſula ſunt innoxii. quod teſtatus eſt Ambroſius Paræus lib. 20. c. 25. & Ferr Ponzettus lib. 3. de Venen. c. 15. & de Noricarum Alpium ſcorpiis Scaliger exerc. ad Cardan. ſubtil. 198. §. 5. & de Piſanis Vidius Medic. part. 2. ſect. 2. lib. 2. c. 8. cauſam reddidit, dicens: Regionis eius humiditas ſcorpionum venenum maxime hebetat, & ad homines contaminandos ineptum reddit. In Heluetia, quos ad Tigurinum lacum innoxios refert Conradus, Municipalis homo; Mæliteos itẽ ſcorpios, qui alibi pernicioſi sũt, hic manſueſcere, lædẽdi naturam penitus deponere, perhibet Th. Fazellus lib. 1. c. 1. Ad hæc exploratum eſt ipſos ſe ipſis propter diuerſas cauſas fieri deteriores aut meliores, atque agreſtes ſcorpios nocentiores, quam urbanos ſentiri; ſiquidem in humectis locis humido victu enutritus non purum venenum habet; cum vero terreſtris ſit, maxime merum & nocentius acquirit. Hæc Aetius in capite de Cherſydro. Aliud propoſuit Ariſtoteles: omniũ, inquiens, venenati morſus grauiores ſunt, ſi alterum ederit alterum. & Plinius: in eo genere magis exitialia, ſi ſuum genus ederunt antea quam noceant. & Cornelius Celſus in V: illud ignorari non oportet omnis ſerpentis ictum, & jeiunum, & jeiuno magis nocere. Ideoque pernicioſiſſimi ſunt cum incubant. & Aelianus atque Nicander: quilibet ſerpens pericuſoſus eſt obuiis cum recens ſenectutem exuit, vel cum inſequentem ceruum fugit. Quam rem naturæ ſcientiſſ. Virgil. expoſuit hic Georg. 3.

Scorpionum venenum variat fors locorum.

Loca venenorum immutatorum.

Fames immutatrix veneni

Non

Non mihi tum molles ſub dio carpere ſomnos,
Non dorſo nemoris libeat iacuiſſe per herbas
Cum poſitis nouus exuuiis nitiduſque iuuentà
Voluitur aut catulos tectis aut oua relinquens
Arduus ad ſolem linguis micat ore triſulcis.

Vernatio veneni vim grauius immutat

Hactenus exempla ferarum, quæ venenoſorum nomine cenſentur. Referentur poſt hæc & aliæ, quarum non eſt perpetua veneni ratio, quæ pro locorum natura vim exacuunt remittuntque veneni. Idemque fit ſecundum alias rationes. Primum memoretur gallus And. Baccii gallinaceus, qui quoniam agreſtibus beſtiolis bilioſis & venenoſis ample fuerat paſtus, olitorem per morſum adortus exitio fuit memorabili. Sic & gallinaceus in Chronicis Patrum Capucinorum memoratus mire pugnax in aduentantium inſultans facies roſtro cunctos ianua propellebat, quem tamen mira vi ſanctitatis domuit accedens Pater. Non ſic autem domeſtici galli. In Græcia prauæ qualitatis herbæ eſitatæ trahunt in rabiem equos Plinio lib. 18. cap. 7. quo eodem autore Mus araneus in Italia venenatus, ut Hiſtor. natural. lib. 8. cap. 58. nihilominus ait Matthiolus in 2. Dioſcoridis Ananienſium agri Tridentini montium incolis inter venenata non habentur quibus locis frequentes viſuntur. Loca igitur an tempora rem immutarunt, quæ certe immutata cognoſcitur? Natura utcunque promiſcua utrumque facit. Quę res porro ſi difficiles cuiquam videantur, is meminerit, & plantarum inuerti mores alimento terrarum. Quod autem aduertit Triuerius in Apophtheg. 125. per hæc: *Plantæ non ſemper ſeruant indolem ſeminum ſuorum, eam ſæpe mutant cœli terræque ſocietatem: ita victus atque conſuetudo ſubinde mutāt ipſam naturam pro locorum & occaſionum ratione.* Mutat quoq; trāſlatio ſic plantas, ut plurimæ pulcriores euadant & meliores; maxime vero ſylueſtres, quæ repetita trāſlatione manſueſcunt etiam, aduertente Ioanne Coſtæo in lib. 1. de uniuerſa ſtirpium natura. cap. 22. Quin imo reiiciunt hæ, quod habuerant venenum. Porro quod

De bipedis quadrupediſue natura nō venenatis.

De rabioſo gallinaceo hiſtoria.

Celebris ſanctitate Capucini virtus.

Stirpes & animantes loci cultu immutari.

de Belenio ex Perſia in Aegyptũ & Paleſtinam tranſlato prodidit Ariſt. l. 1. de Plantis c. poſtremo, nec non Gal. in 2. de Alimentorum facult. c. 36. narrat de Perſico arbore, cuius fructus apud Perſas adeo noxius eſt, ut qui ipſum comederint interimat, qui tamen in Aegyptum ſi transferatur fit eſculentus, manditurque non aliter, quam pyra & mala. De qua eadem immutatione nolim excidant ea quæ cum Muſis cultor Hortorum Columella tradidit:

Stipantur Calathi, & pomis quæ barbara Perſis
Miſerat, ut fama eſt, patriis armata venenis.
At nunc expoſiti paruo diſcrimine lethi
Ambroſios præbent ſuccos oblita nocendi.

Taxi Arboris à loco diuerſitas. Sed & Taxus, cui Plinio teſte lib. 16. cap. 10. triſte ac dirum in Hiſpania præcipue venenum eſt, in Italia innoxia eſt. Vnde in Symbolis Heroicis F.R. vir Syluester Petraſancta Gnomen poſuit ad Taxum ſcuto appictam: ITALA NVNC QVIESCE TELLVS. Scripſit & de hac eadẽ re Io. Ruell. in 3. de Stirpiũ natura quam plurima, quæ rẽ hãc oculis exponere queant. Sed nos à plantis ad animantia redire neceſſarium eſt. Canum homini ſeruientium rabies citius aut tardius excitatur, prout impulerint cauſæ, quæ rabiem induxere. Baptiſta Codronchus lib. de rab. cap. 5. Porro canes in Sicilia facilius rabie tentari ſcribit Scribonius in lib. de Comp. med. cap. 171. In Caria & Creta Cœlius Aurelianus li. 3. Acutarum paſſion. cap. 15. & B. Codronchius in lib. de Hydrophobia cap. 4. Hæ quidem immutatrices cauſæ manifeſtæ fuere. Cæterum ſunt, & occultæ, ſiue quæ cœlo, ſiue quæ terris obſeruantur. Hæ, quæ per antipathiam quandam faciunt, terræ genera ad ſerpentes relata. Britannia nullum animal venenatum mittit: imo nec infeſtum præter unos lupos & vulpes, tradidit Cardanus in 9. de Subtilit. quod

Terrarũ generibus qui buſdam ſerpentes immutantur.
» naturale priuilegium & Sardiniæ commune fecerat Pau-
» ſanias lib. 10. de Phocaicis. Ebuſi terra ſerpentes fugat,
» Colubrariȩ parit: ideo infeſta omnibus niſi Ebuſitanam
» terrã inferentibus; Plinius. Et Pomponius Mela l. 2. Ebu-

ſos omnium animantium quæ nocent adeo expers eſt, ut ,,
nec ea quidem, quæ de agreſtibus mitia fiunt, aut gene- ,,
ret, aut ſi inuecta ſunt ſuſtineat. Contraria eſt Colubra- ,,
ria, cuius meminiſſe ſuccurrit, quod cum ſcateat multo , ,,
& malefico genere ſerpentium, & ſit ideo inhabitabilis , ,,
tamen ingreſſis eam , intra id ſpatium, quod Ebuſitana ,,
humo circumſignauerunt , ſine pernicie tuta eſt. iiſdem ,,
illis ſerpentibus, qui ſolent obuios appetere , aſpectum ,,
eius pulueris, aliudue verius, procul & cum pauo- ,,
re fugientibus. Hæc Mela. Similiter in Creta nullam ma- ,,
leficam beſtiam, neque gigni , neque viuere aliunde de- ,,
portatam . quod quidem ipſum ſi quis volet experiri , ve- ,,
nenatum animal quodpiam foris aſſumit, quod primum ,,
ut hanc terram attigit ſtatim perit . Itaque circulatores ,,
qui venantur in Africa ſerpentes talia machinantur, ad ,,
mouendum hominum admirationem, eas manſuefactas ,,
circumgeſtãt, & ſimul cũ ipſis terræ Africæ, quantũ ſatis ,,
ſit , ad earum uſum aſportant. Quod ipſum prouident, ,,
ne ſerpentes pereant. ob eamque cauſam, cum ad hanc ,,
Inſulam peruenerunt, non prius feras beſtias exponunt , ,,
quam terram peregrinam, quam ſecum portant, ſubſtra- ,,
uerint: ex quo fit , ut multitudinem imperitam congre- ,,
gent , atque ſtupidam detineant. & tametſi eæ quidem ,,
ſeſe incitant, non loco tamen ſe mouent, neque ex dome- ,,
ſtico & vernaculo puluere excedunt . Sin in externum , ,,
& hoſticum ſolum egrediantur, è vita quoque excedunt. *De terra Baleari, & Ebuſitana.*
Hæc Aelianus . Plinius quoque addidit creta Baleari &
Ebuſitana ſerpentes , nedum atteri, ſed & necari. Ve-
rum de antipathia iſta ſatis. Hæc de terreſtribus occulta
cauſa eſt; qua tanto mirabilior , quanto ſuperior eſt cæ-
leſtis. Iſtos enim orbes in venenatos ſerpentes impri- *Celeſtes ſerpẽtium immutatrices cauſæ.*
mere vim ſuam nemo doctus inficiabitur . Siquidem au-
tore philoſopho in 12. metaph. & eius enarratore Auen-
rhoe, & utriuſque aſſecla Magno Alberto generationis
materiam ſubditam corporibus eſſe cæleſtibus, & corũ
motionibus, quippe gubernantur omnia per ſuperiores

po-

poteſtates tum generatim, tum ſpeciatim in inferiora influentes. neque quidquam fit nouum in elementaria ditione. Hoc Iunonis cum Ioue coniugium, & hoc dependens imperium, citra vim inditam à ſuperioribus intelligentiis uniuerſalibus & particularibus, atque adeo certæ partes cęli comparatæ ſunt inducere certam formam, & ſpecialem. Indè dicemus iſtorum teſtimonio ſingulas animantes, & inferiora corpora à ſuperioribus generaliter, & particulariter mutari, conſeruari, & modis omnibus, ut Philoſophi loquuntur determinari. Adduntque partes Cœli determinatas mutationes inducere in hæc inferiora ſpeciales & determinatas in una quapiam parte cœli: uſque adeo, ut Ariſt. dixerit in Problem. ex una

Cœli partes immutatrices.

„ eademque virtute vermes interdum generari, interdum
„ corrumpi; quippe quæ ſpecialem facultatem habent pro-
„ ducendi ſimul, & corrumpendi. Porroque ex una parte cœli gignitur ſingulare quidpiam unius certæ ſpeciei, ex alia vero gignitur ſingulare alterius ſpeciei. Sic in peregrinis oris viſuntur aliæ animãtes quam in noſtris. Adeo ſcilicet magna, & multiplex eſt cœli vis in hæc inferiora.

Varia cœleſtiũ impreſſionum miracula.

Nimirum ipſa cauſa eſt effectrix impreſſionum apparentiumque omnium, terra vero, atque aqua materiam præbent, ut ait idem Philoſophus 1. de Gen. animal. cap. 2. quod ſpectantes antiqui Cœlum & Solem, ſeu patris ſeu genitoris nomine appellarunt. Cæterum impreſſiones iſtæ fiunt, quia inquit, doctus vir Ioannes de Catratia

Cœlum omniũ pater: terra vero mater.

„ lib. de Venenis, cum virtutes ſtellarum vehuntur inferius
„ mediantibus lineis pyramidalibus, & rectis, quæ in lu-
„ mine ipſarum ſtellarum firmantur, quod lumẽ per lineas
„ diuerſas vectum de ſtellis diſpertiat virtutes ſpecificas,
„ quas derelinquit in compoſitis, ſecundum quod compo-
„ nentia meruerunt. Præter cæteras igitur cauſas, quas diximus, & variis certiſque cœli ſyderum virtutibus viperæ, qua virulẽtæ ſunt, qua ſecus, ſi quidẽ ita cœli partes decreuere, decretum quoq; autore Gal. lib. 2. de Locis af-

Ratio moduſque, qua cœleſtis in inferiora vis agat.

Viperæ cœlorũ impreſſione mutabiles.

fect.

fect. quod viperæ ſub cane furiunt: quo tempore H. Cardanus tradidit lib. 2. de venen. cap. 2: aculeus paſtinacæ marinæ, draconis marini, ſcorpionis, araneorum, crabronum magis nocent, quam alio tempore. His autem, & prior Plinius, & ante omnes Thraſillus, cum ſol eſt in Cancro ſerpentes torqueri dixerunt. Taceo, quod certis ſiderum exortibus & occaſibus ſeſe condunt ſub terris, aut egrediuntur angues. Sic obſeruatore Olao Magno ſe recipiunt ſerpentes in viſcera terræ à ſolis ingreſſu in ♎ ad ♉ uſque ſignum. Et Solinus, ſerpentes, ait, „ undique gentium conuenæ a verno ſtatim die, nimirum „ æquinoctii verni ad Caſpias Portas confluunt. „

Animi partes veneno immutatrices.

Nedum autem ipſæ, quæ terræ ſunt natura ſerpentes, verum & alii angues, qui expertes veneni ſunt, cauſſis vehementibus in deterius torquentur. Sic Elops ſiue Pareas, quæ παρὰ τοῦ πρᾶυ ideſt à mitimore dictus eſt, cum aliquando in lacuſtribus paſtus ranis rubetis canem venaticum has feras genio naturę allatrantem & perſequentem iratus demorſiſſet, narrauit mihi Thomas Cornelius ingenio ſagaciſſimo vir, municipalis meus, qui vidit principio quidem venaticum diſcriminoſe tortum eo veneno mox tumidum & glabrum totum redditum vix mortem euaſiſſe. Sed & Plinius hiſtor. natural. libr. 29. capit. 4. Neque anguis, ait, venenatus eſt, niſi per menſem „ luna inſtigatus. Itaque cœlum mutat ſerpentis naturam, „ non ignipotentibus ſolum aſtris, verum, & luna, quę frigidioris eſt conditionis inter ea, quę calidioribus ſiderum incitamentis perniciale rabiei venenum inducunt. Adde quod venenum Plinio fel eſt, ut adnotauit alicubi Conradus. Sub numeris igitur lunę plenis & augeatur & concitetur idem fellis virus oportet.

Etiamnum angues veneni expertes cauſis vehementibus in venenosä affectionë immutantur.

Plinii nobile pronunciatum.

Sed pręſtat, Plinius quid ſibi velit, quęque huius ſententię ſit difficultas, non diſſimulare. Anguis quidem appellatione per hunc autorem indicata eſt ſpecies: quæ anguis vero nomine ſerpens Aeſculapio ſacer viſus eſt A. Libauio in Alchym. pharmac. cap. 13. Verum enimuero, quod

Noſtra ſuper Plinii verbis interpretatio.

quod Plinius venenum adaptauit angui Aeſculapii, mirum eſt propterea, quod is apud nos nunquam exardeat veneno.

An Boa Plinii ſit anguis.

Credideram aliquando Boam, cuius venenum Albertus tertii ordinis ſtatuit, id eſt minimum, & non curandum. Hoc igitur ancipiti more, cum ſit aquaticus anguis, fortaſſe Boam quaſi excellenter appellatum, & intelle-» ctum facile credas Plinio: qui ait, anguis venenatus non » eſt niſi per menſem ſub nouilunio, vel plenilunio luna in-» ſtigatus. Quippe hic parum, aut nihil viroſus à luna exagitari, & ad furorem incitari ſubditus huic aſtro poteſt.

Luna peruertit ſerpentiũ morem.

Anguis ſimpliciter dictus Plinio quis.

Verum tamen anguem Aeſculapii ſibi memoratum, ipſe Plinius paulo poſterioribus verbis declarauit. Qui anguis, etſi noſtris in oris expers veneni creditur, haud tamen erraſſe Plinium putes, qui venenatum quandoque reddi ſerpentem Aeſculapii tradidit. Hoc igitur pro cõperto poſito, quæ noſtra eſt contentio, videris angues naturaliter veneno non nocentes, externis immutatricibus cauſis reddi veneno nocentes. His unum denique ſubiungam, quo nil dici liceat maius: & ipſos Baſiliſcos inuictos, ut Aegyptii prædicarunt, ſerpentes pro locorũ varietate temperari: ſi modo non in Africa torridiſque regionibus nidulentur. quod Leuinus Lemnius lib. 4. de occultis naturæ miraculis capite 12. promulgauit. Cuius morſus cum nullum remedium extet Ariſtotele auctore, Aeliano, & Moſe in Cantico ſuo Deutero. 32. & deniq; conſenſu omnium hominum in prouerbio, quod ἐξοχῆ propoſita memorat δῆγμα ἀσπίδος: quaſi dicat inuictũ, immedicabile: nihilominus tamen à medicis videtur fieri medicabile. Quod fit ſcilicet, quia docente Philoſopho anguiũ morſus ſecundum loca plurimum differunt. Aſpis enim anguis, ex quo medicamentum illud putrificum componunt, in Africa gignitur: cuius ictui nullum remedium eſt. Quaſi dixerit hic autor: Cæterum aliis in regionibus haud tantopere inuictum, recipit medelam: quam medici profeſſi ſunt Europæi. Qua in re vides & bino-

binorum autorum de hoc veneno medicabili ne an immedicabili diſſentientium conciliationem; vides & aſpidis veneni miram ſecundum loca diuerſitatem, ſecundū quam ipſam non taceo, quod hoc genus nuſquam viſitur in Gallia: quod primus eius ditionis homo prodidit Bellonius. Itaque oculate Lucanus de Aſpide in 9.

Ipſa caloris egens gelidum non tranſit in orbem
Sponte ſua.

Sic audis videſque cœlo, terris, locis, aeris intercapedinibus & partibus plurimis, ac variis cauſis venenum tum accendi, tum reſtingui ſerpentibus, ſeu generatim, ſeu ſpeciatim.

§. IV. *Quod viperæ nullum inſitum ſit venenum.*

NVnc demum ad noſtram viperā reuertor, cui quod nihil veneni ſit ſua natura, monſtrari non difficulter poteſt. Monſtrabitur autem futuro noſtro ſermone, ſic, ut candidis auditoribus ambigendi non reſtet locus. Fiet autem illud, ſi viperæ conſtet primum acceſſionem & remiſſionem nonnullam fieri veneni, quemadmodum, & in aliis dictum eſt. Item, ſi liquidum forte fiat plurimis in locis viperas, & veneno, & venenandi vi carere, atque immutari tantum occaſionibus locorum, cœli, victuum, vitæ, caſuum, & rationum aliarum, ut etiamſi viperæ plurimum veneni ſit, tamen adſcititiam, non genuinam, aut inſeparabilem iſtiuſmodi affectionem eſſe, verum, ut equis, mulis, felibus, vulpibus, lupis, hominibus, vel ut rectius dicam draconi, ſcytalæ, amphisbenę angui Aeſculapii, qui ſinguli venenati cum non ſint natura, tamen uſu praui victus, & locorum veneni vim adſciſcunt. Quarum ſcythale & amphisbene, cū paria quę viperarum morſus, ſymptomata producāt, paria quæ viperinum venenū remedia requirūt, Aetio teſte: ita pernoueris parem viperę & iſtarum anguium mitem eſſe conditionem & ſortem. Suadetur autem, aut potius

oſtendetur acquiſitiuum hoc viperæ venenum exemplo Mithridatis, & puellæ, quæ miſſa fuerat Alexandro Macedoni per huius concubitum venenando, ac tertio illius Sultani, qui afflatu ſatrapas accedentes pro libitu inficiebat veneno. Hi porrò mortales homines non venenati, facti ſunt arte venenati. Ad hunc porrò modum, & vipera haud deleteria per naturam fit victibus & locis deleteria.

Quamquam equidem non diffitebor agreſtiorem, & auſteriorem huius eiuſdem naturam, ut quæ depreſſior, hærentiorque terræ. Quanti autem id momenti ſit ad triſtes inde ſuccos improboſque mores comparandos alionos loco demonſtrauimus. Nunc quod cordatis hac de re viris viſum ſit, quodue eſſe per hos enunciatum agnoſcamus. Primum inter multos citabo Baldum Angelum, qui receptus iam autor, & in hoc argumento conſummatiſſimus in ſuo commentario de Vipera conceptis ſuis verbis ita perorauit: *Viperæ igitur venenatæ ſunt adſcititio veneno, etiam quum cibis utuntur venenoſis.* Qui, & cap. 6. fel viperæ nunc venenatum, nunc veneni exſors dixit, prout paſta venenatis, aut ſecus fuerit fera. Quod genus in Peloponneſo inſanabili eſſe morſu prodidit Solinus 72. & in Numidiæ oris truculentiſſimas eſſe, aquaticas vero non venenatas, nos docuit Cardanus lib. 9. de Subtilit.

A teſtimoniis probatorum autorum. & à variis affectionibus locorũ.

Quoniã autem aquę meminimus, & huius in aridum commutatio pariter & veneni vim immutat. Conſule Gilliũ ad Nicandrum: enunciabit protinus; cum palus iam ſolis ardoribus exaruerit, tum in ſicco viuens Cherſidrus mortiferam plagam infligit. Porro locorum hæc commutatio ſola facit, ut ex Hydro ſimplici voce, Cherſydri compoſitum nomen induat nouum, ut Scholiaſtes Nicandri decernit. Agnoſce autem dulcioris ſucci corporis in amariorem & viroſum conuerſionem. qui prius in aqua pulchrior & nitidior, mox in terra hoſpitatus ſqualidus & decolor fit: quo tempore ſæuior fit Cœlii pronunciatione. Ita quidem exaugetur Cherſydro malignitas ſi

Aqua veneni molitrices, ter ra auctrices.

de

de madore in ſqualorem prodeat: quod ſi primum in terra ſuetus in aquas, quod Hermol. credidit, inferat ſedem ſuam; hebetatum iri virus ſuum plane vides: atque adeo viciſſim illud intendi vel remitti pro locorũ incultorum vi & efficientia. Quare cum miratur accuſatq; Scaliger Nicandrum qui Dryinum, atque Hydrum eumdem ſerpentem, ut ex Nicandri verbis apparet, diuerſis ſub capitibus retulerit, fortaſſe non merito Iulius? quando diuerſis a locis duplicem naturam & nomen nouum nacti ſerpentes iidem prorſus haberi debuerint, uſque adeo, ut factum comprobent pleræque ſic immutatę ſtirpes, ut lolii & frumenti, ut ſpecies duplicaſſe videãtur nominibus etiam non præter rem fictis. Quid quod muſtela, cum qua pugnauerat paſta vipera, venenum ſuũ ita reddit potens, ut vel ea inficiat, miro, ſicut Athanaſius Kircherus in Magnete, naturæ prodigio: quod omnes experiri debent. Nam quæ demum victus vis, & inſolentia, quæ viperam deducat ad mortiferum contrectatum? *1. Comm. hiſt. ani. Ari. c. 18.*

Accedit iſtorum omnium cõfirmationi præcipuè Pauſanias qui in Boeoticis, ſiue Græciæ lib. 9. De Helicone monte hęc habet: *Aiunt incolæ ſerpentium virus loci eius paſtionibus infirmari, atque adeo, ut ſi quem ſerpens ulla momorderit, is, ubi vel de genere Pſyllorum, qui in Africa ſunt, quemquam aut aliquod comparatum ad hæc medicamentum nanciſci potuerit, facile periculo liberetur. Eſt alioqui teterrimæ cuiuſque ſerpentis venenum, & homini, & cæteris æque animantibus per ſe letale; fit vero illud, ex pabuli natura ad perniciem valentius. Audiui ſiquidem Phœnicem hominem, qui diceret in montana Phœnices parte radicum quarundam paſtu viperas magis efferari. Narrabatque idem viperam aliquando, cum hominem aſſequi nequiſſet; arbori, ad quam ille effugerat, venenum afflaſſe, ac ſtatim hominem enectum.* Hæc ille de veneniparis viperarum locis: contra vero de iis, quæ ad meliorem immutant morem, hæc ibidem loci prodidit ſtatim. *De viperis vero iis, quæ in Arabia inter Balſami arbores verſantur diuerſum quidam accepi, id huius modi eſt. Sunt Balſami arbores* *Helicon 'domitor ſerpentium ferorũ.* *Radicum quarumdam paſtu viperas efferati.* *De viperis balſami vicinia mitigatis.*

ea qua myrti ſtirpes magnitudine, folia qualia herbæ amaraci ſunt, ſua tenent circa eas plantas cubilia viperæ plures uno, alio pauciores loco. eſt enim eis balſami liquor cibo multo ſuauiſſimus, ipſa etiam fruticis umbra maxime delectantur, ubi ſua fuerit legendo humori tempeſtiuitas: veniunt in ſacrum lucum Arabes cum binis ligneolis regulis ſinguli, earum comploſu beſtias fugant. Occidi vero magna eſt religio, quod ſacras, & genios veluti quoſdam eſſe balſami putant. quod ſi quem morſu appetierint, plaga eſt, qualis è ferri vulnere, ſed veneni omnino expers, quod ſcilicet Balſami paſtu liquoris unius omnium odore præſtantiſſimi veneni acerbitas illa priſtina miteſcit.

Sequutus antiquorum fidem videtur Alexander ab Alexādro noſtras Iuriſcōſultus & ſcriptor interis & exteris approbatiſſimus in lib. 2. dierum Genialium cap. 17. ›› cum ait: in Arabia viperas minus eſſe letales, nec morſus ›› mortiferos, quod odoratis depaſtæ virulentæ non ſunt. Quo viro prior & Cælius Rhodiginus lib. 10. lect. Antiq. adnotauit hæc: Dignum ſcitu in Arabia vim balſami magnam ſubnaſci. Amare porro viperas tum arboris ſuccum, quo alantur, plurimum, tum etiam umbram; ubi vero Arabibus appetat tempus balſami ſucculentum excipiendi humorem, ſcutulas fert unusquiſque duas aduerſum viperas. Quippe inuicem iis alliſis, ſono illas abigunt: interfeciſſe namque cauent, cumprimis Balſamo ſacras opinati. Quod ſi quem forte mordicus apprehenderint, fit vulnus perinde ac ferro illatum. Sed veneni timor nullus. Quando cibis paſtæ odoratis viperæ virulentiam letalem alias mitiore permutant poteſtate inſignem. Quippe venenis molliendis, vel accendendis vim habent alimēta. Si quidem in Phœnicia compertum, vel halitu modo truculentioris viperæ pernecari hominem. Quod radicum illic ſuccreſcentium potentia creditur fieri.

Venenis vel molliendis, vel accendendis quantum momenti habeant alimenta.

Hæc ſcriptorum omnium de vipera teſtimonia confirmauit autopſias experimento Ioannes Veſlingius vir πο-λύπειρῳ ſtructuræ corporum, & facultatum egregie do-

ctus in libro ſuo eruditiſſimo de plantis Aegyptiis cap. 14. perhibens viperarum circa Balſamos hoſpitantium dentis noxium virus benigno balſami ſucco temperari, ſic ut funeſtus minime ſit. Vnde illud: VENIO POSITVRA VENENVM. Gnome, quam inſcripſit ſuper arbore Balſami, ad quam aduentat viperilla, eius in heroicis ſymbolis diſertus vir Sylueſter Petraſanta. Porro ex horum autorum ſcriptis notaſti gaudere viperas aura balſami, non offendi quicquam. Quid igitur illud eſt, quod in ſuo de balſamo opobalſamoque libello Matthias Lobel enunciauit, tantam eſſe huius ſucci vim, ut odor ſolus viperas enecet? Suſpecta mihi præſtãtis alioquin viri Lobelli autoritas eſt, ut hominis qui vim amplificare volens Balſami in Theriacæ miſcellam neceſſarii pro venenis arcẽdis, veritus minime fuerit comminiſci viperas enecari balſami vigore. Nil talium effutiit profecto Cardanus: qui tantummodo viperas, ait, quæ in balſametis, aut balſami ſiluis vitam agunt, perinde ut illæ, quæ aquas incolunt, nil veneni ſeruare.

§. V. *Multorum teſtimoniis adduntur & noſtræ rationes.*

NOs noſtras nunc recentioris fidei narrationes, & pleraque doctorum expertorumque hominum teſtimonia quid non ſubteximus? Conſtanti nempe fama prædicari ſuetum audio, in Melitarum inſulam traduci ſuetas reddi viperas innocentes, quæ tanto fuerant veneno nocentes, Siciliam cum attigerint, & ab hoc agro reductas nocentiſſimas, Melitæ venenum ſubinde depoſuiſſe. Eſt autem ferarum hoc genus teterrimum in Siculis, in ſolo Melitæo mitiſſimum, ut etiamnum præ elegantia, pectoris in nudi ſinu ſubductæ geſtari conſueuerint à quibuſdam. In Creta item, Sardinia, Hibernia, Britannia ſerpentes veneno vacare notauit Corradus lib. 5. qui eſt de ſerpentibus pag. 7. ex Solino, Aeliano, Plinio, Bellonio. Qui Bellonius in ſingularibus vipe-

Vipera venẽnata ſolo deponunt uno. recipiuntque alio venenũ.

pe-

perarum varietatem paucis concluſi ſſe viſus eſt, dicens *Scio magnum eſſe diſcrimen inter viperas pro locis,& regionibus, in quibus naſcuntur, & educantur. Curioſitas enim, ac deſiderium eas cognoſcendi fecit, ut in Anglia, Gallia, Italia, Græcia, Aſia, & Aegypto eas repererim diuerſas, ac differentes inter ſe corporis forma, & colore.* Quoniam autem de colore incidit mentio, ſubit dicere de viperis Aethiopicis, non ſecus quam hi populares atris: de quibus ex Pauſania Cardanus in opere de varietate. Scirem ego nunc libenter, an eadem qua Aethiopes manſuetudine, quandoquidẽ eadem utrique nigritie. Sed de colore ibidem multipliciplene diſſerit ſic Vlyſſes Aldrouandus, ut appareat hac angue nulla varicolor magis, utque hæc facierum viperæ varietas indicare facile queat promiſcuã eiuſdem conditionem.

Inſularum plerarumque vipera innocentes.

Viperas in vita non perſiſtere in Hiberniã delatas.

In Inſulis Aenariæ, Prochytæ, Hiſpaniolæ, Baleariũq; Caprearum angues uniuerſi malum nocendi morem poſuerunt: Hiberniam inſulam nuncium remiſiſſe venenatis feris, & anguibus, ut vulgo notum eſt, & à ſcriptoribus pleriſque confirmatum. quin, & aduertas venenatas feras, venenatoſq; angues ſuam non prorogare vitam, ut indigenæ teſtificantur. Tanta ſcilicet terrarum, & cœli virtus eſt ad placidiorem morem afflandũ. Verum enimuero maius eſt, ſed fortaſſe longe fidem excedit, quod ligna patria circumpoſita ſerpentes conficiunt malignos. ad ſummam, tanta poteſtas eſt ſitus, & locorum ad immutandas, & conuertendas ſerpentum viperarumque conditiones, ut teſtificetur Iul. Cæſ. Scaliger, hydrum in ἔχιν ideſt viperam tranſire ſtagnis exſiccatis ex Geoponicorum 15.1. item hydros ſiue natrices, quãdiu aqua in lacunis eſt, perraro exire: ubi defecit æſtu, Dryinos inuitos ferri. Quod & Aelianus de venenatis omnibus beſtiis in Cretam delatis comprobauit. Vnde fortaſſe factum eſt, ut hydro ſimpliciter & Cherſydro quidã ex veteribus & Nicander primus attribuerint, quæ dryini ſunt. quæ ipſa in dryini hiſtoria videris, huc nos illa

agge-

aggerare non debemus. Attende quid Aetio Tetrab.4. Serm.1.c.36. Rubeta Ranæ ſpecies eſt, quæ paluſtris vitæ conditionem in terreſtrem mutauit. Ad hæc Draco, qui venenum in ſinu fouet ſuo, Nicandro, Aeliano, Solino, Heliodoro, Plinio, Aetio, Auicennæ, Iſidoro, Vincentio Belluacenſi, denique Moſe Deuteronom.22. atque aliis, ſi qui ſunt teſtibus. E quibus Leo Africanus: *Atlantici, Dracones*, ait, *ſunt virulenti admodum, & ſi caſu quemquam vel contingant, vel momorderint, carnem emolliunt, ac debilitant; neque eſt, qui mortem poſſit euadere.* Atque hanc unam ob cauſam, dicit Seuerinus, incolatus vi rem confirmari Greuini diſertiſſimis verbis, quæ ſunt hæc: *Nicandrum quod etſi Draco ſua natura minimè ſit exitioſus, talis tamen ob locum, in quo habitat, effici poteſt.* Quod ita ſe habere in reliquis quoque ſerpentibus animaduertimus, qui in regionibus frigidis minus certè pernicioſiores ſunt, quam calidis. Hinc Lucanus lib.9 ita ſcribit:

De Dracone locorum incolatu alias mortifero, alias innoxio.

Vos quoque, qui cunctis innoxia numina terris
Serpitis atrato nitidi fulgore Dracones
Peſtiferos ardens facit Africa.

Pauſanias etiam autor eſt in Corynthiacis, in Agro Epidaurio, nuſquam alibi genus quoddam draconum naſci manſuetum, differens ab aliis colore. Non ſolum autem loci vi, ſed etiam per victum ferociorem fieri dicimus teſtimonio Aelian. qui *cum homini*, ait, *aut feræ cuipiam inſidias facturi ſunt Dracones; mortiferas radices atq; herbas edũt: id quod Homerum quoque non latuit. Meminit enim Draconis, qui ante ſuum latibulum immorando ſeque volutando noxias herbas vorauit.* Cuius etiam ſententiæ autorem hiſtoriarum 8. fecit Ariſtotelem Iul. Cæſ. Scaliger in Comment. 2. de Animal. cap. 18.

Præter hæc, quæ ſingularia ſunt enarramenta, uniuerſas breui ſumma cauſas ad immutandam viperæ conditionem valentes complectar, quas nemo ſatius comprehendet. Auicenna, quem imitans Santes Ardoynus, in veſtibulo ſermonis de Vipera tradit hæc: Natura viperæ »

Cauſa uniuerſa viperæ venenum immutantes.

eſt

eſt exceſſiuè calida, & mediocriter venenoſa iuxta venenoſitatem ſerpentium ſecundi ordinis utplurimum interficiens à tribus diebus uſque ad ſeptem, niſi debitè ſuccurratur. Variatur autem in venenoſitate, iuxta diuerſitatem regionum, locorum, temporum anni, ætatis, virtutis, ſexus, quantitatis, corporis, repletionis, & vacuitatis, paſſionum animalium, & conſimilium. Magis namque venenoſa eſt natura viperæ ſeu Thirii regionum calidiorum, quam frigidiorum; locorum montanorum, & ſiccorum, quam locorum planorum, & aquoſorum, Aeſtate, quam hyeme; ſenis, quam juuenis, ferocis, & robuſti, quam imbecillis, & infirmi, maſculi quam fœminæ, magni, quam parui, famelici ſiue jeiuni quam ſaturi, irati, ſeu incitati ad coitum, quam quieti in paſſionibus animalibus, & ſic de conſimilibus.

Ex hoc quoque genere eſt quod Ferdinandus Ponzettus lib. 1. de venenis cap. 5. propoſuit dicens. *Nunc lætitia ſerpentis ex ludo cum cato non permittebat acui venenum uſque ad terminos illius*. Iam vero ſicut placidior & pacatior fuit ex luſu vipera, ſic ab animi conſternatione, & à cerui venantis terrore nocentior fit ictu. Quod aduertit oculate Iul. Cæſ. Scaliger in Comm. 2. ſuper Ariſtot. hiſtoria de animant. cap. 18. Vide nunc quantum animi Pathema in demiſſa etiam beſtiola queat.

Animi Pathemata venenū immutare.

Hæc naturalia ſunt. quid autem ſi quæ ſunt artes addiderim? Dignum animaduerſione videtur, quod viperæ quæ ſub arculis concluſæ farina furſuris triticei fuerint altæ priſtinam acutiem & malitiam remittere conſueuerunt. Autor Ponzettus lib. 2. de Venenis cap. 5 de vipera. quod inter manus per circulatorum venenum molliri deponique ſoleat variis ipſorum artibus, & apta educatione ferarum: quorum aliquam partem commemorauit Galen. lib. de Theriac. ad Piſo. cap. 12. ac tertiodecimo. Quibus omnibus addimus, & nos aſſuetudinis vim mirificam, quæ quid non faciat, qua vel ipſa venena, venena eſſe deſierunt uſu, quam nos rem ampliter in problematis

Ea quæ ſunt delectus & artis venenum viperinum immutare.

tis

tis enucleauimus. Mutabile, & accidentarium, non natiuum, & inſeparabile veneni vitium eſt viperæ. Hæc intuiti medici ſcientiſſimi cunctis excluſis anguibus viperam in antidotum theriacam recepere: deplorat autē iniuriā antidoti Scaliger, cū Ceraſtes inter angues viperæ ſimillimus adiectus eſt. Nedum autem tacito teſtimonio veritatem hanc ſuaſerunt nobis: verum apertiore, quam interpres naturæ maximus, & omnium fortaſſe primus Galenus lib. 5. ſimpl. medicinæ cap. 18. teſtatus eſt nobis, viperam inter venenatas, & mites animantes mediā. Quod annunciatum, quoniam nonnihil obſcuritatis includit, paucis hic à nobis declaretur oportet. Nimirum hoc præſidium alexipharmacis alterantibus reponitur ſubſtantiæ ſimilitudine valentibus, quæ inter naturam, & veneni vim nutant unice noſtræ mortalium ſaluti tum hac doloſi boni, tum delecti mali ratione conſulentia, ne ſi una & ſimplici deleterii portione conſtiterit veneni vis huc illuc aggerata, interim interimat noſtris quaſi votis ſuffragata: ſi vero cum mera accedat adiutrice fiducia grauem in hoſtem minime inſultet, verum ab illo conuertatur, & in ſuum ſatellitium aggregetur. Secus autem utraq; vi inſtructum propugnaculum, quatenus compar eleterium ex una quidem parte facile admittitur in negotii conſortium: quatenus vero legitimum Alexipharmacum fucatas inſinuat pro natura ſuppetias. Nimirum ęque valet utrumque facere amici pariter, & inimici conditionem nactum. Quam ipſe rem quo planius intelligas, en tibi ſub hoc typo proportionem. Eſt A. Alexipharmacum, C. corpus, V. venenum: eadem porro ratio C. ad A. quæ C. ad V. eademque ratio V. ad A. quæ A. ad C. Eſt autem A. & C. plurima congruentia igitur & V. & A plurima eſt congruentia Communem inquam his naturam, tum ratio, tum experientia monſtrat. Videris autem intercedere ſimilitudinem, & alio nomine quod alterum in alterum ſæpè tranſit, dico quod crocus, & theriaca cum modum exceſſerint in venenum faceſſunt: & rurſus cicu-

Vipera cur ſola in antidoti compoſitionem inuecta.

tæ letalis alioquin momentum ad refrigeratorium renũ æſtuantium remedium conuertitur. Hæc via ratioq; eſt, qua credidit Tho. Iordanus Alexipharmaci occupantis ope veneni vim tolli, naturamque vipereæ carnis mediam inter venenata, & non venenata eſſe. Quam poſtremam aſſertionem quamuis à Galeni ſenſu alienam aduerſus Iulium Cæſarem Scaligerum Exerc. 33. contenderit in variis lectionib. Clariſſ. Gaſpar Hofmannus

Auerrhois teſtimonium lib. de theriac. c. 2.

nos tamen communem omnium & Auerrhois interpretationem ad hoc tempus ſequimur, ſequimurque Galenum. Cuius, & alterum illuſtre teſtimonium in c. 8. lib. de

Sola viperarũ carnes in Theriaca perficien dam laudatas.

Theriac. ad Piſonem enunciauit, quod eſt: *Solæ viperarum carnes theriacæ admiſcentur, non autem aliarum ſerpentium, quia omnes reliqui aliquid maligni præ viperis habent &c.* Quaſi dicat Galen. viperas nõ habere quid maligni. Sic enim & aſpides in theriacam parandam admitterentur. cuius Theriacæ dignitatẽ, & uſquequaq; Polyhiſtor, & Polygrãmatos Suidas agnouit dicens; Ἐκ τῶν κατὰ τὴν Ἱεριχὼ μάλιστα εὑρισκομένων ὄφεων οἱ ἰατροὶ τὰ πολλὰ τὴν θηριακὴν σκευάζουσι.

Ratio viperini ad Theriacam delectus.

Ratio autem à Suida non quidem expreſſa, à Galeno vero in libr. de Ther. ad Piſonem cap. 9. credita fuit ingenita adinitaque carnibus viperinis iuuandi facultas, quam & auxiliatricem in capitis calce vocauit. Quibus omnibus ſapientum virorum teſtimoniis, & certis eorumdem obſeruationibus iam productis, quod reliquum eſt, ſolidiora nunc rationum firmamenta producam, ſi tantum egregii Hoffmanni obiectiones Var. lection. Lib. VI. cap. 8. audiamus, hiſque ſatisfaciamus.

Galenus

Galenus à Scaligero male intellectus De Alexiteriis, præcipue de Theriaca.

DVm contendit Scaliger Exerc. 33. §. 2. rectè dixiſſe Gal. 5. Simpl. 18. Theriacam eſſe medium quid inter medicamẽtum & venenum, nec ſibi ſatis conſulit, nec Galeno.

I. Enim Galenus non dicit, dari medium quid inter hæc duo. Sed loquens de Alexiteriis, quæ ſimilitudine temperamenti, quam habent cum venenis, reſiſtunt venenis, ait: εἰδέναι χρὴ τὰς δηλητηρίας ἁπάσας δυνάμεις ἐναντιωτάτας οὔσας τῇ κράσει τοῖς βλαπτομένοις ὑπ' αὐτῶν σώμασιν εἴπερ οὖν ὑπὸ τῶν ἐναντίων τῇ κράσει κενοῦνται φαρμάκων, εἴη ἂν δήπου καὶ ταῦτα ταῖς τῶν σωμάτων φύσεσιν ἐναντία. *Cum, vult dicere, venena omnia maximè ſint contraria temperamento corporum, quæ lædunt; ſiquidem illa expelluntur è corporibus à medicamentis (alexiteriis) quæ ipſis temperamento ſunt contraria: fuerint utique & illa (alexiteria) quodam modo corporibus contraria.* Nimirum, ſi venenorum illorum contrarietas cõſiſtit in diſſimilitudine temperamenti ad corpora, quæ lædunt; alexiteria autem ſunt ſimilis temperamenti cum venenis: quemadmodum venena ſunt contraria corpori, ita alexiteria etiam erunt. Quod enim temperamentum facit, ut corpus lædatur: id ipſum facit, ut corpus non lædatur. Ergo, ſi illud eſt contrarium, erit contrarium & hoc. Argumenti vis eſt in illo effato: Quę uni tertio conueniunt, &c. Hoc ergo dicit Galenus: quomodo igitur dicit, Medium quid eſſe inter venenum, & medicamentum? Quare addit: καὶ μέντοι καὶ ἐστὶν ἐναντία πῶς οὐ μὴν εἰς τοσοῦτόν γε ὡς ἀναιρεῖν, ἀλλ' ἐπαμφοτερίζειν μᾶλλον ἐν τῷ μέσῳ καθεστηκότα τῶν τε βλαπτόντων ἀντικρὺς τὸ τοῦ ζώου σῶμα, καὶ τῶν ὠφελούντων.

Et certè quodam modo ſunt contraria, non eo uſque quidem, quod occidant, ſed potius quod ambigant inter illa, quæ directo lædunt corpus, & quę proſunt. Sed

quomodo ambigunt? Quia ſimilia ſunt temperamento illis, quæ lędunt, nec tamen lædunt. Quis igitur hinc concluderet, Alexiteria eſſe ἑτερογενῆ adeo, ut quædam pars ſit venenum, quædam medicamentum? Sed tranſeat.

II. Vbi dixit Galenus, Theriacam eſſe tale Alexiterium? Cum, docente ipſomet Scaligero, venena ſint quatuor ordinum, totidemque ipſis oppoſita alexiteria: cur non in primorum potius aliquo collocetur, quam in ultimo? Ne ad alios, quam ipſum antidoti autorem, Andromachum, eamus, videat Scaliger, aut quicunque Scaligeri expoſitionem tueri vult, an non comendet ille ad morbos plurimos, quos à veneno eſſe, ne ipſe quidem Somniator Artemidorus dixerit! Quod ſi fidit Scaliger, ut certè fidit, libris duobus de Theriaca inſcriptis: cognoſcat, quæſo, inde, quod dico. Sed abeat & hoc.

III. Quod eſt tandem venenum illud, quod Theriacam ingreditur? Opium non dicet, credo, Scaliger: ad pauca enim reſpexiſſe, ait, qui Theriacam primis ſex menſibus dicunt eſſe frigidam. Ergo, carnem viperinam? Habebit ille quidem ὁμόψηφον Gal. non tantum de Theriaca ad Piſon. 8. & 9. Sed & 1. Antid. 8. Mihi vero dudum planiſſimè perſuaſit Baldus Angelus Abbatius in doctiſſimo ſuo tractatu de Viperis c. 4. Carnes illas nequaquam eſſe venenatas. Et ſenſus docet, Venenum illarum claudi veſiculis, quæ dentes hamatos amplectuntur. Dimittatur verò, & hoc

IV. Cum datur Theriaca in morbis non venenoſis, ut datur quotidiè: quid agit tum venenum in corpore, cum non inueniat venenum, cum quo pugnet?

Notæ in hoc Cap. Variar. lection. Viri Clariſſimi Gaſp. Hoffmanni.

GAlenus non dicit dari medium.) Demus non dixiſſe eo loco quem adducit Vir Clariſſimus: dixit in antecedentibus, his nimirum: *αἱ γὰρ ἀλλοιοῦσαι τὰ δηλητήρια φάρμακα δυνάμεις ἐν τῷ μέσῳ τὴν φύσιν εἰσὶ τῶν τε πασχόντων σωμάτων καὶ ἀδικούντων αὐτὰ φαρμάκων, ὡς ἀνάλογον ἔχειν, ὡς τὸ σῶμα πρὸς τὴν ἀλεξιτήριον δύναμιν, οὕτως ἐκείνην πρὸς τὸ δηλητήριον. Facultates enim venena alterantes naturaliter in medio conſtitutæ ſunt patientium corporum & pharmacorum ea lædentium: ut analogicè ſe habeat, quemadmodum corpus ad alexiteriam facultatem; ita ipſa ad venenum.* Quid eſt, eſſe in medio conſtituta patientium corporum, & ea lædentium, quid æqualem ad venena & corpus proportionem habere, quam mediç eſſe inter utraque naturæ? Tepidum quod eſt frigido calidius, frigidius calido, medium inter calidum & frigidum rectè appellatur. Idē dicamus de Alexiteriis. Porro, eſſe mediç inter corpus & venenum naturç, & eſſe medium inter pharmacum & venenum, eo ſaltem diſcrepant, quod illud præcedens, hoc neceſſariò ſequitur.

Quomodo igitur dicit.) Dixit loco, quem adduximus, dicit & eo quem Hoffmannus citat. Etenim aut valdè fallor, aut hic non probare vult Galenus alexipharmaca eſſe quodam modo corporum naturis contraria. Nam ſi ſunt contraria temperie venenis alexiteria, colligendum videtur, eſſe ea potius corpori ſimilia, quàm contraria. Conueniunt ſcilicet cum hoc in eodem tertio, id eſt in contrarietate, quæ utrique cum veneno intercedit. Ergo corpus noſtrum & alexiteria ſi hæc ipſi mens fuit, conueniunt inter ſe: non vero ſunt contraria inuicem: ut eſſe venenis analoga item Galeno probandum erat. Deinde dixerat iam antea, alexipharmaca ita ſe habere ad venena, quemadmodum ſe habet corpus ad alexipharmaca. & intulerat: *καὶ διὰ τοῦτο τὰ τοῖς δηλητηρίοις ἐναντιούμενα σχεδὸν ἅπαν-*

τα

τα πλείω ληφθέντα μεγάλως ἀδικεῖ τὸ τοῦ ζώου σῶμα. Ergo iuſta doſi exhibenda eſſe, ne aut multitudine lædant corpus, aut paucitate a venenis ſuperentur. Paulo poſt, breuiter repetẽs, alexipharmaca contraria eſſe & venenis & corpori, infert inde alexipharmaca mediæ eſſe naturæ, quæ concluſio incipit ibi: οὐ μὴν εἰς τοσοῦτόν γε &c. Ita qui inimico meo aduerſatur, nec tamen mihi verè fauet, mediæ inter me & inimicum factionis iure dici poteſt. Quod vir ſummus habet de ſimilitudine alexiteriorum cum venenis, videtur ab hoc loco alienum.

Quare addit) Clariſſimè his verbis Galenus Alexipharmaca media eſſe inter medicamenta & venena deſignat. Iuuare enim eſt medicamenti; lædere veneni.

Quis igitur hinc concluderet) Tentabo. Similia ſunt alexiteria temperamento illis quæ lædant. Ergo participant de natura venenorum. Non tamen lædunt. Participant ergò de natura medicamenti, & per conſequens ſunt heterogenea.

Vbi dixit Galenus) Sufficit dixiſſe in genere de Alexiteriis, quorum Theriaca eſt facilè princeps. Dixiſſe autẽ, credo me ſatis oſtendiſſe.

Cum docente) Cum ea quæ tota ſubſtantia corpori aduerſantur ad peculiarem claſſem Scaliger retuliſſet: ea certè quæ illis ſpecificè ſunt contraria ad eandem claſsẽ referenda erant.

Ne ad alios) ſunt in Theriaca partes alexiteriæ, quarum reſpectu mediæ dicitur naturæ: ſunt aliæ quarum apud Andromachum ad alios morbos uſus eſt etiam Scaligero, quod accuratius l. c. ipſum legenti patebit. Nil ergò impedit, quo minus Theriaca remedium ſit πολύχρηστον.

Carnes illas nequaquam) Crederem Hoffmanno & Abbatio, niſi Vipera Pythia Marci Aurelii Seuerini me docuiſſet, habere carnes viperinas venenum, ſed ſparſum & partibus aliis permixtum ita, ut nullam vim nocendi habeat, niſi cũ per morſum dentis in ſaliua unitum letalem facultatem exerit. Quæ cum doctiſſimis argu-

gu-

gumentis ipſe comprobarit, & dubitandi locum nullum reliquerit, actu in nolo agere.

Cum datur Theriaca.) Quæram ego, quid agat lapis Cyaneus in corpore dum confectio AlKermes dyſentericis exhibetur. Si Dioſcoridi lib. 5. cap. 65. credimus, inſignis eſt illius lapidis acrimonia, qua inteſtina ulceroſa amplius exaſperare poteſt, & malo malum addere. Habet præterea vim purgandi, ut omnibus eſt notum. Confectione tamen AlKermes optimo cum ſucceſſu practici in dyſenteria utuntur, ut quę facultatem vitalem ab humorum malignitate proſtratam erigit, & cardiacum eſt pręſtantiſſimum. Sed quid agit lapis Cyaneus tum in corpore? Cor exhilarare dicunt. Cur non lędit acrimonia & facultate purgandi? Quia obruitur à potentiori vi benigniorum. Accidit idem in Theriaca. Facultas nimirum deleteria, facilè à benignioribus cohibetur, ne poſſit nocere. Otioſam vero eam eſſe in morbis non venenatis haud crediderim. Subtilitate enim partium, qua maxima pollet, reliquas facultates reddit ad agendum aptiores, contrarietate ſua etiam calcar illis addens. Sic catharticis Trochiſcos Alhandal & Scāmonium pręparatum pro ſtimulo pigrarum alias virium adiicere ſolemus.

Hæc pro Galeno & Scaligero, hæc pro iis quæ credo veriora volui annotare, qui laudibus Clariſſimi Hoffmanni maximè faueo, & ſummum ingenium, quod principatūm illi nō Medicinę ſaltem ſed literarum ferè omnium in Germania peperit, ſummoperè admiror veneror que.

Δόξειε δ' ἂν ἴσως βέλτιον εἶναι, καὶ δεῖν ἐπὶ σωτηρίᾳ γε τῆς ἀληθείας καὶ τὰ οἰκεῖα ἀναιρεῖν, ἄλλως τε καὶ φιλοσόφους ὄντας. Ariſt. Ethic. Nicomach. l. 4. c. 4.

§. VI. *Subduntur & aliæ rationes de indifferentia viperæ ad venenum.*

VErum enim vero nunc rationum firmamenta oſtenſurus promiſcuam, & indifferentem viperæ conſtitutionem ad venenum apprehendendum eſſe. Oſtenderim autem fortaſſe ſic: ſi ad ſobolem etiam transferri veneni hæc promiſcua paſſio poteſt. Vipera utique eſt indif-

differens ad venenum induendum. Atqui ad ſobolem transfertur promiſcua veneni paſſio, ergo &c. Aſſumptũ autem confirmauerim ſic. Venenatis ex parentibus victubus dulcibus aſſuetæ, locisq; inculpatis verſatæ diu viperæ catulos gignunt benignos. Niſi autem hoc admiſeris, probabile reddam eo, quod ex veneniparis locis delatæ ad locos veneni neſcios, & miteſcent ipſæ, & mites item pariẽt catulos, ut de Siculis ad Melitæam Inſulam tranſlatis viperis narrant, & hi rurſus parient mites, & nati natorum, & qui naſcentur ab illis perpetuo mites erunt. quare neceſſum, ut abolita tandiu fuerit omnis veneni labes in his. Quæ ſi conſeruata fuiſſet, utique venenum naturale fixumque ſtetiſſet. Non ſtetit autem. Igitur venenum viperę naturale fixumq; non fuit. Rurſus hæ viperæ veneni immunes Melitæum agrum cũ Silicienſe commutent, poſt aliquod profecto tempus venenum adſciſcent, reddenturque venenatæ ſic, ut virus ſuum etiam ad ſuos fœtus transferant, & hi rurſus catulos ab ſe genitos venenatos ferant, & hi rurſus alios atq; alios: quare iam ſummam ſupputans, qui fuerant venenati depoſuerunt in ſolo dulciore venenum, & hi ad atriorem translati atrum adſciuerunt morſum, atq; etiamſi viciſſim pro arbitratu deduxeris, aut reduxeris de peioribus ad meliores occaſiones viperas, aut vice verſa, ſic innoxias, noxiasve habebis iſtas. Quare ſe habent illæ promiſcue ad venenum concipiendum aut deponendum. Aliud experimentũ eſto. Si viperæ de Phœnicia veneniferæ ad Heliconem, & Arabiam veneniperdas transferantur, catuli qui gignentur innocui erunt, ad quot uſque velis generationes: qui iidem poſt 10. aut 20. annum in Phœniciã deportati veram veneni ſortem adſciſcent ad quorum uſque tempus libitum ſit. quando quidem, ut proluſit quidam homo doctus,

Et nocuus ſerpens habet à genitore venenum.

Qua re uiperis uenenum haud genuinum nec fixum eſt, ut ſummi ante nos uiri aliquo ſub uelo indicauere. Quod

enim

enim Horus Apollo Niliacus in Hierogl.Oppian. 9.l. Alicutic.Plin.l.12.c.23.Magnus deinde Albertus l.de Anim. poſtremo, atque alii plerique prodiderunt coituram viperam cum muręna, primo virus ſuum in loco quopiam ex ore deponere, mox abſoluta venere, ſeruatum ante liquorem ore reſumere. Non hæc ego cum riſu, verum intelligenda ſerio velim, intelligēda inquam non ut verba rem inſinuant, verum quod abit reditque viperæ venenum,vel quod paſtu diuerſo viperę venenum vel amittunt vel recuperant. quod Fredericus Sylburgius Syllabo Pauſaniæ notauit.Eſt quippe vipera velut aer,& aqua, quæ quoniam ad omnes affectus facile induendos accōmodata ſunt, media ab Ariſtotele elementa vocātur:eſtque ut homo, qui mediæ inter animal ſenſitiuum, & intelligentes ſubſtantias naturæ ſtatuitur ab omnibus tum Philoſophis tum Theologis: eſt etiam, ut à genere ſerpentium non recedam, ut Cherſydri, & Chelydri, qui ἀδιάφατοι indifferentes ſunt, ut qui vel in aqua, vel in terra viuant Olao Magno relatore. Ad ſummam autem æquiparatur viperæ venenum muręnæ, eademque remedia curando expoſcit autore Aetio: quod quid eſt aliud quam modicam & leuem eſſe viperæ noxam, tam autem noxiam ut edulium piſcium numero adæquetur: itaq; reſpondens fecerunt antiqui muręnæ ac viperæ venenum: ex his vero multi rerum naturam non intelligentes, ſed communem anguis utriuſq; formam ſpectantes, quam veneni rationem in muręna non agnouerant, hanc ab coeunte cum ea vipera communicatam credidere atque dixere.

Hori Apollinis & aliorum fabulam referentis narrationis ad ſaniorem ſenſum interpretatio.

Vipera indifferens ad veneni conceptionem velut aer & aqua ad ſuſceptionē qualitatum contrariarum.

§.VII. Satisfit contradicentium argutationibus, & plenius corroboratur opinio noſtra.

HIs omnibus iam apparet viperæ venenum haud natura quidem eſſe,verum ſorte quadam,& acceſſorio caſu. Verum tamen, quia nos innocentem viperæ

Diſtortorum complexio.

naturam contendimus accidentibus in dies ad nocentiſſimam mutari: renitentur alii contradicentes, & percontantes, quid non potius natura conſtitutum viperæ venenum locorum, & victuum occaſione cenſeamus euinci.

De inuertenda noſtri problematis veritate aduerſatio.

Quibus ego inſtiterim contra memorans, & obtrudens, id quod eſt naturale, nunquam funditus deleri: qualis eſt feritas natiua, quæ nullo ſatis tempore aboleatur. Facilius ergo vipera vim veneni, quam non habet natura, cõparet, ut vitis, quæ proximo conſita Napello veneni ſe ſubdit ſorti. Plus enim in victu videtur eſſe, quam in natura. Quod cenſuit Libauius in Alch. Pharmac. cap. 12. Hinc venenum vipera adſcitis uſibus victuum, & aliorum potius quam quæ naturæ per ſe eſt occaſione deponat.

Quæ per naturam acceſſerũt nullo unquam pacto abolentur, quæ ſunt à caſu vel inſtituto, facilius abliterantur.

Quę namque ſunt animantibus natura habitu prorſus inmutabili, ſunt impreſſa ſpeciei: quæ præterquam corruptione ultima non abolentur, quemadmodũ urticæ à qua dicta eſt urendi, vis, croco colore luteo tingendi: quæ vero non inſunt natura, poſſunt uſu & conſuetudine cõparari. Sic homo, qui conflat in ſe ipſo venenum, nullo prorſus amittit tempore ridendi proprietatem. Deponat igitur dipſas ſitis immittendæ vim morſu? Hæmorrhous profundendi ſanguinis vitium? Phyſiter habitu, & afflatu necandi vim? Singulę ſunt hę cacoethias indelebiles impreſſurę. Si vipera ergo deponit, id fit, quia non inſita malignitas illa eſt. Quid autem dixi, deponat, quod à natura non tulit? At obiicies ad hęc duo: quorum alterum eſt, quod venenum hoc, quod locis, & victubus aboleri videtur, vere non aboletur; verum, ut ait Pauſanias miteſcit, vel ſopitur, ut ait Seneca in epiſtola quinta cuius verba ſunt hęc: *Tuto ſerpens etiã peſtifera tractatur, dum riget frigore, non deſunt tunc illi uenena, ſed torpent*. Atque hoc quod ad tempus viperę placatum. Alterum, quod ſpectat ad tempus recuperationis veneni; dicet aduerſarius, hęc vere non eſt redintegratio aut excitatio noua veneni, verum eſt auctio, & iuſta completio eius quæ fuerat eliſa portionis. Ad quæ utraque obiecta nos reſpondemus

demus:primum ad prius,dicentes quod illud Senecæ facile admittimus, ut quod noſtro propoſito nil officit: at neque officit illud Pauſaniæ. Maior altera difficultas videbitur. Verum huic nos conſtanter obſiſtimus per argumentum efficaciſſimum,quod eſt de tranſpoſitione veneni ad progeniem mutatis,viciſſim locis,& viperis utriſque bonis, & malis, ut appareat inde habitus nouus viperæ non addititius.

Quo pacto vipera non ſit connaturale venenum.

Quomodo autem aut quibus naturalibus cauſis fiat,in promtu fuerit facile demonſtrare: ſtatuendum eſt tantũ humores ad noſtri corporis conſtitutionem attinere, qui nos alant, augeant, tueantur, bilem inquam unam, tum pituitam, & omnium maximè ſanguinem: cætera, quod ſint recrementa, non eſſe noſtræ ſubſtantiæ portionem, verum ſeparabiles,& reiectaneos à noſtra natura? Verum enim vero pugnabis contradicens,quod hęc quoque ſors triuenificorum omnium ſerpentium. Quæres autem & quid facit, quod ſola hoc ſibi vipera arrogauit. Verum de hac tu re ſic habe. Eadem ad unguem ratio in hoc,quę & in animantibus cunctis perfectis. Quo circa viperæ portio fluens nominatis iam quatuor ſuccis contenta cũ eſſentiales, & neceſſarii ſint duntaxat, cæteri poſt hos omnes, ἀπισφρονήγμεν reiiculi ſunt, & alieni: reiectanei inquam magis aut minus, prout peius, aut tolerabilius. Itaque quod venenati ſint hi, non id quidem viperæ naturã ſequitur, verum fortuitas acceſſiones. Cæterum quod ad prærogatiuæ quæſitum attinet, ſcire licet inter ſerpentes uni viperæ viuum animal pati; quęcunque autem ſunt huiuſmodi, natura perfectiore ſunt, & principium ſincerius obtinent. Nullum enim intra ſe gignit animal, niſi quod aerem recipit, & ſpirat. Perfectiora autem ſunt quæ natura calidiore, atque humidiore, nec terrena conſtant; quę verba ſunt Franciſci Maſſarii viri perſpicaciſſimi cap. 24 Comm. 2. in lib. 9. Plinii deſcripta. Ex quibus fit, ut vipera naturę ſit perfectioris, ac tẽperatioris, optimi quoque nutrimenti, quemadmodum Abbatius in lib.

Alia demonſtratio de non cognato vipera veneno.

Craſeos viperina vigor.

de Vipera cap. 8. 26. 27. nec non I.C. Claudinus in lib. de ingr. medici ad infirmos addidere, inde ſanguine calidiore, & humidiore atque adeo gratioſiore ac mitiore ſucco præſtabilis; alii vero crudiore, ac tetriore: quare venenatum hæc, non venenatum illa ſimpliciter retulit morem. Quas ob res ſuper ouiparos omnes ſerpentes vipera ſibi

Viperinæ prerogatiuæ veliſicatio.

prærogat. Prærogat autem uſque adeo, quod abiecta ſua ſerpentes oua nō protinus, at uno poſt anno, cubādo expediunt in generationem: quod ex Ariſtotele Baldus Angelus perhibuit in lib. ſui de vipera cap. 11. Terra tectis incubare ſcripſit Scalig. in Comm. 2. de Animalib. quæ res frigidam alioquin illorum immoderantiam, atque intem-

Quod non ſola vipera viuum animal pariat contradictiones.

perantiam oſtendit. Quod ſi Ceraſtes, occurreris, viuum item animal parit, ſi credimus Brodæo, Bellonioque: Maraſſus item, uti Nicolao Leoniceno placet in libr. de Dipſade, & aliis ſerpent. p. 100. item Bernardo Deſſenio in lib. 6. de Compoſi. medic. quâ de vipera: nihilominus hęc ne te turbent quicquam. Nimirum Ceraſtes de genere Viperarum eſt Nicandro; atque alia re nulla, præterquam quod corniger eſt, à vipera differt Greuino. Maraſſus quoque de genere viperarum eſt, ut eodem libello de dipſade demonſtrauit Tomæus, nec non Franc. Maſſarius c. 24. Comm. in lib. 9. natur. Hiſtoriæ Plinii: quibus conſenſit, & Bernardus Deſſenius lib. de Comp. medic. 6. Hunc autem aut alios ſi qui ſunt huius ſpeciei comprehendit me iudice Pierius Valerianus, qui dixit præter viperas animal parere ſerpentes nonnullos. Si igitur vipera viuipara ſola eſt grandi naturæ beneficio, ſingulari animalis eius priuilegio, ne mirum quidem eſt, quod priuato inter uniuerſas ſerpentes nomine dicta eſt ἔχις, ideſt ad partum uſque viuum animal in ſe habens aut geſtans: quæ cauſa una fuit opinor, quod eximius Vir Auguſtinus Niphus in Comm. ad primum Ariſtot. lib. de Generat. animal. cap. 10. Viperam ſecluſit à ſerpentibus ὄφεσι; non genere ſcilicet, ſed ordine dignitatis: cuius viri ſententiam cum non aſſequutus eſſet Hieron. Mercurialis, iniuria taxat infantiam,

&

& puerilitatem appellatam, ipſe notandus videtur. Hæc una noſtra ratio ſuper hoc paradoxo non paradoxo eſt, ſpectans fluidam viperæ portionem. Altera ratio eſt traducta ex Hippocrate in lib. de Natura humana ac ſuo deinde aſſecla Galeno in Comm. de temperam. Vitam animantis contineri uno temperaturæ vinculo. quod ipſum primæ qualitates iniecere, atque venenum extra téperiei limites omnino eſt: quare conſtare atque coire cum tanta animantis temperie non poteſt. Indicio autem eſt quod bene huius nominatæ beſtiolæ caro perfectius anguilla, & beneficẽtius unoquoq; edulio mortalibus eſt alimento, ita obſeruante tum Abbatio cap. 11. 26. 27. ac I. C. Claudino lib. de acceſſu medicam. ad infirmos qua de viperis, tum multo monſtrante plenius experientia. Quod vipereus fœtus cicur quandoque viſus eſt, quod nos hiſtoria duplici, & D. Mariæ ab Auſtria, & Iacobi Mugretti Tigurini iam oſtendimus. Cuius facti duæ ſunt, utræque valentes cauſæ. Altera quidem diutinus ad eam rem uſus: altera vel à recentibus, & nudis ſuis quaſi puræ tabulæ rudimentis aſſuetudo. quæ ambo complexus eſt Maro de vite in alium ſolum tranſlata Georgico 2.

Defenſus Auguſtinus Niphus, & vindicatus ab iniuria Hieronymi Mercurialis.

Vipera D. Mariæ ab Auſtria cicurata.

Adeo à teneris aſſueſcere multum eſt.

Prætérquam quod Gal. lib. de Cognoſc. & curand. animi morbis capit. 7. & libr. ad Piſonem cap. 12. plene teſtatus eſt viperas eo progredi, ut manſueſcere videantur. addo equidẽ & draconẽ. Quod fit præcipuam ob eam cauſam, quam alias dixi, videlicet, quod temperatiore ſit craſi corporis, atque ad veneni ſortem indifferens, & indeterminata. Cæterum aliorum anguium incicurabilium peruicaciam cognoſcere licet Apologo nobili Aeſopi, qui eſt, ſerpentem poſtquam glacie enectus calide fotus, altus, bene hoſpitatus, & beneficiis multis auctus diu fuit, in herum inſiluiſſe, viruſq; ſuum effundere voluiſſe, ſed pœnas ſceleris dediſſe. Quæ tanta viperæ ab aliis ſerpentibus diſparitas, quæ ſua dignitas & præcellentia fecit, ut ſin-

Serpentium indelebilis feritas.

Principes omnes viri reges Viperarum auſpicia coluere.

ſinguli monarchæ, & Principes omnes viri ab orbe condito tam honorifico precio tam mirifico ſemper honore habuerint numiſmatis, torquibus, amiculis, ſimulacris, ſculptũ, pictum, deſcriptum, impoſitum, aſſutum manibus, cinctura, ſinu, capite, ceruice, implicatum ſacrum hunc anguem. Neque enim ita nocens, & nobis aduerſus, ut vulgo creditur, hic anguiculus eſt. Nos profecto ſumus qui tortiles eius ſinus, & reptilem eiuſdem inceſſum odiſſe conſueuimus, atque ipſum amicè ac dextere tractare non nouimus. Marſi bene norunt, qui non incantatis verbis, non herbis ut falſo creditum, neque ulla magia captant innoxie, ſed qui temporum, & locorum oportunitate, & manuum dexteritate ſerpentum propenſione & ingenio callent uti. Sic Gisbertus Horſtius Amſterodamus Romę medicus primarius apud Bern. Deſſenium ſumma cum fiducia parique felicitate ſecus alui exitum adactis utrinque digitis genituram è viperis exprimebat. Igitur non inepte Horatius Guarguantus Soncinas medicus non illaudatus naturæ prouidentiam aduertit, qua viperæ facile capiantur. Eſt ingenium porro ſerpentum præter alias ſuas affectiones æque callidum ac ſuſpicioſum. Argumento eſt agilitas ſiue pernicitas, atque in pernicitate prolixum tereſq; corpus. In rotunda enim forma, in prolixa admodum ſpina, commodiſſimum uſui tractum adinuenit natura. Nimirum adiuuantibus ſe mutuo tum ſuperioribus tum inferioribus gyris. Bene itaque Virgilius:

Tractu ſe colligit anguis.

Sic & ſerpentes marini, coluber, acontias, dipſas, natrices, velociſſimæ pariter ac longiſſimæ ſunt, τετράλικτοι Epig. 3. Cum qua tamen dote vulgò comprehendunt natura mortalibus deſpectos angues, eo maximè, quod infimis præ pedibus incaute offendi ſuetos exhorreamus. Verum tamen hi ſuſpicioſa ſua habitudine atque affectione non poſſunt incidentes homines non laceſſere. Interea tamen ſi primi non inferamus huic iniuriam, non erit ille nobis utique iniurius. His rationibus comprehendiſti fortaſſe

Vipera nulli eſt iniuria, qui non intulit iniuriam.

ſe

ſe non inclementem, ac minime nocentem viperæ naturam. Verum ſit nocens eadem, ſit infenſa: non propterea inutilis, & ſuperuacua terris, non propterea exſecranda videbitur. Sunt alioquin & alia, quæ ſub hac inferioris mundi plaga melioris ornatus gratia procreata, malignitate tamen ſua procreationem facile demerentur. Aduertoq; ex hoc genere cum Iulio Cæſare Scaligero in exercit. 33. declamãte noſtrum hominum genus, quorũ maxima pars quouis angue ſumus peſtilẽtiores. *Nã quanto eſt animus corpore potior atque præſtantior: tanto eſt illius hoſtis huius hoſte pernicioſior. Nolo nunc in hominis inhumanitatem declamare. Id unum, quod omnes ſciunt non tam dicam aliis, quam mihi habeam, ſerpentum morſu vitam exui, hominis morſu, latratu, afflatu, noſtra omnia ſimul cum vita interire: auferri bona, mutilari corpora obteri dignitatem, & quod maximè deteſtandum eſt, animis noſtris labes eiuſmodi inferri, quibus pernicioſæ creatæ perſuaſiones, & cum dedecore viuere, ac mori turpiter cogunt; neque à malis boni tã queunt eſſe tuti, quam omnes homines ab omnibus ſerpentibus. Ad ea loca ne adeas: aduenientes pelle, irruentes interfice; denique amoue incantationibus, medicamentis. Licet id ſine legum metu, ſine capitis periculo. Ab impoſtore, tyranno, conuiua venefico, quibus artibus cauere licet? Cum his enim, atque etiam ſub his, tibi viuendum eſt. Nec latet nos utra peſte laborarit magis patria Cardani nobiliſſima. Ad cuius vaſtitatem tot vides viperas bipedes multiplicatas.* Hæc ille: cui præmonſtrator eſſe potuit fortaſſis & Aelianus qui in lib. 1. de animantib. c. 54. prodidit hęc: *Dignum ſanè hoc animal odio ob redundantiam mali. At fera ſceleſtior, & quæ minus vitari poſſit mulier venefica; qualem fuiſſe Medeam, & Circen audimus. Nam aſpidum venena non niſi morſu lædunt: illarum autem venena vel ſolo tactu necare feruntur.* Nec plura Aelianus, cum quo compendioſiſſimum monitum perorauit Cato vel Catonianus certe vir illud:

Cum tibi proponas animantia cuncta timenda,
Vnum hominem tibi proponas plus eſſe timendum.

Sed hæc obiter: tu, ſi memoria vales, auditor, habes iã diſſertatione noſtra è tot anguiũ ordinib. ſelectũ viperę genus

nus,& ſegregatũ ab his,quę natura ſunt venenata;non venenatã ipsã fuiſſe principio, verũ variis exiſtẽtibus veneni gradibus minimũ huius eſſe, quotis autẽ ſit ſolã in theriacẽ adſcitã. Nempe cõparat hęc ſibi quemadmodũ homo, canis,feles atq; aliæ cicures animantes ex victubus,locis, aere, cæli terrarumque impreſſionibus, nec non ex rebus cum neceſſitate occurrentibus omnibus virulentiam. Cuius ſi ſit expers una inter omnes ſerpẽtes; id ne te moueat quicquam. Quippe priuilegio gaudet ſingulari naturæ, quę viuiparam illam fecit, & inter omnes tẽperatiſſimam. Quas ob res patet,quam inique cenſuerit, quam multum a recto aberrarit Scaliger, qui venenatorum principes fecit tres, Baſiliſcum, Aſpidem, Viperam. Qui tamen in exerc. 152. Cardanum accuſauit, qui cenſuerit eandem cum Aſpide viperam.

I nunc, & inculpatam viperæ conditionem uno virulẽtię ingenitę nomine nullam habe. Hæc equidem aduerſus communem hominum ſenſum παραδεξικῶς ϗ διεξοδικῶς habui. Cæterum ſi hæc non audierint, aut viſa non admiſerint pleriq; in vulgato & communi placito obſtinatiores, aliam parabimus vim viperæ noſtrę defenſionem.

DE VIPERAE GENERATIONE. CAP X.

DE viperæ nunc dicendum erit procreatione: quæ duplex eſt arbitraria quadam, & communi diuiſione. Altera quidem ποιητικὴν figurata; altera vera, & legitima. Vtraque attingenda, ut complurium enarrationes interſerantur. Prius autem prior, ut quæ amplior, eſt proludenda; adeo quidem ampla, ut, quemadmodum Homerum maximum vatem ſingulæ Græciæ ciuitates indigenã ſuum ſunt conatæ demonſtrare; pari fermè pacto varias, multaſque viperis origines adſciuerint plerique. Anne igitur præclara & inclita viperæ noſtræ Pythiæ natura

facit,

facit,ut pleræque de hac geneſes admirabiles,quaſi certatim ab interpretibus amicis attribuantur? An à varia iſtius, atq; heterogenea natura profectum eſt? An à multiplici morum, & characterum eiuſdem conditione? An quia frequens id viſitur, cum de regia quapiam, & magnifica poteſtate diſſertatur, ut plerique omnes conſueuerint de eadem variè profiteri; ſiue, ut honores, ſiue ut aliud dignum admiratu comminiſcantur. Vipera certè noſtra heroici generis imago, utpote quam heroes omnes, ac ſupremi rerum dominatores cunctos per ſeculorum decurſus, cunctaſque per nationes modis omnibus ſunt dignati; per Phyſicos, per Mythologos, per Hieroglyphicos, per Poetas, per Hiſtoricos, per Medicos, per Theologos, per ſapientes denique omnes celebratores eſt traducta, ſeu vitam quidem huius omnem, ſeu natalia principia perquiſiueris. Et quod ad ortum attinet; hunc, pars ſcribentium deduxerunt è medulla humana, ut Aelianus lib. 1. de Animal. cap. 51. mox Plin. lib. 10. cap. 66. & ſi qui ſunt huius ordinis alii. Quorum omnium primus Pythagoras apud Ouid. lib. 15. Metamorphoſeon ſic rem effatus eſt:

Sunt qui, cum clauſo putrefacta eſt ſpina ſepulchro,
Mutari credant humanas angue medullas.

Pars ex humani cerebri medulla, ut Plutarchus in Vitis: pars ex Styge, atque ἐκ πείραντος echidna peperit, ut Pauſanias in Arcadicis pag. 484. pars ex cineribus, ut Clemens in epiſtola Baldo Angelo laudata in ſuo de vipera lib. c. 3. Sed hæc ſingula, quo feriant, diſpiciamus. Quod ad humanos exortus attinet, præmonſtrati fuerunt hi binis, me iudice, cauſis. Altera phyſica, quod ad prudentiam humanam nullum animal accedat propius ſerpente. Quin etiam, ut hanc iſtorum priuatè perſpicientiam quaſi κατ' ἐξοχὴν dictam compararent, ſuos monebat amicos intelligentia ſeruatoris noſtri diuina. Atque adhuc etiam phyſicè, quod in ſepulchris frequenter verſentur ſerpentes. Quam rem Natalis Comes de Cerbero inferorum cu-

ſtode interpretatus aduertit: quodque Virgilius in Aeneid. 5. videtur attigiſſe per anguem, qui de tumulo prodiit Anchiſæ:

Aduſtis cum lubricus anguis ab imis
Septem ingens gyros, ſeptena uolumina torſit,
Amplexus placidè tumulum, lapſuſque per aras, &c.

Quamquam fortaſſis & aliqua latens in natura corporis humani reliquiis & viperæ ſimilitudo eſt: quemadmodum videlicet ex bouum cadaueribus apes, ex equis fuci, ex aſinis crabrones exoriuntur: quod Plutarchus Cheronæus alicubi aduertit. Qua quidem analogia, quod ſcripſit Baptiſta Codronchius in Lib. 1. De rabie canina cap. 6. per epidemiam anno 1549. corporibus humanis eruperunt viperæ ſingulis diebus millenos homines per ſæuiſſimos cruciatus conficere conſuetæ: quæ feræ nulla quidem arte, nulliſq; remediis eximi, vel expelli potuere. Cui quidem ſimile eſt illud, quod narrat ex Agatharchide Plutarchus 8. Sympoſ. Quęſt. 9. de anguibus corpore minoribus, qui nati ſub artubus hominum, exertis capitibus, ſuras, & brachia perderent, ac tacti rurſum carnem ſubirent, ac per muſculoſa ſerpentes inflammationum vim intolerabilem excitarent. Cui ſimile ſupplicium & illud eſt, quod in ſacris Numeris legimus, corporibus Hebræorum viuentium exortos ſerpentes quoſdam inflammatorios, quibus peruicaciſſimam hanc gentem antiquitus ad mare rubrum punire Deus voluit iuſtiſſimus. Sed de his lege ſuos ſacrorum Bibliorum interpretes, & Nicolaum Euſebium Nierembergium in hiſt. natur. peregrina. Verum hæ portentoſæ, ac monſtroſæ viperarum ſunt origines; naturalem autem, ac legitimam Aegyptii feciſſe videntur ex parente Sole, ad cuius aram è terra in ſublime viperas volutim ſublatas in æreo numiſmate monſtrarunt, quaſi de ſole peculiariter profectam, & feruidam viperæ naturam indicantes, qua fortaſſe ſolari dote pendulum, & aceſcens vinum vipera reſtituit iniecta, quod Baldus in c. 12. adnotauit.

Sed

Sed reliquas nos Mythologorum interpretationes exequamur. Cæterum enim,quod ex priuatis ſpinæ dorſi, cerebriue partibus ortum his anguibus,aut dederint, aut aduerterint naturæ prudentes, id ego crediderim iſtorum conſilium, quod ad medullam quidem attinet, ſeu quod hæc ad mobilitatem ſummam accommodata eſt,præſertim tot neruorum coniugiis digeſta, ſeu quod hæc forma teres & oblonga ſingulariter eſt analoga: ubi enim e capillis præcipuè mulierum concipi ſerpentes, quod productiores, atque humidiores hi ſint, ſenſit Auicenna, & ex hoc viro Cœlius Rhodiginus, quantò ſatius ex humana medulla procreentur iidem? Adhuc autem, & alia cauſa eſt, qua medullis humanis ortus reſpondet viperæ.Nimirum, quod hæ plurimo ſint humore donatæ natiuo, id eſt pingui, digeſto, craſſoque, quo vigente viget animal, arefacto, areſcit.

Quo prope ſenſu de propinquo vitæ termino, atque ad hunc præparatione monens nos Eccleſiaſtes in 12.*Antequam*, ait,*rumpatur funiculus argenteus,& recurrat vita aurea, & conteratur hydria ſuper fontem, & confringatur rota ſuper ciſternam,& reuertatur puluis in terrã unde erat,& ſpiritus redeat ad Deum, qui dedit illum.* Porrò funiculus argenteus inter tot quæ commemorata ſunt, ſpinæ medulla eſt, interprete Franciſco Valleſio in cap. *66.* lib. de Sacra philoſophia, necnon multiſcio viro Gaſpare Bartholino in lib. *3.* qua de cerebri anatome. Quo non iniuria alimento legimus à ſapientiſſimo Chirone altum & educatum Achillem; itemque Rugerium ab Atlante, apud Homerum noſtrum Italicum, qui Ludouicus Arioſtus eſt ſub Atlantis increpantis perſona ſic canens in 10.

Già di midolle d'orſi, & di leoni
Dunque io ti diedi li primi alimenti.

Quoniam igitur vitalia duo principia nobiliter fauent medullæ calidæ alioquin & humidæ, reſpondentia his elementa retulerunt ab eiſdem prognatę viperę, quę tàm vegetę,tamque viuaces ſunt,quam nouerint omnes.

Hæc cum expoſuerim de medullis, idem & de cerebro capitis dictum eſt. Iam autem, quî Styx, & Piras ortum viperæ dederint, diuinemus. Styx palus eſt, & loca ſenta ſitu, ideſt uliginoſa & humoris illuuie diu corrupta. Mater hæc fuit anguis, pater verò Piras, quaſi admoliens quidem, verum ἀμήχανος, & nil obtinens: tamen hi duo parentes viperam ediderunt, id eſt, in terra quadam ſitu lenta vacuus, & infructuoſus labos. Talis enim propemodum, & non alia ſerpentium ſponte naſcentium eſt propago. Porrò limoſis ſolitudinibus gaudentes dixit Andreas auctor antiquus apud Athenæum in lib. 7. Spõtaneus igitur, ſi recte perſpicimus, non connubialis eſt hic exortus: de quo Epimenides Cretenſis apud Pauſaniam, Heſiodus apud Plutarchum meminere. quod ſi eſt, Echidnæ nomine rectius Hydram intellexeris, ſicut intellexit non ab re Guillelmus Xylander, qui τὴν ἔχιδναν Hydram conuertit, neque aliter Ouidius in eo:

Pars quota lerneæ ſerpens eris unus Echidnæ.

Cæterum, quod è cineribus deduxerit Clemens; id equidem credo factum ob id, quod ſalis plurimum, & energiæ continent viperæ, quibus & cineres abundãt. Cõtradicit verò ſibimet auctor ipſe, qui ad cinerẽ reſolutã de ligno per ambuſtionem terræ ſic exarẽtis putredinem quampiam retulerit. Enimuerò non me latet Galenum in lib. 2. de diffe. febr. cap. 11. profeſſum in cinerem verti putridorum humorũ terreſtrem coctam ſuperfluitatem, atque in lib. 3. De præſagiis ex Pulſibus cap. penult. pus cineri reſpondere: nihilominus tamen, ſi rectè aduertimus, illa Pergameni comparatio eſt demonſtrans terminum utriuſque facti. neque enim ultra cinerem alia quæpiam eſt exuſtio, ut neq; coctionis in abſceſſu phlegmonode, præter puris confectionem haud naturæ ulterior eſt conatus. Poſt naturales iſtas omnes eſt & ethica admonitio ſpectans illud, & curans, quatenus homines ſceleſti terreantur, è quorum viſceribus erupturæ ſint hor-

horribiles, & odioſæ feræ.

Hactenus de mythologicis viperarum originibus, poſt quas, & aliæ genuinæ, omnique velo nudatæ ſunt enarrandæ, ſpontaneæ, inquam, & per ſe erumpentes; quales ſæpe viſæ ſunt vulgo ex Pado, qui per illuuionem expanſus, poſtquam in ripas ſuas refluxit, ciuilibus inter Cæſarem & Antonium bellis exortis, ingentem viperarum vim reliquit, ut eſt apud Iulium Obſequentem in Libro De prodigiis. Apud verò Sabellicum in lib. *3*. Enn.*6*. Mulier pro infante viperam enixa eſt. De quo oſtentorum genere, & illud eſt narratum a Matthæo Villano Chronico ſuo Vernaculo de bello Florentino 1. 2. his ſuis verbis; *Tre dì & tre notti piouonno in quel paeſe biſcie*. Naturæ verò cognatius eſt, quod ex lacerta exſiccata vipera natales agnoſcit, Theocriti interprete citante Ariſtotelem auctorem, quæ ſaſia vipera dicta eſt, Corrado Tigurino in Vipera C. Alias huiuſmodi Metamorphoſes conſcripſit Fortunius Licetus maior Alexandro Peripateticus in lib. *3* & in lib. 4. De ſpontaneo viuentium ortu. Quibus omnibus conſtitutis an precium deteret viperam, quæ præter digniorem illam propagationem ex ſemine communem, & cum ſponte naſcentibus ſortem habet? Sed minimè tamen ob hoc ſe deiiciat vipera noſtra Pythia, quæ arbitro uno & auſpice Liceto tuebitur, ſi ſit ἄυτωμα, veterem ſuam integritatem. Primum, quod ab ingenioſo viro demonſtratum in lib. 4. cap. 21. conſentiente etiamnum Daniele Sennerto in Hypomnematis Phyſicis, & alibi; Viuentia ſpontè naſcentia eiuſdem ſpeciei eſſe cum his, quæ ſemine, coituque procreantur; quia ſcilicet, ſpontè naſcentia oriuntur ab uniuoco effectore, quod ſemen eſt natiuo ſuo ſemini proportione reſpondens; quæ materia verius eſt cadaueris, in qua, velut in vaſe, continetur anima, quæ promouente ambiente, ac reſpondentibus cæteris adiutricibus cauſis, informatura eſt materiam ad formam concipiendam naturæ propoſitam. Quibus

Fortunii Liceti mentio cum laude.

bus iam de ſpontaneo viperarum ortu exploratis, de altera per ſemen propagatione diſſeramus.

§. II. *De genere viperarum, ideſt, utrum ouiparæ ſint.*

ANtequam autem ad partiales procreandi rationes, numeroſque deueniam, de viperarum genere diſputabo, quod Ariſtoteles in cartilagineis poſuit. mihi verò, ſi cum libertate, & ex animo philoſophari debeam, ut profectò philoſophandum eſt; ouiparum, & cartilagineo par, ſalua Peripati pace, viperæ genus non videtur.

Quod ut ritè, recteque oſtendatur. Primò fundamentum, & diſſertatio præmonſtranda eſt Philoſophi: mox hypotheſes noſtræ ſunt ſtatuendæ. Tertiò demonſtrationes ſunt conſerendæ. Quod primi ordinis eſt. Ariſtoteles in princ.4. de animantibus videtur hoc ſenſiſſe: ſerpentes, quoniam apodes, & natandi compotes, certa quadam habitudine corporis ſimiles ſunt piſcibus; è quibus quoniam cartilaginei ouipari ſunt, & viuipari: ad hos viperæ, ſunt referendæ, quę pariter ouiparæ ſunt, & viuiparę. Senſus hic. Ariſtotelis verba ferè ſunt hęc; Viperę inter ſerpentes eędem à cęteris ſui generis differentia diſcrepant, qua inter piſces cartilaginea à cęteris ſui generis. Nam & cartilaginea, & viperę animal edunt in lucem, ubi primum intra ſe oua pepererint. Ventres ſingulos hęc quoque omnia habent, ut cętera, quę utrinque dentata ſunt. Et primo de Generatione animalium cap. 10. inquit: *Cartilaginea verò, & viperæ cum intra ſe oua generent, mox animal foras pariunt, perfectum generant ouum. Ita enim ex ouo imperfecto. nullum non extra hæc pariunt oua. quia natura frigida ſunt, non quia calida, ut quidam volunt* Et libro etiam ſecundo. *Nam expedum*, inquit, *aliæ animal pariunt, ut uiperæ, & cartilaginea; aliæ ouum, ut piſcium genus, ac cateræ ſerpentes.* & 3. De natura animaliū, cum dicit: *Vipera enim animal edit poſtquam intra ſe oua peperit, cum cætera ſerpentum omnia genera oua edant in lucem; quo*

fit,

ſit, ut uiperæ uni vulua ſimilis ſit cartilagineis. Et in primo etiam volumine eiuſdem hiſtorię. *Verum*, ait, *cum cæteræ ſerpentes oua pariant, uipera una animal gignit, non enim pilos omnia habent, quæ animal generant; quippe, cum nonnulli ex piſcibus animal procreent: quæ tamen pilos ſortita non ſunt, animal omnia progignunt*.

Hęc ille; contra quod iudicium tamen obiectem meas dubitationes. Enimuerò, quod is tantopere ratum, confeſſumque habet, quod ouiparę ſint viperę, nedum non ratum, ſed neque confeſſum eſt pleriſque; nimirum, quod ea, quæ & nominat, & exiſtimat, oua non ſunt; cui rei demonſtrandę noſtrę ſunt hypotheſes hę. Scire licet ex ouorum ſeminio multo plura animantium genera, quam ex ſimpliciore ſemine, procreari. Bina quippe genera ſumma ſuum referunt ortum ex his, Aues & piſces: quorum poſteriorum ſolorum ſpecies in humidiſſimo genitę elemento prouenientes, verius quam numeratę, ſunt innumerabiles. Cauſas eius rei Hieron. Fabricius, qui de ouorum ſcripſit fœtamentis autor in hac re noſter expoſuit complures, quas non attinet huc repeti. Quæ oua duplici ſunt genere recenſita; primo quidem Ariſtoteli, perfecta inquam, & imperfecta. Illa, quæ parta extra uterum: hæc quæ intra ipſum perficiuntur. Ex quibus una pars gignitur animantium, quæ tum ouipara ſunt, tum viuipara; ideſt quæ ex ouo quidem ſurgentia, tamen in uteri loculis omnem ſuam formam complent. Huiuſmodi ſunt partim cetacei piſces omnes, & qui extra aquas ſpirare grandi pulmonum participio ſunt comparata; partim ſunt cartilaginea, quædam ἄχονδρα, ſi dici liceat incartilaginea; quæ recenſentur à Rondeletiò lib. 4. de piſc. c. 3. Acanthiaś, Galeus læuis, Centrina, Lamia, Vulpecula. Hæc gignunt intra ſe ouum, ut aues, quod excluſum intra prius, mox viuum pariunt, ut quadrupeda. Vterum horum, ut auium, & piſcium diſcernimus duplicem à natura creatum, ſuperum, inferũ: in ſupero quidem ouarium appenditur iuxta ſeptum, in qua

bus iam de ſpontaneo viperarum ortu exploratis, de altera per ſemen propagatione diſſeramus.

§. II. *De genere viperarum, ideſt, utrum ouiparæ ſint.*

ANtequam autem ad partiales procreandi rationes, numeroſque deueniam, de viperarum genere diſputabo, quod Ariſtoteles in cartilagineis poſuit. mihi verò, ſi cum libertate, & ex animo philoſophari debeam, ut profectò philoſophandum eſt; ouiparum, & cartilagineo par, ſalua Peripati pace, viperæ genus non videtur.

Quod ut ritè, recteque oſtendatur. Primò fundamentum, & diſſertatio præmonſtranda eſt Philoſophi: mox hypotheſes noſtræ ſunt ſtatuendæ. Tertiò demonſtrationes ſunt conſerendæ. Quod primi ordinis eſt. Ariſtoteles in princ.4. de animantibus videtur hoc ſenſiſſe: ſerpentes, quoniam apodes, & natandi compotes, certa quadam habitudine corporis ſimiles ſunt piſcibus; è quibus quoniam cartilaginei ouipari ſunt, & uiuipari: ad hos viperæ, ſunt referendæ, quę pariter ouiparæ ſunt, & viuiparę. Senſus hic. Ariſtotelis verba ferè ſunt hęc; Viperę inter ſerpentes eędem à cęteris ſui generis differentia diſcrepant, qua inter piſces cartilaginea à cęteris ſui generis. Nam & cartilaginea, & viperę animal edunt in lucem, ubi primum intra ſe oua pepererint. Ventres ſingulos hęc quoque omnia habent, ut cętera, quę utrinque dentata ſunt. Et primo de Generatione animalium cap. 10. inquit: *Cartilaginea verò, & viperæ cum intra ſe oua generent, mox animal foras pariunt, perfectum generant ouum. Ita enim ex ouo imperfecto. nullum non extra hæc pariunt oua. quia natura frigida ſunt, non quia calida, ut quidam volunt* Et libro etiam ſecundo. *Nam expedum,* inquit, *aliæ animal pariunt, ut uiperæ, & cartilaginea; aliæ ouum, ut piſcium genus, ac cætera ſerpentes.* & 3. De natura animaliũ, cum dicit: *Vipera enim animal edit poſtquam intra ſe oua peperit, cum cætera ſerpentum omnia genera oua edant in lucem; quo*

ſit,

ſit, ut uiperæ uni vulua ſimilis ſit cartilagineis. Et in primo etiam volumine eiuſdem hiſtoriç. *Verum*, ait, *cum cateræ ſerpentes oua pariant, uipera una animal gignit, non enim pilos omnia habent, quæ animal generant; quippe, cum nonnulli ex piſcibus animal procreent: quæ tamen pilos ſortita non ſunt, animal omnia progignunt*.

Hęc ille; contra quod iudicium tamen obiectem meas dubitationes. Enimuerò, quod is tantopere ratum, confeſſumque habet, quod ouiparę ſint viperę, nedum non ratum, ſed neque confeſſum eſt pleriſque; nimirum, quod ea, quæ & nominat, & exiſtimat, oua non ſunt; cui rei demonſtrandę noſtrę ſunt hypotheſes hę. Scire licet ex ouorum ſeminio multo plura animantium genera, quam ex ſimpliciore ſemine, procreari. Bina quippe genera ſumma ſuum referunt ortum ex his, Aues & piſces: quorum poſteriorum ſolorum ſpecies in humidiſſimo genitę elemento prouenientes, verius quam numeratę, ſunt innumerabiles. Cauſas eius rei Hieron. Fabricius, qui de ouorum ſcripſit fœtamentis autor in hac re noſter expoſuit complures, quas non attinet huc repeti. Quæ oua duplici ſunt genere recenſita; primo quidem Ariſtoteli, perfecta inquam, & imperfecta. Illa, quæ parta extra uterum: hæc quæ intra ipſum perficiuntur. Ex quibus una pars gignitur animantium, quæ tum ouipara ſunt, tum viuipara; ideſt quæ ex ouo quidem ſurgentia, tamen in uteri loculis omnem ſuam formam complent. Huiuſmodi ſunt partim cetacei piſces omnes, & qui extra aquas ſpirare grandi pulmonum participio ſunt comparata; partim ſunt cartilaginea, quædam ἄχονδρα, ſi dici liceat incartilaginea; quæ recenſentur à Rondeletiò lib.4. de piſc. c.3. Acanthias, Galeus læuis, Centrina, Lamia, Vulpecula. Hæc gignunt intra ſe ouum, ut aues, quod excluſum intra prius, mox viuum pariunt, ut quadrupeda. Vterum horum, ut auium, & piſcium diſcernimus duplicem à natura creatum, ſuperum, inferũ: in ſupero quidem ouarium appenditur iuxta ſeptum, in

qua

qua parte materia totius oui lutea, & aggregatur, & coquitur: qua ſic præparata, in ſuperiore uteri parte candidum oui molita, altera fœtus materia candido aggregato complet imperfectum ouum. Quod ſi fœcundum fuerit animal, in auium quidem genere extra uterum, in viuiparis vero in utero ipſo excludit. Dixi fœcundum, ſi mas intulerit vim genitalem. Nimirum aues, & viuipara, & quæ perfectum pariunt ouum intra ſe concipere quidē oua poſſunt ſine ſeminis effectrice vi, gignere animal nō poſſunt. Dixi excludi intra uterum animal. Explicatur: quod in utero quidem ſuperiore materia paratur lutea, inferiore vero candida pars oui: ex cuius albi portione, altera longè ſemini propinquiore, atque affluentiore inferne lutea parte, altera ſupernè ad carnes conflandas aptiore ſeu piſcis, ſeu ſerpens concipitur viuiparus: & piſcibus quidem illud infrequens, Galeoque peculiare, quod accedens vitellus materia nutribilis animalis ſecreta neque omnis in conceptione abſumpta, fortaſse quod uber relinquitur extra fœtum, huius umbilico per proceſſum quemdam appenſa tubularem τὸν σίφων Ariſtoteli ὀμφαλώδη in tertio de generatione animalium c. 2.

His ritè propoſitis, conſtabit viperarum haud eſſe oua, ſed ouiformes membranas, tum deficientibus quippe, tum abundantibus oui conditionibus; conſtantibus vero characteribus, & propria omni habitudine membranarum. Quo ad deficientes proprietates ouorum. Prima equidem non ineſt; putamen, inquam, quod teſtaceum eſt; candidum vero oui, Celſo liquor albus, Plinio λεύκωμα Græcè: quippe lacteus eſt oui liquor, ſubrufeſcenti pallet tinctura. Secunda: quod oua abſolutè ſecretam à matrice ſeruant naturam, & quæ incubari & excludi, ſi modo fœcunda, licet extra matricem. Hæc autem perpetuò ſunt in eadem: quod oſtenditur inſertu vaſorum umbilicalium in matricem; quem comprobarunt cum Ariſtoteles in lib. de Hiſtor. anim. c. 10. tum Guilielmus Rondeletius in lib. 13. de piſcibus c. diſertis verbis quarto

to quod legitima oua extra matricem ſtabilia manent, manentque etiam intra. At vero viperinę ſoboles ab oui ſpecie breui ſecedunt, & immutantur in aliam formam, quæ eſt membranarum; quemadmodum Hieron. Fabricius in libro de oui & pulli formatione,& Gul. Rondeletius in loco antè citato,demonſtrarunt.Tamdiū autem oui ſub imagine conſiſtunt,quamdiu digeſta illa veluti lutea materia deſcendant in uteri ſinum inferiorem; extra quem uterum extare, aut geſtatione, aut extra hanc, aut in partu, aut à partu, vel ipſa, vel reliquiæ nunquam ſunt viſæ; quin etiam viperæ ſeptimeſtribus ouis fœtæ, à Martio ſcilicet ad uſque Auguſtum in captiuitate detentæ, nil aut pepererunt, aut aliquid ouorum veſtigii reddiderunt. quapropter, ea tum in alimentum conſumta, tum in excremētum reſoluta,deceſſerint oportet. Quod idem fit in Galeo læui, de quo genere vel ipſe Ariſtoteles in lib. 6. de Hiſtor. animalium cap. 10. diſertis verbis prodidit hæc:Galei qui læues vocantur,oua in media vul- »
ua geſtant, ut caniculæ, quæ poſteà in utrumque uteri ſi- »
num deſcendant;mox animal gignitur umbilico hærente »
ad vuluam, ita ut ouo abſumpto partus non aliter quam »
in quadrupedibus contineri videatur. »

Sequuntur nunc de excedentibus oui ſpeciem conditionibus, argumenta.Quorum primum eſt. Galei Aſteriæue piſcis oua abundant appendicula, de qua Philoſophus ad recitata ſubdit mox ſequentia verba:Adhæret »
umbilicus ille prolixus capite altero ad partem vuluarū »
inferiorem velut ex acetabulo adnexus,altero ad mediū »
fœtum, qua in parte iecur eſt. Vocet igitur Ariſtoteles »
hoc ouum non pyrum, aut pyramideum quidpiam: qualenam autem, quæſo ouum appendiculam habuit in animātium utero? ouum quippe nuſquam interruptum, materiæ ſeminiſq; vaſculum, & orbi ſimile. Adde quod Ariſtoteles ſcorpionum, bombicum, & inſectorum ad ſummam omnium, nomine vermium comprehendit, non auſus appellare, quæ cæteroquin apparent, oua: pari nobis

ratione non indigitanda ſunt hæc oua, quæ quamuis appareant quidem, non ſunt tamen oua, verũ ἀπομειγγάδη μέρη. Tollitur autem hoc occurſu contentio nouiſſima aſſeuerantium, quod ante maris ſeminium ſub forma hac vera ſunt ouorum, propria quadam ac diſcreta ſingulorum cõprehenſione, qualem depictam reliquit nobis Hieron. Fabricius in loco proximè citato. Porro conſideretur oportet ante maſculi ſeminis admiſſum in agrum uteri, ex huius membranis præparationem genitalium partiũ requiri congruenter accõmodatam, atque adeo prouidit natura, quatenus plurima forent, & coaptata loculamenta, ſub quibus ſingulis catuli ſinguli reconderentur. Huiuſmodi fuerunt ouiformes membranæ. Neque enim alia forma debebatur in oblongo alioquin & anguſto carcere, præterquam quod non, ut in cane, daſypode, mure, ac minimis quadrupediis matricis membranæ, crebris quaſi ſtationibus, & circumplexibus, efformari debebant: verum, quales in Galeo muſtelave: cuius quidem ſimulacra apparent ouorum. Talia vero non ſunt re ipſa; verum ouorum primo formam rotundiorem ante ſationem & conceptionem referentia, mox à formato fœtu ſecedunt in oenophori ſtannei formam, qualem pictura indicauimus. Ad eum igitur modum viperarum, quę nominant, creduntque oua, quod referant quidem aliquam imaginem, ſed mox relinquunt oui; oua ſanè non ſunt, ſed ementitæ ouorum membranæ. Veruntamen, ut ali uid magiſtro cõcedatur, demum eiuſmodi oua vel ἄλογα ſunt præludia, vel analoga ad ſummum: prælud ere, natura geſtiẽte, viperam apodam ad apodas piſces æquiparare, non alia planè ratione quam Empdocles autoritatis magnæ Philoſophus fructus plantarum appellauit oua tranſcendenti ſimilitudine ac metalepſi longa, quæ digeretur & ordinabitur ad hunc modum. Quia omnis generatio eſt per animam, & anima eſt per ſemen, & ouo continetur ſemen, quod continetur putamine; quod putamen eſt ſicut cortex plantarum: ſic plantæ fructus, qui

eſt

eſt ſemen, & per animam in ſemine contentam animal eſt, ſicut animalis ouum.

Per has igitur metalepſes fit, ut fructus plantæ ſit ouū longè maiore tranſcurſu, quam illa Virgilii metalepſis:

Poſt aliquod mea regna videns mirabor ariſtas.

Non hæc quidem poetica, ſed Empedoclea illa analogia, fortaſſe licebit hæc dici oua. De qua nos analogia fusè tradidimus in li 11. Zootomiæ Democritæ peculiari ſermone, qui eſt de uniuerſa animarum analogia.

Sic ἀναλογικῶς, vel παρωνύμως dicta palam ſunt Ariſtotelica oua. Apparuit iam his deeſſe ouorū conditiones. Atqui non deſunt, ſed inſunt membranæ cōditiones. Siquidem hæc ſimplex alba, plana, lata, tenuis, extenſibilis, neruoſa; præterea tunicæ munus, & functio ineſt. At neque diſcrepat à membranæ opificio, ſed perbene conſentit oualis forma, & figura: quia oualem figuram à conditore primo catulis, ſeu primum concipiendis, ſeu mox continendis receperunt cæteri plerique, ut canis, muris, daſipodis. Extra vero fœtationem nactæ ſunt hanc candem figuram pleræque in animantis fabrica partes, ut in minoribus beſtiis veſica, piſcium aliquot ventriculi, & pericardiæ membranę; in aliis vero etiam maioribus teſtes, inſectorum denique plerorumque tegmenta ſunt & ouiformia, ut bombicum, & ſerum, quę & ouorum nomine comprehenſa per Hier. Fabricium initio Libri de Ouo in longa ouorum ſerie à feminis quandoque contexuntur: ut non mirandum, aut nouum habendum ſit demum, quod ſub viperæ matrice crebrorum ouorum quaſi per monile contextum commemorauit Ariſtoteles. Natura profectò, quæ Dei manus eſt, ſicut quod valet vult, ita etiam quod vult valet: quod frequens effatum Thomæ Campanellæ præceptoris mei venerabilis fuit. Oſtendi iam quod reſpondeat forma, reſpondet & materia. nempè habitus ouorum aridior & exſuccior eſt, quod ut faceſſere debeat in membranas. Galei viperæque oua facile faceſſunt in membranas, indicio profecto, quod ma-

teria reſpondet non oui quidem habitudini, ſed membranæ. Iam igitur cum oui conditiones deficiant, viperarum membranæ ſubſint; non eſt quod oua viperis ſubtexamus. Igitur non ouipara, tum intra, tum extra matricem, verum viuipara vipera noſtra eſt: cuius ut dignitas appareat ſingularis, non committam hic, quæ Franciſcus Maſſarius author per omnes doctos laudatiſſimus adnotauit in cap. 24. Comm. ad Nonum operis Plinii de
,, Hiſt. nat. Sunt autem hæc: ea pariunt animal, quæ natura
,, perfectiora, & principium ſincerius habent. nullum enim
,, intra ſe gignit animal, niſi quod aerem recipit, ac ſpirat:
,, perfectiora autem ſunt, quæ natura calidiore, & humi-
,, diore, nec terrena conſtant; caloris verò naturalis ratio
,, pulmone deſcribitur ſanguinis compote. Hæc & alia in hanc rem ille: quæ quidem ſingula & viperæ quadrare comperies, ſiquidem utraque comprobare te non piguerit. Has autem rationes vides facere, quominus ouipara vipera cenſenda ſit. Quoniam autem aliqua ſimilitudine intercedente cum piſcibus, & cartilagineis vipera cōponenda viſa eſt Ariſtoteli; nobis & cum quadrupediis, & cum auibus ideſt cum veſpertilione mixta ex utriſque forma componenda videtur.

Superſunt nunc ad diſceptationem ac perorationem noſtram denegatis viperæ ouis conſectaria quędam capita, corollaria noſtris dicta, quorum illud ſit primum. Cum oua ſimpliciter nulla ſint viperis, neque ὑπηνέμια ſubuentanea competent; atque adeò iam eductis de hyberna ſtatione viperis unoque poſt menſe apricatis, puſilla quę comperiuntur dependentia pręcordiis appellata oua, pręparamenta ſunt quędam membranarum ouiformia, in quę cum inflatus fuerit ſpiritus maſculei ſeminis, aut portio ſemini fœmineo, quod membranarum orbiculis ſubeſt coaleſcens, in conceptionem abit utraque materia, ut animal adornetur.

2. Nuſquam in ouorum conceptaculis eſt ſtatio viperellis intra matris clauſtra, ſiue principio propè ſeptum, ſiue

ſiue inferiore loco conditis. Sicubi autem adaperto viperæ conclaui catuli videantur extare ſub ouis;hæc ouorum quidem haud merentur nomen, verum imaginem dumtaxat ouorum ementientium membranarum.

3. Moueri te nil oportet imagine oui viperini repræſẽtatrice per Hieron. Fabricium in Libro de formato fœtu producta; in qua oui figura videris concluſum catulum viperinum. illa enim ipſa forma membrana eſt ad conuolutum oblongum anguis circuitum aptè comparata.

4. Iam verò illa, quæ in ouiformibus conceptaculis reconditur materia non ouorum humoribus, ſed ſpermaticæ materiæ analoga eſt. Argumento eſt tum quod ſubſtat hæretque vaſis ſpermaticis ſepto ſubſtratis utrinque; tum quod accedente ſemine continuò conferueſcit turgeſcitque materia receptaculis ouiformibus contenta, quemadmodum ex Ariſtotelis ſenſu nuper explicaui.

His ad ſummam corollariis & alia pro ratione reſpondentia per ingenioſos viros attexantur licet, quando per nos conſtitutum & oſtenſum eſt demum haud ouiparum ſed viuiparum animal abſolutè viperam eſſe.

Quanquam ex hoc omni ſermone diſquirẽdum eſt rurſus, utrum ſola inter omnes ſerpentes viuipara vipera ſit.

§. III. *An vipera ſola inter omnes angues viuipara.*

PLurimi quippe pro comperto habuerunt viperæ ſoli ex omni anguium uniuerſitate conceſſum, ut animal pariat viuum: quod judicium ſubierunt potiſſimum nominis vi ſuaſi nonnulli per hanc diſſerendi rationem. Illa demum propria eſt, & peculiaris anguis cuiuſpiam natura, quam nomen proprium contrahit, definitque. Atqui proprium nomen contrahit definitq; viperæ viuipariendi animantis facultatem. Igitur viuipariendi animantis facultas propria eſt, & peculiaris viperæ natura. Confirmatur & alia ratione opinio, quod quæ perfectiſſima inter omnes viſitur anguis, ac temperatiſſima, hæc inter

omnes

omnes ſola viuum animal parit, ea quidem vipera fuit;
eſt igitur vipera quæ inter omnes angues ſola viuum animal parit. Hæc iſti. Contra alii pleroſque ſerpentes in
hoc naturæ priuilegium admiſſos volunt: è quibus unus,
& præcipuus eſt Nicolaus Florentinus, qui in Serm. 4. cap.
18. viperam cornutam commemorauit: e poſterioribus
verò Ioannes eſt Brodæus, qui in lib. 3. c. 11. ſcripſit hæc:
„ cum plurium ſcripta mihi modicè placent, qui eo tantum
„ nomine viperam à cæteris ſerpentibus diſtinguere ſolēt,
„ quod animal pariat. Id enim Ceraſte quoque uſu venire
„ re certum eſt. nam qui beſtiam hanc diſcendi ſtudio in
„ Aegypto, & Africa diſſecuerunt, catulis grauidam ſæ-
„ pius offenderunt. Idem & de vipera Ceraſte iudicium
edidit Bellonius. Quod tamen facile infirmatur. Primū, in
animal Ceraſtes non omnes conſentiunt. Brodæo fidem
abrogauit Iac. Dalecampius in c. 62. lib. 10. natur. Hiſt.
fortaſſe quod ex aliorum ſenſu præſcripto, ac priore amplexa factione iudicauit: atq; ex eo præſertim quod præmonſtrauit Nicander, viperas, & Ceraſtes præterquam
in cornigero habitu non diſcrepare. Veruntamen cornea fibra non ſpecialem, verum accidentariam differentiam interponit. Nimirum Ariſtotele autore, alatum,
& non alatum ſpeciem non immutant. Quod comprobatur ſuffragio Ariſtotelis, qui primo de Part. anim. exemplum propoſuit formicarum & cicindularum, quæ ſuam
non prætergreſſæ ſpeciem, tum alatæ ſunt, tum non alatæ. Quæ enarratio Nicolai fuit Leonic. in Lib. de Dipſade
tradita, per quem virum autores omnes tum Græci, tum
Latini Ceraſtes in viperæ genus contulere. Sed rurſus de
prærogatiua viuiparæ viperæ ſingulari dubitatur: quod
Aſpis Ammonites & Sepa viuiparū pariūt, autore Ioanne Baptiſta Quadramio apud Vlyſſem Aldrouādum, qua
de Theriaca. Sed occurritur primo, quod ad Ammonitē,
& Sepā attinet; hos ad viperas reuocatos à Dioſcoride,
qui contra eius viperæ morſum ait, quam ſepem vocant,
& Auicenna ſepem, & ſepedonem ſpecies cenſet viperarum.

tum. Quod vero ad Aſpidem ſpectat, Nicolaus in Serm. 4. cap. 18. viperam cum Aſpide confundit; pariter & Bartholomæus Montaguana apud Nicolaum Leonicenum in Lib. de Dipſade. Dubitauit verò Cardanus in opere de Venenis, an Aſpis è viperarũ genere ſit; licet apud Geſnerum exploratum ſit, aliud genus aſpidis eſſe, quam viperę: neque aliter ſentire videtur autor libri de Theriaca ad Piſonem. Re autem vera ſpecies apparent diuerſæ per communia duo veterum adagia: quorum alterum eſt; aſpis à vipera: primum Gelatini Diogenis effatum, cum aduertiſſet duas mulieres colloquẽtes; alterum eſt aſpis à vipera venenum mutuatur; dictum de homine malo, cuius contagio fit alter deterior. Cæterum & viuiparus Maraſſus eſt, qui plures una die ſigillatim tamen parit; autor Nicolaus Leonicenus. Quin & de viperarum genere deliberate Maraſſum fecit Franciſcus Maſſarius in 9. Plinii c. 14. eſtque adeo conſimilis viperæ Maraſſus, ut pleriſq; creditũ ſit pro legitimis viperis per theriacopœos ſubſtitui ſæpè germanos Maraſſos; licet ex aduerſo videatur quidam ſcriptor innominatus apud Cęlium in lib. 6. Lect. antiq. c. 16. Sed ex eruditioribus habitus ad hos Bernardus Deſſenius Hæmorrhoum Cenchriten, Dipſadem viperis reſpondentes dixit. Sed & dipſadem plerique de viperę genere faciunt apud Ioannem Greuinum & maxime apud Galen. lib. de Theriaca, & apud Aetium, & apud Cardanum quoque. Refragantur Leonicenus, & Scaliger exerc. 152. Cum qua tamen dipſade confunditur à pleriſque Preſter, quę viperę ſpecies à Bellonio refertur. Dipſadem aliter aſpidis ſpeciem fecit Solinus, & Iſidorus. Cęterum quod ad Hęmorrhoi cum vipera Deſſenianum conſenſum, hunc etiam admittit Iulius Cęſar Scaliger in Comm. 18. ad lib. 11. Hiſtor. anim. Ariſtotelis; quin etiam prior Aelianus in lib. 15. animantium Hiſtorię c. 13. His nos & Cęciliam quadrupedulam anguem accenſebimus. Cuius rei, tum veram enarrationem, tum repræſentatricem figuram expoſuit nobis Ferdinandus

Im-

Imperatus in calce Hiſtorię Naturalis.

Hęc viperę cum ſerpentibus aliis uniuerſa cognatio eſt; quę illi fuerit nobis uſui, tum ut viuipara Pythię noſtrę comprehendatur ſingulariter natura; tum ut ſi commiſcere cum certis quibuſdam anguibus hanc plerique voluerint, intelligant ipſam eminere, ut quę ſit omnium quotquot extant ſerpentum abſolutiſſima.

§. IV. *De Coitu Venereo, & Satione Viperæ: deque loco parientis ſollenni.*

DE genere, deque ſuo viperę loco, cẽſuue iam habes: hinc ad generationem & ad primum harum coitũ, quem ipſę concelebrant, pergamus. Concelebrant autem ad communem hunc ſerpentium modum. Quę pedibus carent animantes, oblongo donatę teretique corpore, exigua ſui parte ſub venerem coniungi compotes ſunt, nequeuntque per incõmodam corporis ſui formam commodè ad generationem adaptari; ideſt ſeſe amplecti per membra, quę nulla ſunt: pro quibus tamen agilitate corporis utentes natura docente, neceſſitate compellente mutuò ſeſe ac ſpiratim in compar coniugis corpus adapplicantes, funiculi duplicis in modum ita complicantur. ita cohęrent, ut unius bicipitis ſerpentis corpus unum planè videatur, unis tantummodo capitibus inuicem abductis, niſi quantum ſeſe viciſſim exoſculantur, ideſt delambunt.

Interim exſerit in biualuem vuluam maritus genitale duplex; quod hiſpidum, ac ſpinoſum ſinus uteri denſiores undique ſcalpit ac peruellit. Sic virus vitale, ut ait Plinius, & elementum genitale in fundum vipereum eiaculatur. Hæc vera ſationis ratio eſt ab una τῇ ἐχιδνατομῇ viua ſerpentis inſpectione dictata. A qua multifariam aberrauere priores, Herodotus, inquam, Nicander, Horus Apollo, Aelianus, Plinius, & inter omnes maximè Galenus, ſi modo Galeni liber eſt is de Theriaca ad Piſo-

nem,

nem, in quo tradita eſt ea narratio. Denique Iſidorus, qui conceptis aſſeruit verbis, quod maſculus ore inſerto viperæ ſemen inſpuat. Qua quidem narratione, aut conceptione quid ſtultius, quid abſurdius, quid alienius à natura dici queat? Tranſlatis ſcilicet de vulua in os, & in ſtomachum receptaculis, vacuis penis officiis, rictui traditis; mutata de ſemine in ſaliuam materia; caſſo ſuo munerum multorum inſtituto inuerſis ſuperiorum atque inferiorum ordinibus, peruerſis deniq; inculpatis naturæ conſiliis, & geniali eiuſdem illuſa prouidentia. Diuine igitur Ariſtoteles, quippe qui mens quaſi colluſtrata diuinitus à magiſtro Platone dictitari conſueuit ac fuit, in 3. de Generat. animal. c. 5. quod neque piſces ait, ut quidam ſcripſere, neque ulla animalia ſemine per os impleantur. Meatus enim, qui per os intro tendit in ventriculum fertur, non in vuluam; quodque ventriculum ſubierit id alimentum effici neceſſe eſt, quod concoquitur. Cum hac & ſecunda allucinatio commiſſa eſt commentoribus hiſce acutis: quod fœmina receptum ore ſeminantis maris, caput ingenti qua rapitur rabie voluptatis mordicus obtruncat. Quæ tamen dulcedo, quæ deliciæ nullæ ſunt, ſi non alia, quam per buccas veneream explent viperæ libidinem.

Infinitè porrò minor eſſet hæc, quam delectatiuncula purpurarum, quæ attritu mutuo Plinio in lib. 9. c. 36. lentorem cuiuſdam ceræ ſaliuant. Conſtaretque etiam natura magis illud oblectamentum piſcium minorum, qui imperceptibili nobis coitus tranſcurſu rem peragunt cõnubialem, ut aduertit Rondeletius in Lib. 4. de piſc. cap. item 4. Sed quod par eſt in piſcibus dicam. Enimuero molles, ut ſepiæ, polypi, loligines, ore ad os admoto ac ut dicit Plinius, linguis complexuque brachiorum mutuo concumbunt. Verum cui naturalis iſtorum piſcium conformatio ſpectata eſt, & ſerio facta contemplatio, huic facile conſtat, inteſtinum quaſi reflexa linea ad os reuolui, qualis & buccinis cochleiſque exitus eſt, ut in Zooto-

mia monſtraui, quo ſitu locoue genitalia ſint oportet.

Illa ſunt, fiſtula duplex feminæ, ſimplex mari, per quas inuenit venus viã. Ille igitur ad generationem eſt, ſiue oris, ſiue linguarum in coitu molliorq; piſcium conſertus. Quem uſum imitari viperarum genus deficientibus organis non poteſt. Quare nulla intercedit inter utraſque animantes in hac hypotheſi comparatio, nullaque viperarum per os fit ſuauitas Hymenęi. Sed enim voluptas illa meliorum, ſi ſapiant, iudicio fiet, quod penes duplices hiſpidi ſpinoſique denſiores, & retruſiores uterorum anfractus penetrando, ac reuerſando titillatum Veneris egregiè concelebrent: quod domeſticis verno tempore felibus etiamnum accidit, eadem, quam dixi, penis hiſpidi gratia. Inde igitur eam agitatæ veneris ſuauitatem ſentiunt viperellæ. Cæterum, quo naturę conſilio ſquameus & hirtus his animantibus fuerit inditus penis, poſcit locus, ſuadet argumentum, ſemel enarremus; quod tamen exſequemur breuius. προλαμβάνοντες ad hunc modum.

An quod hiſpido ideſt ſquamoſo habitu fera, ſquamoſum item atque hiſpidum æque penem, qui & exterioris eſt ſua natura atque uſu conſpectus, habeat oportet?

An quia ſub tam oblongo corpore, ſepoſitis longè vaſis ſperma parantibus ac deferentibus excitandus vehementius erat ſenſus? Porro quemadmodum ad longius & intimius aula in ampla conſidentibus, validius pulſandæ ſunt occluſæ fores: ſic ad plenè commouendum genitale ſemen & huius depulſores in poſtrema viperæ vulua valentius affricandum erat, & quatiendum id quod exſequi ſolus aſperrimus valebat colis.

An denique factum eſt illud, quia conſultum ſic uſibus humanis voluit prouidentia. Neq; enim in poſtremis animantibus eſt vipera, verum in perneceſſariis ut alias oſtendi, quam ſerio affectat extare natura. Sic beſtiolam condidit libidinoſam tradente in 4. Stromatum Clemẽte Alexandrino. Sacra hinc ſcriptura vocauit fœtus vipera-

perarum libidinoſos, ac voluptuarios, ventrique ac peni ſeruientes, & propter mundanas voluptates ſua inuicem capita abſcindentes. Salaci autem animantis naturæ conſona erant adaptanda genitalia membra. Atqui talia ſunt ad unguem impoſita.

Naturalia ſeminantis viperæ gaudia cum audieris, adulterinæ mox eiuſdem cum muræna nuptiæ ſunt audiendæ, narratore in Halieuticis Oppiano per hæc: Cumque ›› proximum eſt ut vipera complexu venereo iungatur cum ›› murena; venenum vomitione reiicit atque expellit, ut ›› bellus decoruſque ſponſus videatur: poſtmodum edito ›› ſibilo tanquam Hymenæo quodam ante nuptias miſſo ›› ſponſam appellat: atque ubi mutuam veneris libidinem ›› inter ſe expleuerunt, hæc quidem ad mare regreditur, ›› illa vero reſorpto veneno, & recollecto ad domeſticam ›› ſedem reuertitur. Ita Oppian. in lib. 1. Halieuticon, item- ›› que Aelianus in 9. Ego vero quæ commenta, inquam, & quę anilia nugamenta, beſtias terreſtres ad maritimas adire, viperam in mari verſari, murænam in terra? An vipera ſuo marito natura congruenti præferat alterum opificio & organis incongruentem? an viro ſuo non melius coaptetur muræna? Diſparium porro, quæ contentio ſit, quæue appetentia? quæue reciproca ſit fiducia? conſonumne ſibilo nuptias vocari? num ad tempus euomere? vomitum reſorbere? atque alia huiuſmodi, quæ ſunt dianoeticæ facultatis, & intellectricium mentium confingere? Quam rectè hæc exploſit Andreas autor ab Athenæo citatus. Verum enim vero quæ fabulæ totius anſa, quæue origo fuerit, dicam. Mira eſt Myri maritimi ſerpentis cum terreſtribus ſimilitudo, capite, dentibus, ruſo pari colore, toto corporis ductu, ut qui Myrum copulatum viderint, ſerpentem eſſe crediderint, maximè cum ſerpentum more corpora commiſceant, ut Rondeletius adnotauit in lib. 14. de piſc. c. 5. Hæc de fœtus ſatione.

Cæterum maturos iam editu catulos, in quibus nidulatæ locis conſueuerint eniti viperæ nulli nos au- *De loco partus Viperæ ſolito.*

tores probati docuere. Verumtamen obſeruatum eſt à pleriſque, qui rem ipſi vidiſſe teſtati ſunt, viperam, ubi maturitas aduenerit partus, in ſublimi fruticum atq; arborum conniti ſuetam. Inde enim factum eſt, ut amicis quibuſdam noſtris pone quercus forte fortuna pretereũtibus viſi fuerint elapſi repentè de ramis ſerpentini catuli decidiſſe. Fuerunt autem & qui ſuper rubos ſpinis horrentes (nam neque has ſquamæ reformidant) ſatos fœtus viderint excluſiſſe. Deliguntur autem inter plurima fruticum arborumq; cacumina, ſtudio fortaſſe cautelæ; quæ loca vexatorum quorumlibet offenſis minimè omnium æſtimentur patere.

§. V. *De maturis iam catulis viperinis repurgatæ fabulæ.*

DIximus huc uſque de his, quæ ad Pythiam attinẽt matrem: nunc de Pythidis paucula contexamus, expoſituri, quid iſtis in poſtremo carcere, quid extra hũc eductis ſingulare ſit. Enimuero perfecto temporis orbe, quod quadrimeſtre eſt, grandiuſculi iam in lucem exire geſtientes, qua exitus datur ex naturalibus partim intenti lateribus matris ilia multa vi facta dirumpunt, ac proſcindunt, partim rictubus anxiis ambedunt nitentis, ſic ut paupellam exaniment, quæ non noſtra quidem eſt ſententia, verum enarratio Herodoti, Hori Apollinis, Nicandri, Aeliani, Plinii, Galeni, Lucani, Iſidori, Plutarchi, Apuleii, & ſexcentorum qui ſequuti ſunt aliorum, uſque adeo ut Grãmaticos etiam peruaſerit iſta lues, qui etymon interpretati vocis ἔχιν viperam dictam voluere ἀπὸ τοῦ ἔχειν ἐν ἑαυτῇ τὴν γονὴν ἄχρι θανάτου.

Addo maius atque admirabilius ut pro ſumma autoritate attexta huic credulitati fuerint adagia celebratiſſima, quorum unum illud eſt, quod ſicut viperulæ matrem abradunt, ita liuor edentem. Quæ ſic Ouidius:

Videt intus edentem
Vipereas carnes vitiorum alimenta ſuorum.

Ita

Ita per Hiſtoricos Hieroglyphicos, Mythologos, Philoſophos, Medicos, Poetas, Grammaticos conſtat, quod iniqui filii matrem iniquam conficiant. Quæ fabuloſa tamen eſt enarratio, veluti duæ priores. Quod demonſtratur primum ex inſpectæ ac diligenter obſeruatæ rei natura. Apollonius Thyaneus apud Philoſtratum viperam perhibuit ſe vidiſſe feliciter enixam, mox catulos ſuos amicè ac tenerè lingua delambentem, & quaſi expolientem. Fuit & hæc ipſa obſeruatio quorundam virorum, ætate Pierii Valeriani. Quo autore viperas utriuſque ſexus electas viuariis incluſerunt, eaſq; aliarum inſtar animantium coniungi, concipere, parere, educare fœtus ſuos, experimēto cōpererūt nullo deſiderato parentum officio. Quæ fuit eadem obſeruatio Amati Luſitani, & Andreæ Lacunæ, utriuſque in Dioſcoridem commentatoris. Spectauit, & hoc idem Cardinalis Toletus, ac Reuerendi Patres Collegii Romani Societatis Ieſu Sacerdotes, ut eſt apud Franciſcum Ferrandium de Corduba in Didaſcaliæ cap. 10. Compertumque ſibi factum hoc naturæ κριτικότατος adnotauit Scaliger in Exerc. 201. nonnullis eiuſmodi ſcripto mandatis in 2. de Hiſtor. animal. c.18. E noſtratibus vero naturæ conſultis non poſtremus Ferrantes Imperatus meus quondam præmonſtrator cū Nicolao Antonio Stelliola probatiſſimæ doctrinæ viro collega ſuo diligentem hunc quaſi obſtetricatum confecit grauidæ viperæ, quam in lignea theca ſuperpoſitis æneí fili cancellis aluerat, ad uſque ſuam Lucinæ maturitatem, quæ autem ex feræ partu fuerint comperta, ſua hæc ſpectatorjs teſtificatio declarat.

Ferrantis Imperati de Viperæ enarratio.

Vperæ nomen à facultate profectum eſt; non utique pariendorum ouorum, ut ouiparam interpreteris, verum ab edendi paris animalis viui, quaſi viuipara dicta cognoſcitur; falſique arguitur id quod animo concepere nonnulli, catulis antequam emiſſi fuerint erodi matris parientis uterum Enimuero reſultant hi, quemadmodum alii multigeni fœtus obducti propria tunica ventre diducta,

ducta, ſecunda vulgo vocata, quæ paulo poſt quam educti fuerint dirumpitur. Excluduntur omnes intra unum diem circiter, deponuntque ſpolium ad eum modum, quo ſtatis ſuis temporibus angues deponunt adultæ ſuũ. Sunt viperis internè ſeminaria vaſa omnia, quot ſunt animãtibus ſanguineis. Sed enim figuras ſingulas ſeruant longinquitati corporis reſpondentia. Opinatur Ariſtoteles, viperam catulos eniti ſingulis diebus ſingulos, ſuumque partum ad vigeſimum extendi diem. præterea primos excludi in membranis, quas ipſi derodunt ſexta die; cæteris vero morantibus abrumpi membranam inuolutam in clauſtro matris. Veruntamen, ut dictum eſt, vidimus nos partes omnes uno die membranis cõtectas, quas ipſi paulo poſterius à partu dirumpunt, & ſexto die reiiciunt ab ſe tuniculam, quæ illis eſt ſenectæ vice. Hæc Imperatus. Ex quibus apparet planè capitum utrorumq; ideſt recentiſſimarum viperillarum, & viperæ matris pacificus prior enixus, & pàr poſterior educatus, atque cõuictus. Nam quod immeritam patris necem ulciſci contendant ſolenni naſcendi ſerie catuli viperarum, ut morale quidem commentum, ſic vana impietatis eſt excuſatio. Nam quæ pietas inconſulto criminoſam, ſi Diis placet, inceſſere? quid matrem, & recenti & perpetuo quatuor menſium beneficio pro præterito contra patrẽ maleficio laceſſere? quid hanc vitio perdere? an iſti pro patre vix ſemel in genitura pro merito matrem continenter ad id uſque temporis benefacientem adoriri ſatius ducant, ſi rem agant, ut homines intelligentes: ſi non intelligunt, quid agant cum ęqui iuſtique comprehenſione, cum tanto mentis uſu? ſi per naturæ inſtigatum id faciant, quid ſibi voluit per hæc natura genitorem primũ, mox genitricem perdere. Tertio, & quas adultas utriuſq; ſexus viperas, cum generationem ineunt, complentque? Vana quidem, vana & niſi ſomniantis eſt commentatio illa poetæ Sympoſii:

Non poſſum naſci ſi non occidero matrem.

Occi-

Occidi matrem, ſed me manet exitus idem.
Id mea mors patitur, quod iam mea fecit origo.

Verum enimuero quid tot tantoſque viros permouerit, quidue repoſitum in hac ſuaſione ſubiaceat, expromam. Soboles vicenorum & ſupra natorum à conceptu iam grandium, & victus, qui ſatis ſit, egenorum anguſtis uteri claustris compreſſi plurimùm incommodi ferunt. Quare meliorem vitam quærentes, atque ab his ſe angoribus expedientes quoquo verſum exitum tentant, & quodcumque offendit, proculcant. Sic foribus demum effractis optata lucis uſura potiũtur. Interim fit tum, ut quum tunicis ſiue intra loculos, ſiue extra diſtractis, ſerpentigera ſoboles veniat, factum hũc credant fœtæ viperæ dilaniatu. Quod ſi nonnullus in utrorumque connixu cõtingeret uteri quaſſatus, is communis eſſet Galeis & Vulpeculis marinis prælongis piſcibus, qui ſinuoſo & abducto ventre quum non ſint, pariter à multiplicibus natis afficiuntur. Ita catuli ſuæ parenti, ſi quid officiunt, imprudentes ac nolentes efficiunt. Cæterum eductis, quæ natorum omnium erga matrem eſt affectio atque coniunctio, communis eadem & viperillarum erga viperam genitricem neceſſitudo & charitas eſt. Nempe obſeruatum eſt hos nouiſſimè excluſos, quum admodum multæ ſui generis in capſula, ſicut fit, confusè congererentur, nihilominus teneros natos ſic adhærere lateri ſuæ parentis, ut mirum ſpectatu ſit, ſimul & iucundum, quam belle fœtatricem ſuam norint, quam carè complectantur. Grandem, & incomparabilem naturæ vim, qua genus gratiam nullam expertum comitatis & benignitatis, hanc nihilominus cumulatam principiis in ſuis experiatur & perfungatur.

Pa-

§. VI. *Pariendorum partorumque Catulorum obſeruationes.*

TEmpus eſt nunc de reliquis ſeu pariendorum ſeu partorum catulorum affectionibus, & conditionibus referamus. De qua re primus Ariſtoteles, luculentam nobis reliquit narrationem deſcriptam in Lib. 5. de animantium Hiſtor. c. poſtremo; quam nos & ſequamur, & interpetremur oportet, meliorem alium nullum ducẽ habituri. Græcè verba Philoſophi fuere: Τῶν δὲ ὄφεων ὁ μὲν ἔχις ἔξω ζωοτοκεῖ ἐν αὐτῷ πρότον ᾠοτοκήσας. τὸ δὲ ᾠὸν ὥσπερ τῶν ἰχθύων μονόχρουν ἐστιν καὶ μαλακόδερμον. ὁ δὲ νεοττὸς ἄνωθεν ἐπιγίνεται. καὶ οὐ περιέχει φλοιὸς ὀστρακώδης, ὥσπερ οὐδὲ τῶν ἰχθύων. τίκτη δὲ μικρὸν ἐχίδα ἐν ὑμέσιν. οἳ περιρρήγνυνται τριταῖοι ἐνιότε δὲ καὶ ἔσωθεν διαφάγοντα, αὐτὰ ἐξέρχεται τίκτει δ᾽ ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ καὶ καθ᾽ ἕν. τίκτει δὲ πλείω ἢ εἴκοσι. Gazæ conuerſio fuit hæc:

„ Vipera è ſerpentibus una animal edit, cum intra ſe oua
„ primum pepererit. Ouum hoc unius coloris, & molle, ut
„ piſcium eſt. fœtus ſuperne conſiſtit: nec cortice contine-
„ tur, ſicut nec piſcium quidem. Parit catulos obuolutos
„ membranis quæ tertia die rumpuntur. euenit interdum,
„ ut qui in utero adhuc ſunt abroſis membranis prorum-
„ pant. Singulos diebus ſingulis parit plures, quam viginti.

Scaligero vero hæc translatio fuit. In ſerpentum gene-
„ re vipera concepto intra ſe ouo animal parit. Eius oui
„ cutis unicolor ac mollis, ut piſcium, ſuper extat ca-
„ tulus ab ſummo. Neque enim teſtaceo ambitur corti-
„ ce, ſicut neque in piſcibus. Parit viperillas exiguas in
„ membranis, quæ tertio die circumrumpuntur: fit aliquan-
„ do, ut catuli dirupta abſe matre egrediantur. Sigillatim
„ parit: abſoluit uno die, interdum plura viginti locus his
„ Ariſtotelis ſalebroſus eſt, tum ipſe per ſe, tum redditus
„ talis à pleriſque.

Quod ad ipſum per ſe pertinet, mouet dubitationem. Primum quod pro ἐχίδνα dixit ἔχις contra communem omnium morem. Deinde quod dixit πρότον ᾠοτοκήσας. ouo intra

ſe concepto conuertit Scaliger. Ἰχ́ις porrò quando femina eſt Ariſtoteli, qua quęſo ratione ex ouo per ſe gignat, aut abſolutè? Ex ouo ſanè non accidit ut animal procreetur, niſi accedente compare genitura matris afflletur, & grauidetur, ut habet idem Ariſtoteles in Lib. de generatione animalium. Hoc ergo deſiderabatur ſaltem breui explicandum, ut rei natura perciperetur. Vidimus quippe nos viperas, quæ ex quadrimeſtribus ouis in lignea theca nil fœtus edidere. quia nimirum oua non fuerant vi ſeminis infecta, & fœcundata. Dixi equidem infectionem, cuius alioqui vis eſt tanta, ut ſemel coeunte cum gallinis gallo toto ſint fœcundata anno oua. quod induſtrius adnotauit Hieron. Fabricius in Libr. de oui & pulli formatione c.2.p.37. Tertio velim ex te reſcire, quo referatur id, [illegible]? aut etiam quomodo hoc connectatur cum eo quod eſt, ὁ δὲ νεοττὸς ἄνωθεν γίνεται? Fortaſſe voluit id ſibi Philoſophus quod, quia mollicorium eſt ouum, ſic poſſit de ſuperioribus ad inferiora deſcendere. Alia negligentiæ aduerſus Ariſtotelem eſt inſimulatio, quod non declarauit unquam, cur in ſuperioribus ouis gigni catulos primum voluerit natura, qui mox ad uterum ſint delapſuri. Cuius nos rationem reddimus hanc, quod in ſuperiore ſitu iecoris cordiſque calida miniſteria ſuppetere poſſunt abundè, quò materia cōparandæ ſoboli deriuetur: inferiore vero uteri parte ſeminariæ ditioni propinqua plenius conformari compleriq; poteſt omnis œconomia. Cæterum viſe, quæ Hieron. Fabricius in parte prima de formatione oui pennat. c.3. & de pennat. uteri actione c.2. p.33. conſcripſit. Sequuntur ſalebræ non ſuæ, ſed per interpretes inuectæ. Parit catulos obuolutos membranis, quæ tertia die rumpuntur. & euenit interdum, ut qui in utero adhuc ſunt abroſis membranis prorumpant. Græcè pars poſterior eſt: ἐνίοτε δὲ καὶ ἔσωθεν διαφαγόντες ἐξέρχονται, aliquando verò & internè abrodentes egrediuntur ipſæ. Quid autem Gaza addidit de ſuo, qui in utero, (ut imponeret incautis, vulgatam uteri materni

abroſionem, quam alioquin Ariſtoteles non attigit, cui tamen manifeſtam ambeſtionem attribuit (hoc in loco verſione ſua Scaliger) qui fit ait, aliquando, ut catuli dirupta abſe matre egrediantur. Quæ quidem, & demiranda magis eſt hominis tranſlatio, quod alibi per lib. 2. de Hiſt. animal. comm. 28. profeſſus eſt falſo creditum à multis viperas parientes perire. Ita ſcilicet ingenia variant in horas ſibi ipſis non conſtantia. Quas ob res agnoſco demum in conuertendis plerumque ſenſibus αὐτογράφοις ſatius eſſe verba ſequi ipſa, quam noſtros pleroſque ſenſus affingere probabiles, qui poſtmodum euadunt improbabiles. Fit enim hac ratione periculum frequentius, ut, ne ſenſus inducantur ſui, ſuffigantur alieni. Quanquam & Græca Ariſtotelis phraſi deceptus creditur Plinius, qui tradiderit à viperellis abrodi parituræ matris uterum. Verum ego meam cum Rhodigino feram opinionem. Ab alio præterquam Ariſtotele authore ideſt ab Herodoto, vel ab Horo Apolline hæc mutuatũ Plinium; indicio illo probabili, quod his utriſque conſenſerit de corroſo per viperam in venere furientem generantis mariti capite. Sed Plinii nunc cæteram hiſtoriam de vipera diſcutiamus. Ambiguitatibus quidem pleriſque ſatisfecit optimè Rhodiginus, qui tamen non ſuſtulit eam, quæ maxima eſt Plinioque indeprecabilis culpa, nimirum ſi ſuis in verbis modo recitatis Veronenſis hiſtoricus intellexit internam ouorum impendente partu, diruptionem, quemadmodum Cælius interpretatus eſt. Porro quid in ouis ſenſerit idem toto geſtationis ſpatio cõtineri viperellas, quæ maturo iam partu delabantur in uterum? Hoc certè qua ſibi ratione perſuaſerit non diſcerno, qui equidem credo ſatius multo ante tempore fieri fœtus iſtam tranſmutationem localem, ſicut multo ante tempore facta fuit ex ouo in anima immutatio. Nam poſtquam eſt fœtus grandior factus ſubinde credendus eſt deſcendere ad inferiorem uteri ſedem. Enimuero poſtquam conformãdo ritè catulo per ſuperiores uteri partes fuerit ſubminiſtrata

niſtrata

niſtrata competens materia, mox ad inferiora conformandus, & complendus deſcendit fœtus, quemadmodum obſeruator naturæ diligens enarrauit Hieron. Fabricius in lib. de Ouo, & Pullo citato, quod multo antiquius & longinquius eſt tempus, quam ut tertia ante partum die cõſummatur, & matureſcat. Numerus eſt reliquus, & viperarũ excludẽdarum modus: quorum utrunque ut controuerſum eſt ſic æque definiendum: quæ duo nos exequimur ad hunc modum.

Numerum quidem excluſorum catulorum ex Ariſtotele ſic interpretatus eſt Plinius eodem ipſo loco, quem ante commemoraui. Singulos ſingulis diebus parit xx. fere numero. Quem ducẽ ſequutus eſt Gaza priore ſententiæ parte; in poſteriore vero diſſentit, qui vertit plures, quam viginti numero. Nicolaus Leonicenus in Libr. de Dipſade etiam Plinio & Gaza reprehenſis ſuam intulit translationem, quæ eſt: parit autem una die ſingulos, » parit autem pluſquam viginti. Vt ſenſus ſit verborum: » non quod ſingulos ſingulis diebus pariat, imo quod una die pluſquam 20. numero, ſingulos tamen, hoc eſt non binos, aut ternos, aut quaternos ſimul, ſed unum poſt alterum. Quod (etiam addidit) facit Maraſſus fœmina, quę plures una die ſigillatim tamen parere viſitur. Quæ profeſſus Leonicenus videtur ſtatuiſſe, totum edendorum numerum abſoluere uno die viperas. Quod etiam ſenſiſſe viſus eſt Scaliger Leonicenum fortaſſe ſequutus, qui vertit: tribus periodi membris ſigillatim parit: abſoluit » uno die, interdum plures 20. Sed multo omnium clariſſimè Ferdinandus Imperatus, cuius aduerſionem atq; obſeruationem ante recitauimus. »

De Numero catulorum.

Hactenus de hac re ſcriptores iſti omnes, quorum de iudicio ſiquid interponere liceat mei ſenſus, hic ille eſt; quod hæc Imperati viri ſanè integerrimi æque ac vigilantiſſimi teſtificatio, quę de quoto partus tempore ſatisfacere cuique poſſet, ut hic idem cum eo crederem deliberate. Verum contra hunc apertus eſt Ariſtotelis intelle-

ctus ab his verbis ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ καθ' ἕν. Quibus reſpődent hęc, *una die ad unum*, velut etiam Scaliger, *una die ſingulatim*. Hæc autem vera ἔκφρασις, cætera metaphraſis potius. Benè item Leonicenus Plinium, Gazamq; coarguit, quod concludentem Ariſtotelem una die connixum, partumque omnem non comprehenderint, decepti lapſique lubricè illo [καθ' ἕν] verum non aduerterunt hoc definiri illo ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ. Secus enim dixiſſet author, καθ' ἡμέραν, nő autem ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ.

De membranis viperellarum.

Supereſt de inuolucris viperularum, quas certum eſt è clauſtris excluſa matris comportas ſingulari a ſingulis, utpote quæ ſanguine polleant, deque cenſu animantium ſiut perfectorum. Suſpecta propterea creditur Bellonii narratio, quod Ariſtotele valere miſſo, membranarum in viperulis inuolucra inficiatus eſt aduerſo ſuo quodam experimento, quod quale fuerit non intelligo, niſi quod viperulis ademerit tunicas, quas matris credidit membranas, ut certè crediderunt ante alii ex antiquis, quod abroſa matris viperarum omenta rati fuerunt, quæ catulis debebantur Conſtat autem non animantium omnium & partibus, & fœtibus inſeparabiles & congenitas eſſe tunicuias perpetuo; verum & plantarum partibus, fructibus, pomis, ſeminibus, ouis, etiam monſtris, aut monſtroſè editis. Adeò naturæ requiſitus, adeo neceſſarius viſus eſt uſus tegumentorum iſtorum ad ſingulos naturæ concretus. Peruerſum igitur infirmumque Bellonii iudicium, qui promiſcuè multis obſeruatam rem non agnouit.

Diligentius profectò, ſe, ſuaque omnia parauit Imperatus noſter, qui circumſtantes iſtos amictus lucem nouam viſentibus ſingulis viperellis adiudicauit, & adnotauit. Cum qua viri obſeruatione profecto par eſt, ut noſtram hanc de partu viperæ contemplationem & diſcuſſionem denique concludamus, ſi tantummodo præmonitum ſit, cætera, quæ deſiderari videantur, in cætero libri tranſcurſu ſuppletum iri.

Ana-


Gio. Georgi f.

ANALYSIS VIPERAE. CAP. XI.

§. I. *Rerum diuiſio, & quorumdam præluſio.*

ARtes omnes unius magiſtræ naturæ imitatrices, & vetus prodidit Philoſophi doctrina, & nos in lib. 2. Zootomiæ ſigillatim oſtendimus. Ducem ſuam uniuerſæ adumbrant, ut equidem exiſtimo, bifariam. Aliæ, inquam, momenta, & partes reſolutas componendo; aliæ compoſita, quæ ſeſe offerunt opificia, reſoluendo, & quaſi retexendo. Hæ quidem analyticæ, illæ ſyntheticæ dicentur nobis. Ratio autem perfungendi binis, ſyntheſis erit, atque analyſis. Sed præſtat exemplis utraſque declarare. Effectrices, & mechanicæ compoſitiuæ videntur plurima ſui parte, ut agricultura, panificium, muraria, ferraria, pictoria, ſculptoria, pharmacopœa. Excipitur huius aliqua pars, qua præſtantiores cuiuſpiam medicamenti particulæ ſecretrice ignis arte ſeliguntur, ac ſelectæ reponuntur. Excipitur, & metallica, quę lapides, aurarium, argentarium, ęrarium, atque alia adminiſtro item igne ſecernit purgamenta. Hæ quidem ex effectricibus multis.

Cęterũ ex actiuis pleræq; ſunt etiã, quæ munus ſuũ coagmẽtãdo perſoluũt, ut Grãmatica, Geometria, & ut sũmatim dicam, omnes mathematicæ ſpecies, quæ cum μαθήματα ideſt diſciplinas viſum fuerit appellari ſapiẽtibus, id equidem eò refero, quod ab addiſcentibus pueris per quotidiana dogmatum coagmenta comparentur. Pauciores numero ſunt Analyticæ doctrinæ; quarum è rationalibus eſt Analytice Ariſtotelis miro artificio conſcripta. Ex naturalibus vero Chymice & Anatomice; quæ miro utraque modo exſequuntur analyſin retextricem eorum, quę Deus opifex arctiſſime contexuit. Clarius autem Ana-

Anatome; quæ quod ſingulariter hac ratione perfungitur, inde nomen nacta videtur: quæ per duplicem profeſſorum factionem propoſita eſt item duplex: altera, quæ non manu quidem armata ſcalpris & vario rerum inſtructu in corpore adminiſtratur exanimi, quod crebro lancinatu ſit violandum, & minutim pertentandum; verum excellenti perficitur iudicii acribia, ingeniique ſolertia, diſpicientis altè conditam, & arcanam corporum naturam; relatis quotis quibuſque eorumdem affectionibus ad comparis macrocoſmi reſpondentes partes & conditiones. Hæc autem Anatome, quoniam eſſentiam corporis venatur, eapropter eſſentialis, quoniam vero conſtante mortalium vita celebratur; ob id vitalis eſt appellata, & ab Aureolo Theophraſto primum inuecta. Qua multo antiquior eſt altera dogmaticorũ propria, in mortuis pręciſe exercitata & culta, partiũ, & uſuum in viuentibus ediſcendarum gratia. Hæc item duplex. Altera interpretatoria, ſeu diiudicatoria, qualis eſt ab Ariſtotele in lib. 16. de partibus animalium & Galeno in opere de uſu partium, & ab Alberto Magno in opere de Animalibus, & ab Edoardo Vuottó Anglo, in Lib. de differentiis animalium, & à quibuſdam aliis pertractata. Ego vero viperei corporis anatomen cum aggreſſurus ſim, ante dictarum trium formarum nullam pro virili non attingam, ſingulas ſuo loco diſpoſiturus. Vitalis, inquam, & Theophraſtea in cap. poſt hoc 3. tradetur. Hoc vero & proximè ſequuturo, tum θεωρητική, id eſt contemplatrix, tum ἐγχειρητική, id eſt adminiſtratrix deſcribetur. *Locus quo diſpoſita vitalis anatome fuit.*

Incipiã a cõtẽplatiua, utpote quę generalior & cõior eſt tractatu. Per hanc nos primum cognoſcere tentabimus abſolutam viperę naturam, inde exorſi, quę tum corpus omne comprehendat, tum partes. Verum non faciam ut ii, qui corporis forma neglecta & in obſcuro relicta, partes dumtaxat expoſuere. Structura mihi uniuerſa, ut amplior ambitu, & circumſcriptione, ita etiam expenſu dignior ante repetetur; imo quo illibatior quoque, ita

ſub-

ſubtilior obſcuriorque. Quocirca non modicum equidem videor facturus operę pretium, ſiquid eius diſciplinæ, aut potiſſimæ partis commemoratu dignum attulerim; Attulerim autem hæc.

Natura procreatrix in uniuerſo quidem rerum opificio multam artem, in viuentibus maiorem, in animantibus educendis longè maximam impendit. Cuius enim generis architectando grauiores & numero plures ad ſummã animo concepit uſus, in hoc æque diligentiorem ſe fabram voluit, & dædalam magis. Atque ſunt animantia, quemadmodum equidem in Zootomes Præfatione demonſtraui præ cæteris in uniuerſa rerum natura perquiſitiſſima. Ex hoc autem omni genere non difficile fuerit ſerpentis ideam extendere ſupra modum, ſupraque fidem omnem artificioſiſſimam.

§. II. *De motione corporis generatim: & quod hæc prima, & potiſſima ſit omnium functio.*

DEus omnium autor ſumme bonus, ſummeque ſapiens ac valens cum hanc rerum uniuerſitatem ex amplo ſuo poteſtatis ſinu, hoc eſt ex nihilo, deduceret in naturam, ad ſuum ipſius ſpectans exemplar, quod infinitè pulcrum eſt, fabricationem, & molitionem ſuam non potuit ſibi non reſpondentem ac per ſimilem condere. Quapropter & circulo recurrentem in ſeipſum, ex cœlo, atque elementis, materia aſſiduis huic formis creaturarum viuētium, ſeminibus, aſtris, quæ cuncta moueant, errantibus ac fixis ornatum edidit hunc, quem eodem nomine dicimus mundum. Ex tot autem corporibus uniuerſis innumera animantium genera procreauit, quantũ ad ſe ipſa pertinet, perfecta: quin, & aliorum, ſi agi priora comparentur, imperfectorum ordinis eſſe voluit, quorum nulla ad perfectionem uniuerſi tuendam non ſint, licet non perfecta. Hæc autem, & in ſpecie ſua ſingula etiamnum inſtituit pulcra: quæ nos inſecta, ideſt ex pluribus

bus

bus coagmentata nominamus. His quodam ordine finitima ſunt reptantia; ſed quæ ſpiritu & ſanguine gaudeāt longè ſunt digniora: verum inuiſa, & deſpecta,quod nedum non adhæſu, vel ictu leui moleſta, ſed & vitæ nocentia non rarò ſentiantur à nobis, cuius ordinationis nihilominus pleræque fuerunt cauſæ per Theologos relatæ. Verum communibus hominum ſenſibus accõmodata videtur una,quam præter Virgil. & alios Claud. deſcripſit ſcitiſſimè. Ex quibus,& aliis,quę nos ſilemus,planū fit,ad abſoluendā & complendam uniuerſitatem creatas fuiſſe minus præſtabiles, aut ſi vocem mauis, deſpicabiles has animantulas. Ex quibus ſi quidem angues cēſueris;& hos oſtendam opifici intelligenti peruiſos non in poſtremis. Quod declarat,non dico præcipuus iſtorum uſus ad mortalium ſalutem directus, ſed fabrefactio non minus quā alia quælibet admiranda. Quam architectationem antequā præludā, ſtatuere primū oportet, & ſupponere,quæ ab Hieronymo Capiuacca excogitata doctore, Michaele vero Gauaſſeto auditore enarrata fuerunt, item ab Euſtachio Rudio Vtinenſi in cap. de uſu corporis humani cõfirmata. Sed Gauaſſetus in lib. de Præludiis,ſeu potius de fundamentis Anatomicis c. 6. monſtrauit unumquodque corpus animatum perfectum inſtrumētum eſſe commune, cuius una ſua propria ſit functio communis, in quam cæteræ omnes confluant, & conſpirent. Iſta autem actio motus ſpontaneus eſt in brutis, in homine vero motus voluntarius rationalis. Hic vero quamuis extremè ſit artificioſus, artificio tamen non deſtitutæ ſunt brutæ animantes. Verum magis minuſue ad abſolutionem acceſſere. Acceſſerunt quidem ad humani opificii dignitatem proximè, ſimia, ſus, urſus, canis, quadrupedes præſtanter fabrefactæ. Verum ex apodis ideſt pedum, ac manuū beneficii expertibus quantum quidem in angue opificii non callent introſpicere plurima pars hominum. Tantundem ſpectabilis & honorabilis eſt eiuſdem fabricatio.

Ad corporis humani ſtructuram accedentes proximè animātes.

Enimuero poſtquam gratia præcipua motus localis, ut dictum eſt ante, creatum ſit unum quodque corpus animantis; hæc motus munera tam cumulatè, tam abundanter explet anguis, ut ſi plenè cognoueris admirari cogaris. Quippe ſuperat animantes in hoc munere uniuerſas, neque etiam exceptis, non dico, ſimia, ſed equo ipſo, qui per equitandi magiſtros miras & innumeras in elegantiam, & in belli vecturæque neceſſitates edunt motiones. Hanc quidem animantis ſellularii agilitatem ac dexteritatem, quæ maxima eſt, ingenuè diſſimulare, aut diffidenter inficiari non debes. Eſt verum, etſi difficile receperis, cedit anguinæ me iudice mobilitati ac volubilitati prope Vertumnianæ, quã mihi conuertendi varietatem hic oſtenſuro pleraque de progreſſu animantium, & ſtatu, ſed ſtrictim ſunt carpenda. Quæ ſunt videlicet. Greſſum itumque animantium variari natura ſecundum ſpecies ipſarum. Bipedis rectæ, bipedis pronæ; quadrupedum; multipedum, & apodum notæ motiones. Singularum autem formarum ſummus Ariſtoteles hos expoſuit itationis modos. Hominem ſecundum diametrum moueri; bipedes, aues ſecundum duas notas; quadrupedes ſecundum quatuor: ſerpentes item quatuor notis & voluminibus 4. ut τετραλικτοι dicti fuerint. Epigram. 3. Sic porro lacertus terreſtris, ſi pedibus priuetur, non aliter quam ſerpens agitari comperietur, neq; ſerpens aliud profecto videbatur quam Lacertus aut Lydus Dioſcoridis, aut Imperati Scincus, ſi huic lõgiorẽ corporis excurſum addas, pedes demas, reſtetq; longior & expedatus, ut ad collationem requirit Ariſtoteles. Vtræque autem animantes τὸν ὁλκὸν ideſt alternum corporis & caudæ tractum faciunt gradientes: à quo non abludit id, quod eſt apud Virgilium, *Tractu ſe colligit anguis*. Verum quid commemoraui Lacertum, non potius congenerem Cæciliam, quę Ferrando Imperato ſerpens viuipara quadrupes viperam ſuperat uno pedum miniſterio, licet puſillorum, & adeo exilium, ut veſtigiorum modo ſint. Ita ſingulis

Lacertus expedatus alterum ſerpentem refert.

gulis

gulis generibus ſtati ſui ſunt motus. Itaque & ſerpenti ſuus: de quo legite Ariſtotelem lib. de Animantium motu, & lib. de Animalium inceſſu, cum ſuis enarratoribus; quorum autumo diligentiſſimum Hieronymum Fabriciũ in Lib. de greſſu animãtium, & lib. de reptatu. Neq; enim mihi vacat, aut expedit in anguſto ſermonis huius circũſcripto longius in his deuagari. Nempe mea mens, meæque partes ſunt oſtendere quam longe multiplex ſit anguinus, & quam varius motus, quot, & quales tum generis uniuerſi, tum ſpecierum complurium, mox exponam: ſi prius tamen prælongum ac teretem ſerpentis ductum expẽderim, inde exorſus, ἀναλόγως quidem ex capillis mulierum in udo loco ſolis radiis expoſitis oriri ſerpentes memoriæ prodidit Auicenna in libr. de Animalibus. Multo vero prius ex Gorgoneis capillis natos ſerpentes commenti ſunt poetæ, & horum ingenioſiſſimus Ouidius Metamorphoſeon. 4. *Gorgoneum crinem turpes mutauit in hydros*. & Virg. in Aeneid. 6. Ex medullis humanis ortas angues voluit antiquitas, & Ouidius lib. 15. Metamor. Hac item idea & virga per Moiſen in Exod. 7. fuit in anguem mutata. Iam vero per opificem uſuum cõſultiſſimum formati fuere ſerpentes oblongo corpore motus ocyoris gratia. Natrix quippe torquata velociſſima tranatu eſt. Sic & alii plerique. quippe anguli complures incedentibus ſuperni infernos, & inferni ſupernos adiuuant ad impulſum. Cæcilia ſerpens cauda ſe erecta incitat ad pugnam. Gyllio teſte ſubtilitatem hanc expreſſit uno ſeculi verbo Titus Lucretius in 6. *Serpentis greſſus qualis.*

Naribus alipedes, ut cerui ſæpè putantur,
Ducere de latebris ſerpentia ſæcla ferarum.

Sic equidem obſeruaui longiſſimę haſtæ ſummo humero geſtatæ, ſummas extremaſque partes ſeſe viciſſim cõpellere ad anticum poſticumque quaſſatum. Quod ſimilitudinis argumentum attigit mirificè Maximus Tyrius in Serm. 28. per hæc: *Quemadmodum accidit longis atque exilibus haſtis, ut quiſquis vibrauerit capulum reliquas haſtæ*

partes ad cuſpidem uſque concutiat, & ut qui longi connexique ordine funis extremitatem alteram quatiat, continuam concuſſionem per medium ſpatium ad alteram extremitatem tranſmittat, ſic & humanæ menti exiguo principiorum hauſtu ad integram rerum intelligentiam eſt opus.

Hæc vis eſt inquam prælongi corporis reciproca, qua una corporis longinqua prolixitate fit, ut ſi ab aliqua corporis parte ab aluo uſque ad caput ictu aliquo collidatur debilis reddita, curſum habere non poſſit ſpina. Quia ubicumque ictus ille inciderit, ſpinam ſoluit, per quam coſtarum pedes & motus corporis agebantur, ut ait Iſidorus. Dum autem viuit, conflexa viſitur longa prolixitas neceſſario, quemadmodum habena pergamena recta contineri nequit, ſed continuo in ſe recurrit: ita & viperæ corpus anguſtum, & prolixum tenuitate ſua rectum ſe continere nequit, ſed continuo in ſe conflectitur. Hoc mihi conditoris conſilium, hæc ratio videtur, ut cum tam longo corporis proceſſu formatus fuerit initio ſerpens: Quam ideæ anguinæ conditionem minime comprehendiſſe videtur Iulius Cæſar Scaliger, qui commentario ſecundo de animalibus cap. 8. pronunciauit anguibus omnibus tenuitatem longitudine penſatam. Spectant hæc alioquin ad accidentariã & externã formam, non ad ὐσιώδην & archetypam. Cuius item generis eſt, ut ſi longè deductum anguem conflectas, aut conflexum animo concipias, præter anguinos angulos unde dictus eſt, licet ab ἄγχω ideſt à tenuitate & proceritate corporis funiculi quaſi filo diſtricta nomen anguis deriuet Scaliger in dicto Ariſtotelis comm. 3. de animalibus cap. 23. tum vide triangulum, tum vide quadratum, ſed abſolutiſſimum circulum confici comperies. Sic Aegyptii, ac Phœnices, ut enucleauit Macrobius, Ianum ideſt Mundum exprimẽtes notabant ſerpentem, qui in orbem conuolutus, ſuam ipſius caudam vorat: ut appareret ex hoc mundum ex ſemetipſo ali & in ſe reuolui; quemadmodum nos accidere videmus terræ, cui continuò ſubtrahuntur eſculenta,

Sentẽtia de cõplexo in ſe ipſum angue.

&

& rurſus hæc ab animantibus immutata recidunt, præter quem circulum ſimplicem & unum plures etiam orbes formauerit perpetuis ad ſe ipſum coaptatis gyris: & id quidem etiam dupliciter, ideſt capite vel extra, vel intra locato. Quod poſterius Acontias ſerpens facit. Obſeruarunt autem amici mei ſæpius intra reductum caput, ſeu in ſui cuſtodiam, ſeu in alienam offenſam ſublatum hunc anguem. Sic textilis dictus eſt à Sidonio Apollinari nobis facilè deſcriptilis, & omnibus modis conformabilis eſt anguis, quibus cereus certè funiculus ad volentis arbitrium conformatur.

Obſeruatio cõuoluta in ſeipſam Acontiæ.

Sunt autem humo parallelæ modo deſcriptę compoſitiones, & diſpoſitiones anguis. Inter hęc autem ambiguitas nũc ſe offert, & obliqua dubitatio, num in ſublime ſe conuoluant angues ideſt, num anguli, quos progrediendo conficiunt, hi contingant in puncto terram, neque hos eoſdem angulos conficiant, ſecundum utrumq; latus. Scolii quidem, & lumbrici ſecundum latera corpuſculum conflectunt ſuum; erucæ vero undulatim ſeſe mouentes locum mutant. Quæſtio eſt, utrum iſtorum inſectorum greſſum & itationem communem abſoluant angues, an ſecus. Virgilius quidem 3. Georg. cecinit:

Quæſtio.

Eſt etiam ille malus Calabris in ſaltubus anguis
Squamea conuoluens ſublato pectore terga.

Et Aeneid. 2.

Lubrica conuoluit ſublato pectore terga.

Et ibidem.

Pone legit, ſinuantque immenſa volumina terga.

In quibus locis per conuoluere ſe anguem ſublato pectore, ac terga ſinuare, monſtrat fermè Maro Phyſicæ ſcientiſſimus conuolui quidem in ſublime, non in latum, angues. Hanc etiam gradiendi rationem obire marinos angues oſtendit Olaus Magnus exhibita pictura, qua ſerpens immanis nõ ſecus fluctus, ac ideſt oblique tranſuerſimque progreditur, verum ſecundum ipſorum globos ſurſum datos.

Deni-

Denique quod ſublato capite plurimi ſerpentium viſuntur incedere, ſublimior eorundem greſſus quam terrę abraſus adſtruitur potius.

Capitis quippe regulam ſequi debet cęterum corpus, & non diſcordare, quo minus alter incommodet alteri. Hæ quidem ſimileſque rationes oſtendunt in altum eſſe circumuolutum ſerpentium.

Verum tamen Ariſtoteles in Libris de Motu, deque inceſſu animantium, & in hæc utraque argumenta commentatus Nicolaus Thomæus Leonicus, & Hieronymus Fabricius ab Aquapendente ad plenum oſtendunt ſerpentium ſanguineorum progreſſum extare non poſſe, pręterquam conflexibus angularibus ad terram obliquè, ſiue per latera binis: quod item explanatores omnes eorum librorum communi conſenſu cenſuere. Itaque traditum eſt à quodam docto viro, ſi Lacertis eximantur pedes hos & eodem modo ſe conuoluturos, quo & ſerpẽtes. Simillima quippe quadrupes hæc eſt angui. Quare & exſiccatam Lacertam viperæ ortum præbere ſcripſit Ariſt. ut eſt apud interpretem Theocriti, & apud Pieriũ.

Aliam greſſus inceſſuſue rationem commentus eſt I.C. Scaliger in Poetices V. qui ſuper illo Papinii lib. 5.

Scaliger de Serpentium motu.

Terrigena exoritur ſerpens, tractuque ſoluto
Immanem ſeſe vehit, ac poſt terga relinquit.

Quia motus ait reptilium fluctuabundus eſt. Conſtat enim ex pulſu primo, mox tractu, quemadmodum in cęteris quoque animalibus. Idcirco ſeſe relinquit poſt terga; nimirũ eã partẽ, quam tracturus eſt, poſt depulſionẽ antecedentem. Porro vertebrarum, & vertibilium organorum contemplatores fateri cogunt, ſuam in latus conuerſionem eſſe, pręterquam quod non dico difficile, ſed ἀδύνατον videtur, ut ſecus quam per coaptatum ad planam terram ſubſtinere ſe tam longo tamque producto corpore queat. In binis enim, qui binorum complexuum, ſiue angulorum, ſunt punctis continere ſe rectos qui valeant, anguſtiſſimo & protenſiſſimo corpore ferę. Errat

vero

vero Græcæ linguæ Theſauri autor, qui ſic illud Virg. *Tractu ſe colligit anguis*, interpretatur, ut ὑλλαταδῶς erucarum, & vermiũ, qui ſe in arctũ colligentes, & poſteriora attrahẽtes progrediũtur, ut ipſe loquutus eſt. Errauit etiã quicũque Virgilium aliter quam per πείρημα perque latus angues excurrere cogitarit. Neque facit, quod ſublato pectore, ideſt capite terga conuoluant. Reptare ſimul alioquin, & capite ſublato incedere queunt. Cæterum, qui ſibi aliud perſuaſerint, iſtorum (non me fugit) numerus eſt longè plurimus, qui natus eſt error occaſione, & obſeruatione fortaſſe picturæ, quę viſitur in plana carta, ſeu tabulæ facie, qua quoquo verſum ſecundum latus ſeſe agitans anguis repreſentatus continuo per ſpiras & ſinus in ſuperiora conuolutus videtur niſus anguis aſſurgere alternè: quia idem eſt planum tabulæ atque ſerpentis. Minimè autem talis appareret, ſiquidem in dexterum, aut ſiniſtrum contendens affigi potuiſſet, utcumque ſerpit abradens obliquè terram anguis, ac minimè per puncta quædam ventris in ſuperiora ſe conflectit.

Hoc de vero anguis progreſſu iudicium eſto noſtrum. Cęterum eſt & anguibus adſcẽſus ad ſuperiora, & ſublimiora, tantummodo lęuigato induſtriè opere nõ ſint parata, quemadmodum oſtendi fuſius in Epiſtola quadam ad Cl. Thomã Bartholinum Gaſpare parente doctiſſimo doctiorem reſcripta; quam epiſtolam ad maiorem rei claritatem in calce libri repoſitam leges.

Porro difficile viſum eſt ſolertiſſimo Dano, quod antiquam in libro Columellæ lectionem de aſcenſura ad columbarii nidos vipera ſuſtulerat Petrus Victorius pro viperæ voce ſubſtituta viuerræ. Quod non admitteret ſcilicet Victorius in ſublimia loculamenta conſcenſuram anguem organis à natura negatis. Verum an anguibus omnino negatum fuerit omne pedum miniſterium, decerni ritè rem hanc oportet, ſi voluerimus aſcenſum deſcenſumq; viperarum inficianti Petro Victorio nos abun- *De pedibus anguium analogis.*

de-

de ſatisfacere. Porro pedum delatorum haud prorſus exſortes viſi ſunt ſerpentes Ambroſio Bergomati, qui ſic
„ hac voce ſerpens ait: generale nomen eſt ad omnia, quæ
„ ſerpunt citra permutatum pedum, vel quæ tam exiguos
„ habent pedes ut repere potius, quam pedibus incedere
„ videantur. Attigit quoque pedum miniſterium anguineorum Ioannes Rauiſius, qui qua de ſerpente, Phariam pedes habere prope caudam affirmauit. Qui quoniam inclementer à Conrado reprehenditur ſimul cum Hermolao pedes Hęmorrhoi profeſſo; eſt quod utrumque virum non defendamus quidem, ſed excuſemus: Rauiſium, quod ſulcos perinde ac pedum veſtigia diſcurrens humi relinquat pharias iuxta illud Lucani:

Et contentus iter cauda ſulcare pharias.

Hermolaum vero, quod hæmorrhoi ſquamæ corporis hirtæ ſiccæque pedes referre queant. Quæ ſquamæ porro notæ ſunt pedum, ut erucis & bombycibus, vermibus ſericam materiam elaborantibus. Itaque Cardanus & Iſidorus prodidere ſerpentibus eſſe coſtas pro pedibus, & ſquamas pro unguibus. Squamas quoque pro pedibus eſſe Ceraſtis circa ventrem ex ordine obſitas teſtatus Aetius. Tetr. 4. c. 24. Quibus omnibus addo equidem, animantibus ſtructura pręſertim abſolutioribus etiamſi videantur deeſſe nonnulla aliquando, partes tamen his eſſe ſemper analogas, ut demonſtratum a nobis fuſius eſt in Zootome: quapropter & in regione Caraiam ſerpentes ſunt, quibus loco pedum ſunt ungues leoni ſimiles ex Paulo Veneto apud Geſnerum & apud Scaligerum in Comm. 2. de animalib. c. 23. Hęc de pedibus anguium analogis.

De ſpina nunc aliquot exponuntur, quę nō incongrua ſint his, quę dicta ſunt, de motionibus multiplicibus ſerpentium. Hęc certe nulli generi animantium tam eſt producta, quam angui, conſtans vertibulis crebris, & diarthroſi laxa colligatis ad latera, videlicet ad quę celebrantur flexus luculenti. Quippe probata philoſophi eſt

doctri-

doctrina in lib. 4. de partibus anim. cap. 6. notata, plura deſiderari inſtrumenta animantibus quę plures exercẽt motiones. Tantum autem eſt in ſpinę ſtructura momenti, ut eadẽ ſortito tributa Ceraſti cartilaginea tam mire flexilem anguem faciat. His omnibus expoſitis, euidens fit in anguibus facultas adſcenſus atque deſcenſus: qui deſcenſus & recta eſt ipſis, & in obliquum. Quare nedum aſcendunt in ſublime viperę, verum etiam ſurriguntur ita ut Aeliano teſte in lib. de animalibus cap. 18. extrema cauda nixę rectas, celſaſque ſe conſtituant, ut in aluum cibus auidè voratus procliuior delabatur. Hieronymus vero Cardanus lib. 7. de rerum variet. c. 29. Iſidorum imitatus ait, ſquamis pro unguibus, coſtis pro cruribus adeo rectè & appoſitè utuntur, ut nonnullę earum ad cubiti longitudinem erigantur. Iam autem cum iſtos authores nominaui, ſcire licet, & longè antiquiorem hãc fuiſſe obſeruationem Aegyptiis, Græcis, Romanis, in quorum numiſmatis & ſculpturis conſueuerunt viperæ, atque alii angues ſtipitibus recti in facies hominum, & in altas aras ſpectari ſublatæ nulliſque ſtipitibus fultæ. Numiſmatis inquam ex æreis ſculpturis, quorum paulo poſt ſic eſt expreſſus ſtatus.

Anguium aſcenſus ac deſcenſus.

Præter quas motiones ſunt & angui in anteriora per ſubſultum, & in poſteriora per retractum corporis, tum ſedatum, tum vehemẽtem. Sic in Corcyra hydræ ſerpentes procreantur, quæ ad inſectantes homines retrogradientes ſe retorqueãt & ſpiritum malum anhelantes incurſatores reprimunt, & ab ſe auertunt, ut ait Apollodorus in lib. de Theriaca apud Aelianum in lib. 8. de animalib. c. 13. Præterea ſunt, & motiones in latera tranſuerſæ. Sic anguimani dicti ſunt elephantes à Lucretio in 2. quod proboſcis quoquo verſum flectitur, & conuertitur. Ad ſummam εὐτοκίνητος eſt ſumme ſerpens; & præ lumbricis terreſtribus καὶ τοῖς σκολήκεσι. His enim ſi ſunt illuſtres locorum permutationes, eædem ſunt & anguibus illuſtriſſimæ. Quanquam vere cum vermibus comparandi

Antrorſum, retrorſumque motus.

Sunt, & quoquo verſum, conuerſiones, & euolationes.





non ſunt angues, ut qui ſtructura corporis, & metaphreni muſculorum & tendinum opificio eruditi ſunt incomparabili; qualem examuſſim enarrauit Hieronymus Fabricius in lib. de Reptatu. Cuius voluminis doctrinam ediſcas oportet, ut volumina diſcas anguium, & cauſas eorum. Interim luſus noſtri cuiuſdam ſerii ſpecimen dabo, quo volens aliquãdo de [&] coniungendi nota necunde elidenda diſputare libelli, quem ſuper eam rem edidi, frontiſpicio propoſui figuram anguis, qui [&] forma conuolutus ſe ſuumque innodatum cuſtodit, gnome ad emblema ſic appoſita: CERNIS CVSTODIA QVALIS.

§. *III. De propriis ſingulorum anguium motionibus.*

INterim ab uniuerſalibus, & communibus ad ſpeciales anguium motiones, & greſſus exponendos deſcendam. E quibus primum ſibi locum dari vult Regulus, qui non flexu multiplici velut reliqui ſerpentes corpus impellit, ſed celſus & erectus ſic in ſui medio incedens, ut eſt apud Plinium, utque notat Solinus, media corporis parte ſerpit, arduus eſt & excelſus. *Baſiliſcus.*

Poſt immanem Tyrannum venenatiſſimum recenſebo Draconem, cuius varius, & ſolers ad vitæ ſuæ munia eſt conatus. Scire autem initio licet angues alios pedibus natura donatos, alios pedibus carentes. Pedibus inſtructi rariores, ut placet Belluacenſi, licet aliter videatur Scaligero. Deinde ſcire varias horum nationes; ideſt montanos, campeſtres, paluſtres. Hi poſtremi corpore graues difficulter mouentur: Montani vero acriores, ut Philoſtratus, & velociores fluminibus quantumuis rapidis feruntur, & quamuis ab his euadere nil poſſit quandoq; etiam mare ingreſſi longius nando prouehuntur. Addidit hic vir, & in quamcunque partem verſatiles. Cauda vero ad terram adnixos reliquo erecto corpore toto gutture eminente, & paulatim laxato ore hiante volucres ſuperuolantes, tametſi ſublimes perniceſ- *Draco.*




FABATI

quæ ferantur, aſpiratione ſua tanquam philtro ad ſe attrahere, atque allicere ſcripſit Aelianus. Cæterum aduerſus maiores beſtias non in dentibus vim, ſed in caudis habere, ac verbere potius quam rictubus nocere prodidit Solinus; cauda vero ſi quem alligauerit occidit. Belluacenſi expertes alarum & pedum in arbores conſcendunt, mox dimidiam corporis partem, quæ ad caudam attinet, arborum frondibus velant, anteriorem vero funiculi modo demittunt appenſam. Quo cum acceſſerit elephantus paſturam ſurculorum capturus, huius oculos inſiliens Draco ex improuiſo effodit ſimul anteriore parte collum aſtringens, poſteriore flagellans inuſitato & nouo quodam laqueo ſtrangulat. Incautos autem hos vigilanter colligant cauda, ut greſſus præcludant: aliquãdo etiam obuii deprehenſi in aduerſos erigunt ſeſe, oculoſque maximè petunt. Habes de Draconis ritu ſeſe mouentis.

Cum Dracone pari tum manſuetudine, tum greſſu coniungetur Pareas, ſiue Pharias ſerpens, qui quaſi totus erectus graditur ſuper caudam, & partem corporis caudæ coniunctam, quæ ſunt Alberti verba; cui præmõſtrator Lucanus in lib. 9. Pharſaliæ cecinit: *Pareas, ſeu Pharias.*

Et contentus iter cauda ſulcare pharias.

Moluros item τοὺς μολούρους apud Nicandrum in Theriacis, Lonicerus interpretatur, *quaſi cauda ingredientes*. Dicetur & cum his de carbonario, qui ne cauda quidem vadit, ſed cauda verberat, quod Andreæ Bellunenſis fuit teſtimonium; qui addidit vaccarum à carbonariis ſugi mammas cauda cruribus earum circumplicata: itemque carbonarii ait, ſquamæ laterum parte ima, & latiores ſunt, & paululum candicant. Venter ſquamas habet tranſuerſas, ita ut ſemicirculis ſquamoſis compactus videatur: ob id illi facultas adrependi ſurſum.

A pacatis hiſce anguibus ad terribilẽ impellimur Leonem: ſic enim Cæcilia vocata eſt. Quæ pugnans cum aduerſantibus recta ſe incitat cauda. Serpens eſt inflexuoſus, *Cæcilia, ſeu Cenchris.*

ſus, qui ſemper iter rectum efficit. De quo Lucanus.

Et ſemper recto lapſurus limite cenchris.

Nempe ſub hoc nomine Cæciliam recipit Iſidorus prioris ſententiæ autor. Sic autem recta procurrens inſulturit ad innocentes, ut monuerit nos Gyllius in ſcholiis Nicandreis, diuerticulis & flexuris crebris beſtiæ curſum præuertendum ac diſtinendum. Enimuero velociſſima eſt, & cominus in aduerſa corpora ſe vibrat, ſpiris hæc inuoluens, & verbere caudæ rumpens, ut ait linguæ latinę Theſauri Auctor: ut vero notauit Scaliger in Comm. 2. de animal. c. 23. prælongus ferè mobilitate prompta atque pernici cogitur recta impetere ob difficilem vertebrarum conuerſum in flexibus. Quare eum non euadunt fuga, niſi obliqua.

De hæmorrhoi greſſu. Sequitur hunc Hæmorrhous, qui ſenſim, & pigrè ſerpit ventris ſquamis: terram premens tortuoſa non recta via progreditur, & gradiendo leuiter ſubrepit. De quo Nicander Theriac.

Inſuper horibile ac aſprum caput horret, & inſtar
Ipſius oblique ſua paruula terga Ceraſtes
Claudicat: ex medio videas appellere dorſo
Paruum nauigium: terit imam lubrica terram
Aluus, & haud alto tacite trahit ilia morſu,
Ac per arundineum ſi tranſeat illa grabatum.

» Et Aetius Tetrab. 4. Serm. 1. c. 23. Femina ventri incum-
» bens reptat, & greſſum inferne circa caudam firmat: mas
» vero circa ventrem ingreſſu nititur, & collum in ſerpen-
» do extendit. Hermolaus autem de utriſque: Inceſſu tardo & directo ſerpunt ruffis, ut quidam ſcribunt, pedibus: femina in aluum iacet ſerpendo, meatumque verſus caudam inferiore ſitu continet; mas vero verſus aluum habet, ceruicemque ſerpendo porrigit. Diſſentit ab his ſed non à Nicandro Volaterranus, qui dixit tardè quidē pigreque ſerpit, nec præterquam itinere obliquo. Sed diſſidium hoc fortaſſe ſedabis, ſi dixeris oblique coniuges ingredi ſerpentes, quod ſeu claudicantes & elumbes

bes procedant, ut interpretatur Conradus Tigurinus, Iul. autem Cæſar Scaliger in 2. de Anim. Hiſt. huius deſcriptione: obliquo, ait, incedit fluctuante, & quaſi fracto dorſo, ventre terram radens ſtrepitu magno. Inde confictum eſt à Nicandro Poeta, quod Helena indignata nece Canopi gubernatoris nauium mariti confregerit hæmorrhoo ſpinam. Ex hoc quoque genere Sepedon eſt, quippe quæ gyros, & flexus ſuos conficit perniciter ſic, ut ſpectantes de corporis magnitudine falſi auiculam æſtiment. E contrario. Sepen recta ac tarde prorepere ſcripſit Aetius. Sed Pauſanias in Arcadicis ait: Quo fer- „
mè modo gradiuntur Cancri in obliquum, repunt Seps, & „
Ceraſtes. Accedit ad ſepedonem νομάδης δρυινὸς clades fa- „
moſa Mantuano, qui eundo ſe conuoluit per terram, ut Rauiſius ait: & perperam fortaſſe. Nam potius credemus Solino, qui ſemper, inquit, directus ambulat: nam ſi torſerit ſe dum currit, ſtatim crepat. Hunc item ſemper recto ſerpentem limite ferri cecinit Lucanus in lib. 9. Ex recta gradientibus progredior ad ſinuoſos, quorum primus Ceraſtes eſt. Cui generi pro ſpinis in metaphreno cōſtructæ cartilagines corpus magis flexile faciunt, quam aliorum ſerpentum, ut aduertit Bellonius. Ex obliquo non recta perreptat Aetio flexuoſus magis, quam alii ſerpentes, ita ut ſpinam non habere videatur, ut vult Iſidorus conſentiens Nicandro, qui σκολοπλανείας vocauit hoc genus: quanquā alioquin Scolii caput perpetuò depreſſum ferant. Ceraſtes vero ſubito utens ingreſſu, qui per vim agitando impreſſam obſtreperus eſt. De quo Nicander:

Sed medio diffuſius hic ſe corpore voluit
Curuum errans per iter reſonantibus aſpera ſquamis.

Similiter ad voluminoſum Colubrum, qui lubricos in tractus flexibus ſinuosè labitur autore Iſidoro, imitatione, quā monſtrauit alias, lectitati Virgilii, qui cecinit Aen. 2.

Nunc poſitis nouus exuuiis nitiduſque iuuenta
Lubrica conuoluens ſublato pectore terga

Ar-

Arduus ad ſolem, & linguis micat ore triſulcis.

Breuius autem alius quiſpiam de Colubro dixit: tortuoſè incedit, & ſibilat. Eiuſdem vero frequentiſſimum cubatum deſcripſit, ut proſa ſic & carmine cultiſſimus Columella per hæc:

Hirtus & ut Coluber nodoſo gramine tectus
Ventre cubat flexo ſemper collectus in orbem.

Nocentiſſimis his ſerpentibus aſpis accenſenda, eſt quæ ελικοεσσα ideſt ſinuoſa dicta eſt Nicandro non inceſſu, ut equidem interpretor; propterea quod ſolemni more, ſicut adnotauit Iacobus Gyllius ſomniculoſis aſſiduè oculis fera formidoloſa & horribilis eſt; tardis tractibus ſerpit, ubi vero ſtrepitum vel vocem audiuerit ſegnitie excuſſa protinus in orbem contrahitur, atq; ex mediis ſpiris terribile caput eleuat, quas aſpidis ambages ſuppreſſit quidem, licet intellexerit Galenus in libello de The-
» riaca ad Piſonē dū ait: Aſpis Ptyas ideſt inſputatrix cer-
» uicem exporrigens, & interualli metita longitudinem
» rationalis cuiuſdam animantis modo minimè aberrans
» venenum viuentibus inſpuit. Apud Oppianum vero eodem interprete Gyllio Anguem ſub pugna licet ignes ſpirantem, & capite elato denteq; exerto mordicus prementem, & utrinq; ſe in orbem contrahentem Ichneumon lacerat, & occidit, ut Nicander deſcribit. Aliud accipe de Cicuribus aſpidibus, quæ per Aegyptios menſis inuitatæ circumſtant; ac reliqua omni ſpira in ſolo terræ relicta caput alleuantes circumlambunt &c. quæ conſcripſit Aelianus. Hæc de ſinuoſo Aſpidis in ſe ipſam coaptatu. Cæterum aſpides, ſicut Olaus Magnus ait, elati ſuper pectus ad medium cubitum incedunt: ad arbores vero conſcendunt, ut in Antholog. I. 13. Epigrammate poſtremo. Peculiaris Acontiæ corporis eſt iactus, quæ iaculum Latinè dictus eſt, quia ſeipſum iaculatur. Sic valet autem ſaltu, ut xx. cubitorum ſpatium tranſilire queat &c. quæ Aelianus in lib. 8. de Animalib. c. 13. de quo item Aetius. Vbi ſe ad lædendū parat, extendit ſeipſum,

ipſum, ac veluti iaculum vibratum corporibus inuolat, atque hoc modo verberat. Hic tanta pernicitate ſe torquet, atque elidit à ſtatione, ut volantis vibrati calami faciat ſpeciem. Vnde Volaterranus Acontias ait, à velocitate dictus teli modo ſerpendo ruit: & Plinius; *nec pedibus pauendas tantum ſerpentes, ſed & miſſili volare tormento*. Non ſolum autem ſpeciem volucris refert iaculator anguis, ſed & alatum vere credidit Auic. lib. 4. fen. 6. tr. 3. cap. 40. volantemque alis arbores ſubire dicit Belluacenſis. Ex quibus omnibus tenes iam vibratilem, ſaltatilem præpetem Acontiæ naturam. Huic ſe iaculanti ſerpenti ſimilis à Conrado refertur Tigurinus anguis Plattenſis, qui pedes VI. ſaltu emenſus ruricolæ cuiuſdam brachium læuum totum ſpiris ſuis circumplicauit, adeoque arcte conſtrinxit, ut veſtigia ſpirarum impreſſerit. Alter quoque Glatti fluminis anguis piſces obſidere cõſueuit lapidibus, ſub quibus ipſi laterent, ſpiris ſuis undique comprehenſis.

Angues Aquilonares.

Sunt & in partibus Aquilonaribus ſerpentes, qui arcuato ſeu rotato curſu velociter mouentur decem pedes ſaltando. Sic Olaus Magnus. Sunt & decurtati, ideſt breues nulla cauda ſerpentes, qui ſe ſimiliter iaculantes telum miſſile referunt Geſnero. Acontia mirabilior eſtŭ trigrada amphisbæna: ὄφις κατόπισθεν βαίνων ἐκ τοῦ ἀμφὶς καὶ βαίνειν. ut ait Euſtathius, Gallicè *double marcheur* Græco ex amuſſim reſpondet. Similis naui, cui prora eſt utrinque. Cũ, enim (loquitur Aelianus) aliquando progredi neceſſe habet, caudæ loco alterum ponit, altero pro capite utitur: tum rurſus ſi retro ei ſit opus cedere, capitibus contra quam prius utitur. Greſſus eſt à Solino deſcriptus talis: Amphisbęna conſurgit in geminum caput, quorum ,,
alterum in loco ſuo eſt, alterum in capite, qua cauda eſt; ,,
quæ cauſa efficit, ut capite utrinque ſecus nitibundo ſerpat ,,
tractibus orbiculatis. Eiuſmodi greſſus duplex, & ,,
ſimilitudo extremorum fecit, ut biceps exiſtimata fuerit fera, qualis reuera non eſt; recte cenſentibus Matthiolo,

ac Greuino. Porrò niſi monſtroſum, nullum animal natura biceps.

Angues aquatici. Inter hos non ſunt ſilendi Seruio Grammatico propriè dicti Angues, qui aquatici ſunt, aut amphibii. Porro communis utrique generi eſt itatio per anguloſos conflexus lateribus alternè commotis, qui peculiaris lampetræ, & anguillę motus eſt, adnotante Scaligero Commen. 2. de Animal. Quare poſſent & qui non amphibii ſunt aquas ſubire, & rurſus aquatici, qui ſpirant, in littoribus ſe agitare, non nouo motu, ut Ariſt. ait; itemque murænæ, ſi verum eſſet has cum viperis coire: per aquas tranſuadunt & bicipites ſerpentes in flumine Perſiæ Arcade vocato, ſed binis ad caudam pedibus inſtructi; qui credo pedes ad repellendam obluctantem aquam uſui ſunt, me quidem auctore. Amplius, de aqua Anguis amphibii pedibus inſtructi ad aerem liquidum, ſi pariter ſic ſuſtineret animantium voluminoſorum progreſſus extendi poſſet. Vnde ne diſſonum quidem eſt id, quod antiquitas propoſuit, & Nonius Marcellus de ſerpentibus Medeæ rhedam in aere vectantibus. Quos ſingulorum progredientium formarum ordines memoriæ conſulentes, ſi velimus dictionis compendio comprehendere, paratum ad eam rem utile, licet inconditum, hoc eſto dodecaſtichon.

Angues amphibii pedibus inſtructi.

Regulus auguſto reptat diademate Celſus.
Cæcilia & Dryinus recto ſe corpore pellunt.
Sic Draco, ſic Pharias atque æqui dente Moluri.
Quos ternos caudæ unius mouet infera virtus.
Inflexi Coluber, Seps, atque Hæmorrhous errant,
Qui cauda nixus toto defungitur orbe.
Hos ſuperat cunctos ambagibus una Ceraſtes
Miſſile fulmineum ſe vibrat Acontia pernix,
Tractibus at tardis Aſpis ſe vertit in arcus.
Vtrigrada ad cunctos eſt Amphisbæna meantes,
Alterne motat facili ſe Lampetra lumbo.
Denapedum exiliunt Boreales præpete iactu.

Ha-

Hactenus iam de motionibus ac progreſſionibus variarum generis anguinei ſpecierum, quorſum dices hæc à nobis tot multa cumulata? Cui continuò reſponderem, ut cognoſcatur ſemel artificioſiſſimam atq; operoſiſſimam, ſi quæpiam alia ſerpentium, ſtructuram ad unam corporis agilitatem ac dexteritatem incomparabilem comparandam contendiſſe. Natura porro cui formarum nouitas ac varietas procreãti ſemper ſtudio fuit, in medium animantium unum inuehere voluit, quod foret ſummopere mobile ſummeque figurabile; atq; illud profecto fuit anguis, qui callidus & verſutus foret per formam aptiſſimam corporis, quemadmodum homo ſapiens fuit per manum. Verum enim vero & ulterius ſciſcitaberis, & cuinam uſui tam exquiſita, tamque exacta nobilis animantis architectatio parta eſt? Nam nunquam conquieſcit animus intelligentis uſque dum rationem comprehenderit extremam. Quo certe congruit dictum Diuini Hippocratis in Epid. 4. ſect. 2. productum alloquium, quod eſt: non ſolum cauſam, ſed & cauſæ principium attingere oportet. Super hoc igitur altiſſimo primordio philoſophandum nobis eſt. De qua re illud mihi videtur, quod mox ſubiiciam.

De ratione figureque conſtitutionis Anguineæ.

Natura aut Deus, qui hanc agitat molẽ arbiter ſupremus, ut in cunctis mundi partibus varietatem undiq; conſeruaret, ſingulis animantium generibus ſuas eſſe voluit ideas, & proprios ſuos mores. Itaque Canis gratioſus, Vulpes aſtuta, Ceruus timidus, Aſinus piger, Bos conſtans, Apis parca, Formica laborioſa, Pãthera vehemens, Elephantus mitis, Equus bellicoſus. Atqui ſerpenti, cuius corpus ita artificioſum & verſatile peruidimus, peculiaris etiam character inditus eſt, qui ſit quantumuis reconditus, & obſcurus, ipſum tamen nos ex ſacræ Geneſeos teſtimoniis tentabimus hic exuere penitius fortaſſe, quam in antecedenti ſermone proluſimus. Porro Moſes, qui fuit naturæ conſultiſſimus, monumenti ſui primi capite 3. effatus eſt: *ſerpens erat callidior cunctis animantibus.*

Serpens haud vere prudens, callidus eſt.

Rectè inquam, callidior vertit πολυγράμματος Hieronymus, & hunc fortaſſe ſequutus Iacobus Billius ſuper Epiphaniũ. Prudentes igitur hos verè verebor appellarę, verum ſagacęs, & callidos. Qua quidem animaduerſione, quaue vigilantia brutæ & irrationales angues potiri ſatis poſſint; prudentia, quę intelligentium & cum διανοίᾳ perſentientium dumtaxat eſt, uti nõ poſſunt. Verſutics alioquin perſpicua per id eſt, quod auditus celeriorem, ut oſtendi, ſenſum, quam viſus habent. Id quod & timidis animantibus commune eſt, quarum multas auritas eodem conſilio natura fecit. Qua cautionis vigilantia, qua ſe tuendi ſagacitate teſtantur, me iudice, nonnullam boni deficientiam cum aliqua animi imbecillitate coniunctam. Ille autem eſt aſſiduus male ſuſpicandi metus ab eo primum tempore conceptus, immutabili Dei ſummi decreto, qui immanem ſerpentis temeritatem ultus de prima mortalium ſatrice conſtituit, ut ipſa contereret caput eius. Inde igitur metum hunc promouent, aluntque tum ſolers præſenſio quod inuiſę & abominabiles natura ſunt animantes, tum etiam conſcientia propriè ſuæ habitudinis ad terræ faciem deiectę. Quę conſtitutio fortaſſe facit ut Ariſtoteles in phyſiognomicis genus ſerpentium retulerit ad malignitatem, non quod hoc vitii genus vere fiat vitio, verum quod occaſio ſint potius, unde ad miniſteria decurrant maleficarũ inſidiarũ. Quę quidẽ inſidię & pro tertio agnoſcantur affectu, qui ſerpentem inſeparabiliter conſequitur, eodem iuſto Dei iudicio compellente, qui aduerſus primã parentem læſæ maieſtatis ream, ſerpenti etiamnum ſupplici præcepit; *Calcaneo inſidiaretur mulieris*. Væ autem quam inclementer & vehementer inter cæteros inſidiantur Acontias, Ceraſtes, Dryinus, Cenchrinæ, natricum genera, & quod non ex anguibus genus? Iam igitur diſcis obſeruatione noſtra triplicem quidem anguis habitudinem, callidam, ſuſpicioſam, inſidiatricem: verum quæ unam conſenſu triplici conſtituant naturam,

quem-

quemadmodum lumen, calor, radius unam ſolis ætherei conflant hypoſtaſin, ac tres animi facultates unam eiuſdem ſummam abſoluunt.

Hæc quantum animo conſequi poſſum uniuerſa ſerpẽtis eſt natura; hic eius in medium producti finis propoſitus primo Creatori. Quod conſilium, quæue idea ſi ultra quæſiueris, cui adhuc uſui directa fuerit; finis quippe philoſophis præter internum & externus eſt: huic protinus problemati ſic occurſum eſto. Satis eſſe quidem ad ornamentum mundi rerum varietatem, verumtamen ad hæc dicere queas, tantum calliditatis & malignitatis tantum angui largitum, atque permiſſum, tum ut opificis amplitudo pateſceret intelligentibus, tum ut hi percuſſores iuſtitiæ diuinæ miniſteria rite rectèque exequi noſſent. Memorabilia porrò ſunt, quę de aſpidis ęſtimatione prodita ſunt apud Aegyptios, qui ſacram hanc Theamutin aiunt, & ſumma religione colunt. Qua itaque Iſidis ſimulacra tanquam regio quodam diademate coronant, eamdem in perniciem hominum natam eſſe negant. Enimuero comminiſcuntur eam à probis abſtinere, contra vero impiis necem afferre. Quod ſi ita eſt, iuſtitiam uniuerſi dixeris hanc feram honorare, ut quæ acrimonia intellectus bonum à malo diſcernat, & tanquam illius miniſtra ac vindex in malos animaduertat. Addunt alii Iſidem ſceleratiſſimis hominum eam immittere. Ita quidem Aegyptii. Quo itẽ iudicio & Melitæi, ut eſt in Actibus Apoſtolorum 28. percuſſo primum à vipera Paulo Deum vindicem huic iratum, mox ubi nil à morſu mali perpeſſum hominem agnouerunt, innocenti benefacientem eumdem crediderunt. Quorum opinatiorum narrationes non dubito complures alias in aliis legi monumentis. Sic planum eſt ſcilicet peſtiferos omnes eſſe diuinæ miniſtros iuſtitiæ ſerpentes. Quæ tibi omnia de viperæ analyſi dicta ſint ſatis.

DE VIPERAE PARTIBVS. CAP. XII.

Clariſſimo Viro Marco Aurelio Seuerino Ioannes Veslingius S. P.

FEci lubens, Clariſſime Aureli, quæ poſtulaſti, & in partes viperæ, quantum per occupationum ſeriem licuit, adhibita diſſectione inquiſiui. Pernicioſæ feræ, & veneni ſui truculentia abominandæ, niſi parem malo remediorum optimorũ theſaurum poſſidens iamdudum ſe dignam præſtitiſſet, quę ſimulacris Iſidis coronam, Regumque diademati ornamentum præbuerit; quæ in Aeſculapii templo ſubterraneis cellulis enutrita fuerit; quæ calamo tuo doctiſſimo poſteritatis memorię conſecretur, hiſque adeo Euganeis Patauini Phœbi collibus tot ſeculis feliciter hoſpitata ſaluti publicæ, non damno generis humani fœcunda ſobole ſua perennet.

Cum externum eius habitum contemplor reliquo ſerpentum generi non diſſimilem inuenio. Quo recte Philoſophus τοῖς σαύροις παραπλήσιον lacertis proximum ſcripſit, ſi quis pedes dempſerit, corporis autem longitudini adiecerit. Cum inter ipſas viperas comparationem inſtitui, Aegyptias Patauinis maiores deprehendi. Nicander Aſiaticas Europęis aliis magnitudine conſpectiores tradit, quas ὀργυιόεντας vocat, Orgyales. Troglodyticas extulit Nymphes, & ſeptenum denumque cubitorum refert. Mari caput magis acutum, venter adſtrictior, cauda veluti muribus in acutum attenuata; motus robuſtior: feminæ latius caput, tum venter, quamuis non prægnantis, amplior, breuior, & quaſi præſecta cauda, reptatuſque magis placidus. Color Euganeæ terreus, & ſubluteus eſt, obſcurioribus tamen per

late-

latera, dorſumque maculis varius. Alexandrinis viperis arenoſus, rarius niger. Candicantes ferre Megaram ad montem Gambonium, & cornibus armatas, autor eſt Nicander; quamuis & inter Patauinas meminerim, cui argentei nitoris ſquamulas nigræ, purpureæque maculæ pingebant, ſupra narium ſpiracula cornu unico, leuiterque retorto aſſurgente. Cutem ſqualidam, & crebris minutiſque ſquamis per latera & dorſum aſperam, tactu protinus experimur; infernè tamen leuiorem, ac pro corporis amplitudine, plus minuſue latis veluti corticum ſegmentis exquiſite commiſſam. Obtegitur hæc cutis poſt menſium aliquot decurſum cuticula alia, madorem corporis, vaporeſque ambiente externo denſante. Pellucida tota eſt, ſquamarumque ſubditarum ordines eleganti quaſi typo repræſentat. Hanc, cum perſpiratui deinde liberiori officiat, tam vernó tempore, cum è latibulis prorépunt, quam autumnali, dũ ſe recondunt, inſtinctu naturæ inter lapidum vepriumue anguſtias, à capite eam paulatim inuertentes, exuunt. Græci σύφαρ, vernationem latini nuncuparunt; ſpolium elegantius, & ſenectam: quia poſtquam hac pellicula viperæ ſpoliatæ ſunt, renouato quaſi corporis nitore ſequioris ætatis vitium poſuiſſe videntur. Eandem cum Ariſtotele ἔσχατον δέρμα extremum corium voces licet. Non ideo tamen τὸ περὶ τὰς γενέσεις χίλυφος primi ortus velamentum: quia omnino diſtinctum quid à vera cute, & ſecundinis eſt; nec ſemel, ſed ſæpius à corpore ſerpentium abſtrahitur. Illud vere traditũ γίνεσθαι ἐκδυομένω τὸ ἐντὸν ἐκτὸς ἐκδύεσθαι ὥσπερ τὰ ἔμβρυα ἐκ τῶν χωρίων. Poſitæ ſenectæ partem interiorem extra verti & exui, quemadmodũ Chorii membrana à fœtu. Igitur ut Chorion non perpetuum propriumque embryonis velamentum eſt; ſed temporaneum tantum, breuique reiiciendũ: ſimilem in modum ſenecta, utpote ex accidenti potius producta, non genuina corporis è ſpermate pars exiſtit; ſed aduentitia tantum; falſoque Theodorus Gaza & contra mentem Ariſtotelis ſenectam exui ſcribit, ut cute al-

DE VIPERAE PARTIBVS. CAP. XII.

Clariſſimo Viro Marco Aurelio Seuerino Ioannes Veslingius S. P.

FEci lubens, Clariſſime Aureli, quæ poſtulaſti, & in partes viperæ, quantum per occupationum ſeriem licuit, adhibita diſſectione inquiſiui. Pernicioſæ feræ, & veneni ſui truculentia abominandæ, niſi parem malo remediorum optimorũ theſaurum poſſidens iamdudum ſe dignam præſtitiſſet, quę ſimulacris Iſidis coronam, Regumque diademati ornamentum præbuerit; quæ in Aeſculapii templo ſubterraneis cellulis enutrita fuerit; quæ calamo tuo doctiſſimo poſteritatis memorię conſecretur, hiſque adeo Euganeis Patauini Phœbi collibus tot ſeculis feliciter hoſpitata ſaluti publicæ, non damno generis humani fœcunda ſobole ſua perennet.

Cum externum eius habitum contemplor reliquo ſerpentum generi non diſſimilem inuenio. Quo recte Philoſophus τοῖς σαύροις παραπλήσιον lacertis proximum ſcripſit, ſi quis pedes dempſerit, corporis autem longitudini adiecerit. Cum inter ipſas viperas comparationem inſtitui, Aegyptias Patauinis maiores deprehendi. Nicander Aſiaticas Europęis aliis magnitudine conſpectiores tradit, quas ὀργυιόεντας vocat, Orgyales. Troglodyticas extulit Nymphes, & ſeptenum denumque cubitorum refert. Mari caput magis acutum, venter adſtrictior, cauda veluti muribus in acutum attenuata; motus robuſtior: feminæ latius caput, tum venter, quamuis non prægnantis, amplior, breuior, & quaſi præſecta cauda, reptatuſque magis placidus. Color Euganeæ terreus, & ſubluteus eſt, obſcurioribus tamen per late-

latera, dorſumque maculis varius. Alexandrinis viperis arenoſus, rarius niger. Candicantes ferre Megaram ad montem Gambonium, & cornibus armatas, autor eſt Nicander; quamuis & inter Patauinas meminerim, cui argentei nitoris ſquamulas nigræ, purpureæque maculæ pingebant, ſupra narium ſpiracula cornu unico, leuiterque retorto aſſurgente. Cutem ſqualidam, & crebris minutiſque ſquamis per latera & dorſum aſperam, tactu protinus experimur; infernè tamen leuiorem, ac pro corporis amplitudine, plus minuſue latis veluti corticum ſegmentis exquiſite commiſſam. Obtegitur hæc cutis poſt menſium aliquot decurſum cuticula alia, madorem corporis, vaporeſque ambiente externo denſante. Pellucida tota eſt, ſquamarumque ſubditarum ordines eleganti quaſi typo repræſentat. Hanc, cum perſpiratui deinde liberiori officiat, tam vernó tempore, cum è latibulis prorepunt, quam autumnali, dū ſe recondunt, inſtinctu naturæ inter lapidum vepriumue anguſtias, à capite eam paulatim inuertentes, exuunt. Græci σύφαρ, vernationem latini nuncuparunt; ſpolium elegantius, & ſenectam: quia poſtquam hac pellicula viperæ ſpoliatæ ſunt, renouato quaſi corporis nitore ſequioris ætatis vitium poſuiſſe videntur. Eandem cum Ariſtotele ἔσχατον δέρμα extremum corium voces licet. Non ideo tamen τὸ περὶ τὰς γενέσεις κέλυφος primi ortus velamentum: quia omnino diſtinctum quid à vera cute, & ſecundinis eſt; nec ſemel, ſed ſæpius à corpore ſerpentium abſtrahitur. Illud vere traditū γίνεται ἐκδυομένη τὸ ἐντὸν ἐκτὸς ἐκδύεται ὥσπερ τὰ ἔμβρυα ἐκ τῶν χορίων. Poſitæ ſenectæ partem interiorem extra verti & exui, quemadmodū Chorii membrana à fœtu. Igitur ut Chorion non perpetuum propriumque embryonis velamentum eſt; ſed temporaneum tantum, breuique reiiciendū: ſimilem in modum ſenecta, utpote ex accidenti potius producta, non genuina corporis è ſpermate pars exiſtit; ſed aduentitia tantum; falſoque Theodorus Gaza & contra mentem Ariſtotelis ſenectam exui ſcribit, ut cute

al-

altera intus ſubnaſcente ipſa renouetur. In homine poſt diuturnas febres ſimilem à toto corpore membranulam abſceſſiſſe, & frequentius à lingua, notum ex obſeruationibus medicorum. Separatæ porro ſquamoſæ cuti membrana ſubiacet mollior, panniculum animantium pinguedini ſubſtratum exprimens. Qua remota inferius tunica alia ſubtilior ſeſe offert, quæ peritonæi inſtar cuncta cōplectitur. Exterius per latera dorſumque muſculoſa corporis moles occurrit. Huic tamen à capite ad extremum uſque caudæ ſubſtructa eſt vertebrata plurimorum oſſium compages, non ſecus atque in piſcibus ordinata ſpinarum coſtas æmulantium ſerie, utrinque carinata. Vertebrarum apophyſes breuiores ſunt, præcipue iuxta caput, cuius propterea flexus in auerſum, & latera facilis viperis eſt; ſecus leonibus, lupis, hyænis, quorum vertebra, quæ propius caput excipit, latis ampliſque proceſſibus velut alis deducta, capitis, collique conuerſionem impedit; non quod hoc ſingulis, ut arbitrabatur Plinius, rectiſque oſſibus rigeret. Eadem oſſium, & ſpirarum ſtructura efficit, ut nec collum viperis, nec pectus, niſi quadam analogia tribui poſſit Ariſtotele cenſore; adeoque ineptum pariter ſit, coſtas iiſdem tribuere menſium diebus numeri paritate reſpondentes, cum ſpinarum magnitudine, longitudineque differentium, vel in unico latere maior longe ſeries occurrat. Incumbit his oſſibus ingens muſculorum minutorum præſidium, tum ſpinas tendinum exilium magno apparatu diducentium, tum vertebras potiſſimum in diuerſa flectentium, atque erigentium. Adeoque illam corporis miram agilitatem, non tantū (ut refert Stagirita) ὅτι εὐκαμπεῖς ϗ χονδρώδεις οἱ σφόνδυλοι, quoniā faciles ad flexum, & cartilagineas produxit vertebras; ſed & quia multiplicia motus localis inſtrumenta muſculos fabrefecit, prouida rerum parens natura conſecuta fuit. Sed in externis æquo diutius me detinuit admiratio: verto aciem ad penetrale corporis, & viſcera ipſa. Iure tamen Ariſtotelicum illud præfatus, &

& propter longitudinem, atque anguſtiam, qua ſe corpori aptant, tum διὰ τῶν σχημάτων ὁμοιότητα λανθάνειν, ob figurarum ſimilitudinem cognitioni noſtræ ſubduci. Ne quid igitur adminiſtrem confusè, diſtribuā omnia diſtinctione iam recepta, in viſcera naturalia, vitalia, & animalibus functionibus deſtinata. Naturalia, vel publicæ coctioni ſtudent, vel ſobolis generationi operam conferunt. Ex illis ventriculus, iecur, lien, inteſtina, fellea cyſtis, & renes: Ventriculus validis è membranis compoſitus, non ineptè à philoſopho laxiori inteſtino comparatur. Collectus enim eſt, adeoque inſiti caloris robore pollens, cum non ſecus, atque aliæ ſerpentes omniuoræ viperæ ſint. Illos Ariſtoteles λιχνοτάτους τῶν ζώων, καὶ πρὸς τὸν οἶνον ἀκρατεῖς animantium guloſiſſimos, viniquе incontinentes ſcripſit, quamuis & inediæ longe patientiſſimi, cum non per hiemem tantum, ſed æſtiuos aliquot menſes in vaſis detentę vitam abſque cibo trahant. Iungitur ſuperiori ventriculi orificio gula, ductu longo à faucibus deorſum protenſa, robuſtis pariter membranis, adeoque magnæ diſtenſioni paribus producta, cum obſeruatum ſit, viperas lacertas, atque oua integra deglutiiſſe. Vidi, quæ pollicis mei craſſitiem haud excedebat, paſſerem tamen cum pennis totū deuorarat. Inferiori ventriculi orificio inteſtina continua ſunt, vix notabili tunicarum diſcrimine variata, neque immerito unicum inteſtinum philoſopho viſa. Connectuntur non admodum arcte, gyroque breui flexuoſa, longo ductu, rectoque deorſum porrecta finiunt. In iis, quemadmodum & in ventriculo reperi aliquando lumbricos viuos octo, non contemnēdo indicio, vitam ſerpentes non in propria tantum, ſed aliena etiam ſobole tueri poſſe. Iecur habent, ut exta corporis alia, longum, ſimplici membrana parenchyma ſuum includēs. Recipit deſcendentem à corde venæ cauæ truncum, qui partim intra ſubſtantiam eius ſpargitur, partim per ſuperficiem inferius decurrens, tum propinquis viſceribus, tum reliquis omnibus ad extremum uſque caudæ pertin-

gentibus ſurculos impertitur. Aſſurgere autem à iecore venam ſingularem, quæ ad dentium radices, ut refert Abbatius, fel deferat, ut ibi actu vipereum venenum euadat, neque αὐτοψία confirmat, nec ratio cogit ulla. Quamuis enim contentus intra gingiuarum theculas humor flauedine bilem exprimat; notum tamen eſt, tum aurium recrementa, tum diutius hærentem intra nares, ac pulmones pituitam, abſque particularium venarum acceſſione ſimili calore non raro imbui. Solo item vapore bilioſo à iecore ſublato, amareſcere os, linguamque infici. Nam ſi omnino virus illud miſturam bilis per venas affundendæ requireret, nil obſtaret, quominus per iugularium venarum ramos ſcopum hunc natura conſequeretur. Cyſtin fellis iecori ſubiectam, viperę non habent, quin digiti potius latitudine ab eo ſeiunctam. Inhęret enim inteſtinis, quemadmodum auium non paucis, quibus falſo alias deeſſe creditur. Hæc ampla ſatis eſt, bilemque à iecore per meatum proprium attrahit, inteſtinoque ſibi commiſſo refundit. Plinius purgamentum appellat peſſimi ſanguinis, virus item, ac ſerpentium venenum. Mihi quidem compertum eſt, cuti animantiũ etiam largiter illitam bilem, noxæ nihil attuliſſe. Iecori, cyſtique fellis propinquum lienem, recte Ariſtoteles μικρὸν καὶ στρογγύλον ὥσπερ τῶν σαύρων, paruum, & rotundũ, qualis lacertorum, expreſſit. Parenchyma obtinet ſingulare, ſimplici membrana indutum, ſæpe colore ſanguineo, nonnunquam nigricante perfuſum, ut argumentum inde actionis propriæ non obſcurum nobis præbeat. Renes, & veſicam, veteres diſſectionum autores viperis ineſſe negant, iuxta cum aliis animantibus, quæ ſquamis, corticibus, aut pennis natura circumdedit; paucam in his aqueam humiditatem, aut motu corporum difflari, aut in operimenta conſumi arbitrantes. Ineſſe tamen renes viperis nemo dubitauerit, quiſquis in iis contemplabitur corpora duo magnitudine integra, deſcendenti inteſtino recto utrinque, & dorſo coniuncta. Subſtantiam obtinent

tinent ex plurium veluti glandularum congerie compactam, quæ ſimplici tenuique membrana obtegitur. Venas & arterias ſortiũtur ſatis conſpicuas,ſpecieq́; prolixam; ſic tamen, ut ſuperior, inferiorq; pars in acumen contrahatur. Dextrum altius eſt, humilius ſiniſtrum, meatuque proprio ureterum æmulo, in dictum inteſtinũ redundantem ſeri portionem transferunt. Pergo ad partes generationi dicatas: in quarum inueſtigatione fidem veterum, ac diligentiam non parum vacillare perſpicio. Illis, pro ſexus diſcrimine diſtinctis vipera quoque donanda fuit. Et mas quidem ut ſemen produceret vaſis ſpermaticis, & teſtibus, ut productum in uterum ſpargeret, muſculis tenſoribus, ac pene inſtruendus erat. Fœmina ut ſemen exciperet, conceptumque ſeruaret, utero. Coeunt igitur, quemadmodum à priſcis obſeruatum eſt, περιελιττόμενοι ἀλλήλοις, inuicem circumuoluti, ſicut ſerpentis bicipitis unicum corpus adhæſu mutuo repræſentent. Exigua enim parte coniungendis nimia corporum prolixitas impedimento erat futura. Marem autem quod attinet, ſcripſit Ariſtoteles in communi οὐδ' ὄρχεις ἔχειν τοὺς ὄφεις οὐδ' (αἰδοῖον, ὅτι οὐδὲ σκέλη; ὄρχεις διὰ τὸ μῆκος) ἀλλὰ πόρους ὥσπερ ἰχθύες. nec teſtes habere ſerpentes, nec pudendum; ſed meatus qualiter habent piſces. Non pudendum, quia cruribus carent: nõ teſtes, quoniam longum eorum corpus. Meatum autem piſcium totum, talẽ eſſe refert, qualis in homine ſimilibuſque animantibus, τὸ ἕτερον μέρος τῆς ἀναδιπλώσεως pars altera replicationis, vaſorum ſcilicet ſpermatis, à teſtibus ad veſicam reflexorum. Nobis hic quod in pari difficultate alibi ſuadet Philoſophus, τῇ αἰσθήσει μᾶλλον, ἢ τῷ λόγῳ πιστευτέον. Senſui magis quam ratieni credendum. Neque enim pudendum, vel natura, vel poſitu à cruribus dependere vero conſentaneum eſt, nec longitudo corporis quotieſcunque teſtes cum ſpermaticis vaſis intus reconditi manent, noxiã ſemini refrigerationem inferre poteſt. Id conuincunt

lacertæ, ſcinci, Crocodili, quos ut corporis uiſcerumque prolixitate, ſic partium genitalium ſitu, ſerpentium generi ſimillimos reperio. Senſum igitur ſi conſulimus, teſtes habent viperæ amplos, & oblongos, ſimplicique tunica velatos, ſubſtantiæ glanduloſæ habitu, ſuccique lacteſcentis ubertate, munus ſuum abunde manifeſtantes. Collocati utrinque ſupra renes, ſic ut dexter altior plerumque ſit, humilior ſiniſter, licet Aelianus in lib. cit. teſticulos ad caudam angues habere tradiderit, quod & Abbatio placuit. Deſcendunt ab iis ſupra renes vaſa ſpermatica, albicantia colore, flexu variciformia, quæque circa penis latus internum paulatim dilatantur, ubi excipere ea cõſpicimus glandulas duas oblongas, albas, capſularum inſtar ſeminalium ſperma in pudendi fiſtulas tranſmittentes. Penis in viperis geminus eſt, ſtructuraque plane mirabilis. Originem ſumit ab extremo caudæ principio exili, quod paulatim carnoſius, amplius, & rotundum, non ſecus atque quadrupedibus muſculi penis tenſores, deſinit in porum, meatumue neruoſum, quo valide compreſſo eliditur corpus aſpectu ſpõgioſũ, diſtractum in lobos, minutiſque veluti ſpinulis obſitum, idque in naſcentibus viperillis laxius teſtium ſpecie nonnihil protuberat. Quo in vaginam uteri admiſſo credere par eſt feminam inter illecebras Venereis aculeis pudendi acrius irritatam, non lethali, ſed clementi morſu, caput maris ſæpius petere: idque fabulæ parricidii viperini occaſionem dediſſe. Feminæ viperæ natura mammas negaſſe videtur, cum neque illarum veſtigia ſub ſquamoſo cutis contextu ſe proferãt, nec fœtus matrem lactei alimenti deſiderio ſectetur. Cõſiderabilis in in ea uterus, quo, cum viuam excludat prolem, nomen apud latinos nacta fuit. Illum μακρὸν καὶ δίκροον longum bifidumque recte Philoſophus pronunciat; quum pudendo virili gemina vagina aptari debuerit. Componitur è mẽbranis robuſtis, leniterq; circa ſuperiora contortus expanditur in tenues, & membranoſos loculos, intra quos

rapto

rapto maris ſemine, ſpermaticoque feminæ excremento largiter affuſo, concipitur id, quod oui ſpeciem in viperis exhibet; atque in eo embryo ipſe vermiculo per initia perpuſillo compar. Ouum id optime Ariſtoteles μονόχροον καὶ μαλακόδερμον vnicolor mollique cortice præditũ dixit. Ingenitum ipſi eſt, quod ouiparis aliis ſuppetit, lacteum alimentum. Hoc vero nomine circumfluum ſpermati nobiliori ſeminalem uteri humorẽ accipimus, quo fouetur, reficitur, conſeruaturque fœtus, donec ad incrementum corpuſculi ſanguinem maternum per umbilici venulas attraxerit. Prodit in lucem perfectus iam fœtus, nunc explicitus ſecundinis, nunc plus minuſue impeditus, prout virium robur nactus fuerit. Arrodere eum membranas, aut lateribus genitricis perforatis erumpere, ſi fidelis unquam obſeruatio detexit, contra naturæ legem accidit. Ventrem denique feminæ lacteſcentis pinguedinis ingens copia farcit, haud dubiè frigidioris uteri conceptæque ſobolis fomentum eximium. Præſtantioris ordinis partes ſunt, quæ vitæ præſidia conſeruant, Cor nimirum, & Pulmo. Cor viperæ pericardio ſuo, id eſt præmolli, firmeque membranę inuolucro totum opertum eſt: quo recluſo, venit in conſpectum parenchyma ipſum, tenui ſub tunica purpuraſcens, exiguum mole, & oblongum. Philoſophus νεφροειδὴς renibus ſimile prodidit, ideoque conſpici minus interdum ad pectus mucronem dirigere. Hoc ut Plinii verbis utar, gemino ſinuoſoque ſpecu prima domicilia ſanguini præbet. Diſcurrunt ex eo veluti fonte, vena atque arteria magna, tum in inferiora, ut ſuperius innui, tum ſuperiora, duplici ramorum ſerie, ad maxillas & cerebrum aſcendentes, ut membris omnibus vitalem ſanguinem irrigent. Solum in grandiore animali diuturnis vitiis non maceratur, nec ſupplicia vitę trahit; in viperis tamen læſum exemtumque mortem illico non affert. Pulmo ſpirandi officina, longitudine

in-

inſignis eſt, propriis à corde tam venis, quam arteriis reſperſus. Mollisſimus totus, ac ſpumoſus, atque idcirco aëris hauſtu copioſo facile replendus: unde recte Ariſtoteles hoc genus animantium ἄδιψον καὶ ὀλιγόποτον, καὶ πολλὺν ἐν τῷ ὑγρῷ ἀνίσχεται χρόνον. parum ſitiens, paruinque bibens. & ſi mergantur diu aquam tolerare ſcribit. Delabitur in pulmones duplici diſtracta ramo aſpera arteria, tãtę hic longitudinis, ut non tantum ultra gulam aſſurgat; ſed etiam linguæ parti poſteriori late incumbat, quãuis hoc Philoſophus contingere exiſtimarit διὰ τὸ συσπᾶσθαι τὴν γλῶτταν, καὶ μὴ μένειν ὥσπερ τοῖς ἄλλοις. quoniam contrahatur lingua, neque ut aliis (in ſitu) maneat. Principium eius in faucibus ſtrangulatæ viperæ conſpicuum, tanquam muſculis ſingularibus præditum, adſtringi, rurſumque dilatari obſeruatur. Linguam tenuem, & ſi extrahatur prælongam adeptæ ſunt, initio progreſſuque carnoſam, nerueã in fine. Dirimitur in flagella quaſi trina, colore atro perfuſa, quorum utrunque capillamenti ſubtilitate gracileſcens vario flexu vibrat. Fulcitur oſſe proprio cartilagini potius ſimili, quod bifidum circa linguam, deinceps longo ſimplicique ductu ſuper aſperam arteriam deorſum protenditur. Animalium tandem functionum ſedẽ, quis viperis in tanto ſenſuum motuſque localis vigore neget? Cerebrum habent cranei firmo propugnaculo tutum, & duabus ſupra ſubterque meningibus velatum. Paruumque quidem, ſi molem ſpectes, duobus tamen ſciunctum proceſſibus, continuandæ dorſi medullæ abunde ſufficiens. Diffundit tam per cranei baſim, quam foramina vertebrarum, minutorum neruulorum ſeriem inſignem, ſpiritum animalem, in ſenſuum, ac motus organa diſtribuentium. Oculi laterali orbitæ incluſi palpebra ſuperiore immobili, teguntur, inferiore mobili, qua crebrius cõniuente, fera ipſa dormitabundæ ſimilis non raro conſpicitur. At in receſſu ampli ſunt oculi, humorumque, & tunicarum operoſa compoſitione vel maximis pares. Quo manifeſtior eorum error, qui ceru-

rutos iuxta cum amputatis caudis renaſci exiſtimarunt. Ariſtoteles rem ex aliorũ ſententia narrat, non ſua. ἐὰν τις ἐκκεντήσῃ τῶν ὄφεων ὄμματα φασὶ φύεσθαι πάλιν. ſerpentium oculos ſi quis expunxerit, aiunt renaſci denuo. Hebetes tamen eſſe pluribus perſuaſum eſt; quamuis dubitem an à natura vitium ſit, cum in exuuiis luculenter appareat, eas nõ minus reliquo corpori, quam oculis obduci, non leui tũc viſionis impedimento. Nares, biforem odorum viam, exterius duobus meatibus oſtendunt, qui diducuntur in cauernas oſſeas amplas ſepimento diſtinctas, odorẽ halitus ſpecie ad cerebri proceſſus anteriores deferentes. Mirum magis quonam modo tam exactè viperæ audiant, cum veſtigia ipſis aurium obſcuriſſima ſint. Poros tantũ eas habere auditusque cauernas, traditum à veteribus, forſan coniectura magis quam ſenſu perſuaſis: alii communem odori ſonoque viam, ut in piſcibus aſſignãt; ſed quæ tenuiore ductu in ſpecus cranei auditui proprios vocalem undam peruehat. Subiacet cranio maxilla duplex oſſium longa productione rictum conſtituens. Harum ſuperior, cum morſu ferè ſæuit, collo terræ per vim applicito mobilis apparet, quemadmodum in Crocodilo ob longitudinem rictus pedumq; contra breuitatem piſcis videbatur, re tamen vera tam in vipera quam in Crocodilo immobilem eam eſſe, cranioq; firmis oſſium harmoniis coniunctam, exploratiſſimum habeo. Dentibus armantur minutis quam plurimis, pectinatim coeuntibus, ne contrario occurſu facile atterantur, laxis utrinque gingiuis inductæ. Accumbunt maxillæ ſuperiori dextra læuaque dentes duo acutiſſimi, falcium inſtar verſus interiora faucium recuruati. Longior anterior, poſterior minor, ac breuior, ambo fragiles, adeoque acrius iraſcenti mari nonnunquam unus alterue excuti ſolet: quod in errorem duxit Nicandrum vetuſtiſſimum ſcriptorem, dum fœminæ quatuor, binos mari dentes aſſignat. Quatuor autem & mari, & feminæ tribuendos eſſe, tum alueolorum numerus, tum plurium viperarum in-

inſpectio ſatis poſteros docuit. Reconduntur intra laxas veluti vaginas, felleo liquore plenas: è quibus ad libitum feræ celerrime exſeruntur. Fundamentum loculoſue ſuos habent, non in ipſa maxilla ſuperiore, ſed in oſſe oblongo, & robuſto, lateri externo maxillæ dictæ firmiter adhærenti. Has lethale diſcrimen, & perniciē afferre demorſis, tenuique fiſtula, veluti ſcorpionum aculei perforatos infundere venenum, tam experientiæ cenſura, quam autorum diligentiſſimorum ſcriptis ſerio confirmatum eſt. Habes, Vir Clariſsime, quæ ſoloci, ut dicitur, filo de partium viperæ ſtructura pertexere potui. Quæ ſi omnino purpuræ tuę coniungere placitum eſt; penes amorem tamen in me potius, quam penes iudiciū, facti tui rationem ſtetiſſe, facile poſteritas agnoſcet. Vale feliciter. v Nouembris cIↄIↄcxLIV.



DE VIPERAE GENERATIONE CAP. XIII.

Ad Clariſſimum Marcum Aurelium Seuerinum Ioannes Veſlingius.

ENimuero non parum tui cauſa ſolicitus ſum, Cl. Aureli, cum de ſuborto populi Neapolitani tumultu fama hîc certior diffunderetur. Iam enim animo obuerſabantur, quæ moliri ſolet illa πολυκέφαλος ὕδρα, cum domitorem Herculem non habet, cum in florem fex conſurgit,

----- *ſæuitque animis ignobile vulgus.*

Nos ſoſpitatori Deo gratias perſoluimus, quod Te pariter ac Muſas tuas ſaluas in his incolumeſq; bono publico conſeruarit. Ad viperini partus inquiſitionem quid eſt quod toties grauioribus occupatum ſtudiis impellis, cum in exhibita nuper viperæ anatome, tàm de illius utero, quam fœtu ſatis expreſſiſſe mihi videar, quæ fundamentis tuis insternere poteras? Dabo tamen hoc affectui, & quæ paucioribus aliàs perſtrinxeram, pluribus nunc exponere conabor, utcunque non ea hîc oppo rtunitate uſus ſim, quâ olim conſularis ille apud Plinium: qui conſtructis ex cornu translucido alueis apum fœturam ſpeculabatur, aut Cl. Io. Rhodii noſtri curioſitatem aſſequutus fuerim, ſcorpii partum numeſamque ſobolem in carcere vitreo contemplantis. Igitur ut inde iterum ordiar, uterum viperæ à conceptis ouis tumentem, non ut in animantibus viuos fœtus parientibus craſſum, ſed tenuem valdè, & pro conceptuũ numero membranoſos in loculos diſtentum obſeruamus. Porriguntur ad eum à deſcendente vena caua arteriaque magna per vinculum membranoſum, quod oſſibus dorſi vertebratis uterum nectit, vaſcula pluri-

ma, pro fœtus magnitudine plus minusve diducta, quibus alimentum utero pariter ac fœtui ſubminiſtrandum eſt. Oua ipſa, ſeu potius τὰ ᾠοειδῆ, ouiformia illa, quæ utero vipera fert, numero quidem varia, ſæpè tamen vicena, aliàs plura videntur. Figura ſunt rotunda; ſed oblonga & utrinque æqualiter propemodum acuminata; coniuncta inter ſe, atq; in longitudinem uteri porrecta, ut reptantis genetricis motui nullum obſtaculum præbere queant. Ariſtoteles excluſa à ſerpentibus aliis ſic connexa eſſe ſcribit Lib. 4. Hiſt. cap. ult. ut ὑποδερίδας γυναικῶν, mulierum monilia referant. Componuntur è membrana valida; ſed quæ ab initio conceptus ad partum uſque mollis eſt. Simplex item ſenſui occurrit primum: in progreſſu tamen chorio fœtus cõmiſſa deprehenditur. Hanc, cum nondum in membra diſtinctum eſt embryum, repletam materia copioſa, lenta, atque albicante, non tamen pellucida ſiue clara, ut in pennatorum ouis,

Candida qua croceos circumfluit unda vitellos,

ſed vitellis recenter productis, antequam luteum colorem imbibunt, habitu ſimillima, conſpicimus. Hæc vero nihil aliud eſt, quam obuius in utero viperæ ſeminalis humor, quem primo fœtuli ſyſtemati largiter natura circumfundit, ut id foueat, conſeruet, reficiat. Eam in ouiparis aliis ὕλην σπερματικὴν, ſeminalem materiam appellat Philoſophus. Ex qua infœcundum ouum cum membranis, corticibuſque producit. Lib. 3. gen. c. 1. In Plantis τὸ πρῶτον γαλακτῶδες, vocat Lib. 2. gen. cap. 4. primum luteum, idque bulboſis adeò copiosè ſubminiſtratur, ut nõ tantum conceptum nouellum vegetet, ſed extra terram quoque ſuſpenſum ad germinandum compellat, atque augeat, ut allii, ſcillæ, ſimiliumque exemplis docemur. In his ouis quod per initia oculis obuium eſt, primumque ex mare fœminaq; miſtum dici poteſt, exiguum eſt, rotundumque corpuſculum, verè ἀδιάρθρωτον, partibus ſenſu noſtro diſtinguendis nullis

Hh 2 præ-

prædítum. Id verò temporis progreſſu vermiculum in ſpiras conuolutum exprimit candidum, pellucidumq; totum, tum vaſorum umbilicaliuin tenuiſſima veluti filamenta exhibet, tum corculi micantis circa venæ arteriæque magnæ exortum veſtigia euidentiſſima. Eo paulò magis adaucto, & ſeminali matris excremento ſenſim diminuto, ſi ſtrangulata genetrice, nondũ vero mortua, diſſectio fiat, euidentiora ſunt omnia. Nam gemina ſub extima oui membrana conſpiciuntur inuolucra, quorum alterum craſſius eſt, atque oui mẽbranæ proximum, chorio ſecundinarum ſimilatur; alterum tenue valdè, fœtuique propius circumdatum, quod meritò amnium appellaris. Conſurgunt circa genitalia ad chorion extimamque membranam umbilicalia uaſa, ramis, ſurculiſque plurimis diſtributa, lateq; diffuſa, quæque nullo hic carnoſo cotyledone, nullâ placentulâ natura fulcire videtur, nec velamentum addere ſingulare, quod κέλυφος δερματικὸν Ariſtoteli Lib. 2. gener. cap 4. utpote quæ ſatis horum ſecuritati proſpexit, dum quaqua verſum ambientibus membranis ea connectit: idque in ouipararum quoque pullis conſpicitur. Cæterum explicato fœtulo caput apparet amplũ, turgidulis oculorum ſphæris, nec palpebris ſuis penitus opertis. Circa dorſum & latera ſquamularum rudimenta adſunt, & in maſcula prole ſubter umbilicales venas globuli duo, qui teſtes aliis, mihi penis bifidi extrema videntur ſpongioſa, nondum intra corpus adducta. Iam aperta ſecundum longitudinem adhuc viuente beſtiola cor obuium eſt, eximiè conformatum, ac concinno ſyſtoles, diaſtoleſque motu diu citatum. Sub eo iecur ex candido flaueſcens deorſum porrigitur, & vireſcente bile turgida veſicula proximis inteſtinis annexa eſt. Reliqua denique viſcera naturalem habitum diſtinctis ὑπογραφαῖς ſeu lineamentis oſtendunt. De perfecti iam viperini catuli partu quæ nobiles à veteribus ſcriptores tradidere, nota ſunt. Nimirum

cro-

erodere ſobolem genetricis aluum, ſiue Plinii verbis, tarditatis impatientiâ perrumpere latera, occiſa matre: quam ob rem cum parricidis culeo inſutâ vipera priſco ritu necabatur. Secus tamen Apollonio apud Philoſtratum viſum eſt; Maximoque Tyrio; Theophraſto apud Aelianum Lib. 15. cap. 16. de anim. qui ſupereſſe partui ſuo viperam obſeruarunt; eamque fœtum editum lambendo polire. Mihi ſanè, quemadmodum apertè fabuloſum eſt, marem in coitu caput ori viperæ inſerere, itemque voluptatis dulcedine id abrodere, vel ut alii loquuntur διακόπτειν, abſcindere: ita paternæ necis τιμωρία ſeu vindicta illa, quam Aelianus Lib. 1. cap. 24. innuit, ſuſpecta ſemper viſa fuit. Ariſtotelem ſequor libenter, qui cap. ult. hiſt. viperam fœtus viuos edere, vel in membranis, quæ tertio tamen die rumpuntur, vel ſine membranis explicitos, quum interdum ipſi in utero illas corrodant. Vidi apud Pompeiũ Sprechium Venetum, materiæ medicæ curioſiſſimum virum, incluſam vitreo vaſi viperam, quæ plures catulos pepererat, alios tenui membrana, tanquam amnio velatos, alios vero denudatos, qui tamen omnes iuncta umbilicalibus vaſis inuolucra veluti ſecundinas ſuis protraxerant. Vale, & cum Dehnio noſtro Muſarum corculo plurimum ſalue. Scrip. Patav. XVII. Sept. CIↃIↃCXLVII.

RE-

RECEPTAE DE VIPERIS NARRATIONES, & Aduerſiones. Cap. XIV.

OBſeruatum eſt à pleriſque, qui rem ipſi vidiſſe teſtati ſunt: Viperas, ubi maturitas aduenerit partus, in ſublimi fruticum atque arborum maiorum conniti ſuetas. Sic amicis quibuſdam noſtris quercus forte fortuna prætereuntibus viſi ſunt repente de ramis viperini catuli decidiſſe. Quibus accedit & Cardani teſtimonium, qui Libro de Venenis pendulos e quercus ramis iam iam partos viperæ catulos aliquando ſibi viſos affirmauit. Fuerunt autem & qui ſuper rubos ſpinis horrentes (nam neque hos ſquamæ reformidant) ſatos hoſce fœtus viderint excludi. Deliguntur autē inter plurima fruticum arborūq; cacumina ſuſpicioſis alioqui beſtiolis ſtudio fortaſſe cautelę: quippe quod loca hæc importunis aliorum tum hominum, tum brutorum offenſis minime omnium exiſtimentur patere. Neſcio equidem, qua vulgi fama mutari ſæpe anguibus dentes: qui hercle ſermo credibilior fit altero ſimili, quod ſcripſerunt docti, plerique de dentibus Viperæ maris. Sic in agro Inſulæ Caprarum, qui ſerpentes edit minime venenatos, conſueti per viſum pueri atque puellæ panniculum in os obtrudere, quem ſimul ac arripuerint angues mordicus illi eodem momento cum vi diſttraxerint, affixi linteo dētes excutiuntur. Quod factitare conſueti ſunt Pſyllii Marſique apud Ferrandum Ponzettum Cardinalē Lib. 2. de Venenis Cap. 5. Nimirum ut his tractandis ſint ſecuriores, erit hic tibi Anguis Aeſculapii ſub ergaſtulo diu ſeruati narratio tradita nobis ab Ignatio Auerſano Theriacopæo perito Societatis Ieſu Collegii Neapolitani. A Maio ad uſque vindemias detentus ſub capſula cælo tenus perforata Anguis nullo cibo altus quinq;

menſes, niſi quod aliquando liberatus ad irriguũ horti fontem potauit uberius quidem primum, mox plurimam aquæ partem ſua ſponte reuomuit. In ſingulas hebdomadas impaſtus deponebat aluo quantum gallina regerit ſemel ſtercoris: exhalatio ſic tetra & horrenda naribus appropinquantium, ut ſi diu manſiſſet in eo cubili tabem autori ſuo facile attuliſſet, tantum abeſt ut à noſtris hominum naribus ferri potuiſſet. In vindemiis exuit ſe ſenecta, quę capite tenus ad caudam reſoluta eſt inuerſa facie tota, poſtremæ ſolum cauda e modica & exili relicta portione, ut quæ firmius mordicuſque adhæſit, qualis ad hanc diem viſitur, cum tuniculis oculorum pellucidis, cum ſpolii capitulo continenter alicuius membranæ modo concretis. Antequam ſpoliũ reuulſum fuerat, cum ſputare ac tentare animal eodem quaſi velo mox depoſito lucem multis indiciis oſtentare recuperatam: quin lætius euolui, alacrius geſtire nitiduſque exſultare noua ſua iuuenta. Hęc obſeruatio tota de Aelope Ignatiana fuit. Cæterum libet hic lucidiori vernationis enucleationi adſcribere, quæ Franciſcus Maſſarius vir Naturæ periti ſſimus in Comm. Lib. 9. Plinii de hac re graphicè enarrauit. Cum ſerpens pellem exuere incipit, ab oculis primum detrahi aiunt, ita ut obcęcari videatur iis, qui rem non intelligunt, caput exuitur: glabrum enim hoc omnino antequam reliquum corpus apparet. atq; una fere nocte ac die ſenectus tota exuitur, à capite orſa ad caudam, & cute altera intus ſubnaſcente ipſa remouetur. Vt enim fœtus inuolucrum ſecũdarum, quo contentus prodierit, exuit: ſic iſta ſenectute diducta renouatur. Iam uniuerſo ſe habitu renouat, exuitque vipera veteres totos amictus, ut ſubtenſam oculis tunicam, qualem more piſciũ retulit à natura, continuã in vernatione relicta poſſis agnoſcere. Agnouimus porro tales plus ſemel ex utriſque oculis quaſi vitreas feneſtellas cæteris ſquamis diſcretas apud Ioannem Baptiſtam Calabrum Thurum

The-

Theriacopæum Carthuſiæ Neapolitanę perdiligentem. Quod ſi eſt: fallitur profecto Iacobus Greuinus, qui vernationé anguium genuinam iſtorum pellem inficiatus, concrementum dixit ex muco & ſorde muci modo circa corpus animantis lente collectum, & reſiccatum. Qui fieret enim oculorū amictus tanta diſcretioſi confuſanea eſſet illa concretio? Nouellos ſuos catulos alit ſingulos ſtudioſe Vipera, lingentes & deuorantes quicquid mater in os ingreſſerit illorū. Iacobus Lochmanus Heluetus Mugretenſis, Medicus obſeruator. Quod affirmauerat Apollonius Thyanęus, apud Philoſtratum dicens, Viperam eſſe viſam catulos, quos peperiſſet, lambentem quaſi expolientem. Qui idem Iacobus amicus noſter hoc eodem inter nos inſtituto ſermone narrabat liberos domi altos catulos viperarum in lac patina dilingédum ire redireque aſſuetos. Cuius rei ſimile memoriæ prodidit Plutarchus: quod eſt, Aſpidem ab Aegyptio quodā viro tam familiariter altam, ut ad menſam aſſiduò ventitaret. Proditque in vulgus tum Philarchus in XII. tum Aelianus Lib. 17. de Hiſtor. An. Cap. 5. aſpides Aegyptiorum illecebris cicureſcere. Vermiculos per inteſtina Viperarum, & ſuo fato, & vi mortuarum plus ſemel nobis inueniſſe contigit, qui pleriſque in ſpeciem foetabulorum fuerant viperinorum. Qualem plane hiſtoriam & Vlyſſes Aldrouandus inter Anatomica propoſuit pag. 128. Cauſā adſtruens copiam pituitæ, qua per ſuam ipſarum voracitatem conſueuerunt viperæ ſcatere. Contra tamen eſt Seneca qui Lib. 2. Naturaliū Quæſtionum 31. ſtatuit in animantibus venenatis non gigni vermes. Cuius cauſas Hieronymus Mercurialis cap. 14. Lib. 1 de Venenis retulit duas. Vna eſt, inquit quia in ipſis deeſt materia apta generationi horum animalium. Nam fiunt vermes animalium ex excrementis, & præſertim crudis, & inconcoctis, in venenoſis vero animalibus omnia excrementa ſunt excocta, atque etiam ea vi prædita, ut

minimè

minimè poſſint eſſe apta generationi animalium. Atque id probatur, quia excrementa animalium venenoſorũ non fœtent, immo vero ubi habitant ſerpentes, & ubi deponunt ſenectam, ſolet potius fragrantia quædã ſentiri, quam fœtor. Cæterũ voracitas, quam adſtruxit Aldrouandus, Viperis nulla eſt, monſtratis alias à nobis pauco victu contentis; niſi quod dulcia, quibus delectantur hæ feræ, nec non carnis eſca, materiam ſubminiſtrare vermibus facile poſſunt.

Vipera quemquam hominem aut animal præterquam laceſſita non laceſſit. Illudquē eſt quod nudos, & dormientes non inceſſit. Quod ſibi etiamnum puero ſæpiſſime contigiſſe perhibet Olaus magnus. Verum enimvero nonnulli ſunt ſerpentes, qui ſuum iter itantes homines & mali nihil aut ſibimet aut aliis cogitantes ex improuiſo inſultant, ut Acontias ſui iaculatrix ſerpens. Obſeruatum eſt, quemadmodum multæ Viperę fortè fuerint in ampla eademque capſa, in qua diſcurrentes alioqui catuli confuſi deberẽt eſſe; nihilominus teneros natos ſic adhærere ſingulis parentibus ſuis, ut mirum ſpectatu ſit ſimul & iucundum quam belle genetrices ſuas ſinguli norint, quam chare complectantur. Grandem & incomparabilem naturæ vim, qua genus nullam gratiam expertum amoris cumulatam hanc principiis in ſuis experiatur, & perfungatur.

Teſtificati ſunt Pſylli, Marſique noſtri, cum forte per Viperas incaute mordentur, ſi continuo morſam particulam exaſperent ſcalpris, adeo ut tingatur caro multo cruore, quẽ diligenter expreſſerint, fieri ſic ut nulla ſequatur noxa. Nimirũ inquit egregius Actuarius in Lib. v. meth. med. cap. 2. ex maioribus plagis copioſiore effuſo ſanguine non nihil etiam veneni elicitur.

Ab aſpide demorſi galli gallinacei, quauis antidoto defenſi perire ſueti, ſolis viperinis pulueribus ex vino miniſtratis ſeruantur. Paulus Emilius Ferrallus Archiatros multorum Regum conſultiſſimus ſua fide affirmabat,

Qui quidem Vir, & ſolida vaſa vitrea, in quibus Viperæ ſuffocatę fuerint, vino plena diſrumpi referebat acrimonia ſola commaceratæ ferę. Expenderint hoc qui frigidæ craſis viperam opinantur.

Tertio teſtatus eſt, unica Vipera incocta plurimam aquam ſpumeam abundè fieri: quod ſpirituoſam eiuſdem ſalſuginem declarat. Cui rei conſonant ea, quæ ſcripta reliquit Plinius in Lib. 29. natur. hiſtor. cap. 3. Sunt autem hæc: *Ouorum genus eſt*, inquit, *in magna Galliarum fama omiſſum Græcis: angues innumeri æſtate conuoluti, ſaliuis faucium corporumque ſpumis artifici complexu glomerantur. anguinum appellatur*. Hæc ille. Ex quibus diſces, ſpumoſum natura genus anguium eſſe nitroſum alioquin & flatuoſum.

Cęcilia, ſerpens à Vipera deuorata viuens (nam pręlubricitate contritum dentium diffugit) per inteſtinorũ ambages longe traducta tandem ex aluo libera prodit relatore Paulo Mantuſio Conſentino Medicinæ Doctore cum primis ingenioſo. Cui quidem narrationi & data libentius fide aſſentieris. Quod de mergi podice infimo egredi viſa eſt anguilla, quam illa auis tranſuorauerat, retulit Thomas Haneſius Anglus Londinenſis, quem virum honoris cauſa nomino. Quin etiam ſcire licet deuoratas à Phalacrocorace integras anguillas per inteſtinum nouies elapſas, itemque integras: quod in Lib. de piſcibus retulit Conradus Tigurinus. Cũ exiguo & vix effatu digno victu ſe ſubſtinentem quempiam ſubludere volent Calabri noſtri promto protinus adagio patrio; Scorzonẽ dicent, qui victitet vento: quam celebrem populi parœmiam haud temere vel ſine obſeruatione productam in vulgus credas. Eſt autem obſeruatio, quod ternos quaternoſue menſes ſingulis annis vitam ducit cauis ſub terris ſerpens omni abſtinens venatu. Ducit & in captiuitate longinquiores moras. Citra quod tempus diſcurrenti per campos angui paſtura nulla eſt luculenta. Fortaſſis autem ſic alluditur

ad eam ſententiam, quod aut tenui quodam aut occulto prorogat æuũ alimento. Quod profeſſi ſunt Io. Quercetanus, Stephanus Rodericus, Sebaſt. Baſſon, & alii quidam. Ferrarienſem agrum referunt præ uniuerſa Itala terrâ feraciſſimum Viperarum atque ſerpentium, ut mirum ſit quantus undelibet occurſus iſtorum anguium. Qua quidem re expenſa Hercules Eſtenſis Ferrarienſium Dux veterum æmulator Romanorum, atque horum ulli vix inferior, ſeu celſam eius dignitatem, ſeu prudentiam ac vigilantiam, ſeu ſuorum ſalutem nõ poſtremam quidem ſuam ſollicitudinem, ſed maximã credo ditionis ſuę ſortem indicans ſerpentiferam, qualem Scaliger Exerc. CC. notabat adſtruens, poſtquam altera argentei numiſmatis facie conſpectum ſuum oſtendit; altera mox ingentem variè innodatorũ anguiũ confertam vim expreſſit, imitatus equidem opinor Oſcum Tyrrhenorum Imperatorem, cuius inſigne ſerpens fuit, propterea quod Oſci à ſerpentibus dicti populi plurimum his abundent.

Viperæ quæ cuique inſultare parata ſit, ſi prudens ſit is, qui ictum eſt recepturus, ut ſudariolum, vel pileum, vel pugillare aliquod obtrudat, conſtat fama multorum hominum, qui rem ipſi compperere, feram beſtiolam abſtenturam ab inſultu primum concepto; verũ illud quod obiectum eſt mire diſcerpturam, ac dilaceraturam. Adeo verum eſt adagium vulgare horũ hominũ: cũ verberare non poſſis aſellũ verberaueris ditellas.

Nonnulli nobis certa fide retulerunt, fragrantiam quæ ſubleuatur ex Vipera, quæ igne torretur, memorabilem eſſe adeo, ut quiſpiam illuſtris homo ſurrexerit quandoque de ſtrato ad proximum vicum, ut nobilis odoris addiſceret cauſas. Cui narrationi non diſcrepat ea profecto, quã propoſuit Fuchſius ſe Loſtorfii vidiſſe, cum ouum unius Viperæ in fornacem proiectum eſſet, mox matrem ipſam cum feſtinatione acceſſiſſe ſibilantem, odore nimirum percepto & fornacem in-

greſſam eſſe, licet aſtantibus ad rem quibuſdā viris, à quibus partim baculis occiſa eſt, partim igne læſa. Dubitari poſſit; an hoc per στοργὴν acciderit, an quod odore illecta fuerit. Nam & alioqui fertur, ſi ſerpens uratur in ſilua alicubi, alios etiam accedere, ſiue ſibilo tantum, ſiue odore etiam allecto. Pullus à Vipera demorſus antidoto monocerotis duabus horis in vita perſtitit, quod genus non longo momento conſtare conſueuit. Argillæ Meliteæ quotacunque portio in viperæ os immiſſa exitio eſt præſentaneo, Io. Baptiſtæ Portæ Lib. 8. cap. 10. experimento.

DE DENTE VIPERAE VIRVLENTO

D. IOAN. BAPTISTAE HODIERNAE SICVLI SYRACVSANI in oppido Palmæ Agrigentinæ Diœceſeos Archipresbyteri

Ad Marcum Aurelium Seuerinum Philoſophum & Medicum Neapolitanum longe celeberrimum Epiſtola in paraphraſim inflexa.

ARGVMENTVM.

QVandoquidem nobilis hic auctor Neapoli vulgàuerat de Muſcæ oculo per microſcopium ſpectatum, lepidum opuſculum, miros naturæ luſus & incredibilem in pangendo ſagacitatem aperienti, munus hoc gratuitò donantem optimum ſacerdotem, ac ſedulum naturæ tenuioris interpretem, interpellauit Seuerinus, ut viperæ tū denticulos intortos, tum latitantes veneni vias organo ſuo ſubtiliſſimo ſcrutaretur; præſertim ocium nactus, quod ſibi minime ſuppetebat. Quas utraſque obſeruationes amicâ diligentiâ, perſpicaci ſtudio a Reu.

Vi-

Viro iam confectas, atq;aliquo poſt tempore communicatas huc inſerendas Aurelius ingenuè curauit hoc exemplo.

EPISTOLA.

Quoniam ut omnibus numeris abſolueres præclarũ, quod præter plurima Mineruæ tuę monumenta, de vipera complebas opus; Neapoli de arcana dentis viperini natura, Marce Aureli præſtantiſſime, mecum agens meumque ad exilia rerum corpora veſtiganda cõparatum ingenium aduertens: exegiſti, ut quam Anatomę inſectilium oculi deprehendendæ ſubtilẽ meam accurationem fueras admiratus, eamdem in explorandam dentis huiuſce ſtructuram adhiberem, atque operam meam, qualiſcunque ſucceſſiſſet, epiſtola recenſerem. En quam equidem pollicitus tibi ſum, conſtantem nunc exhibeo fidem.

Opus ſane perquam difficile, ac exſequẽdo periculoſum, ne quum exitiale caput colubri tractatur, incolumitati nocium atrumque foret. Verùm has atque alias aduerſantes operæ difficultates cum bono Deo meam induſtriam adiuuante ſuperaui. Atque ut omnem rationem, Aureli diſſertiſſime, quaue uſus ſim induſtriã, agnoſcas; Pragmatiam meam omnem audire, ne te pigeat, quæſo.

In Auſtrali Trinacrię Regione, quæ inter Gelam, & Agrigentũ interſeritur, eſt Terrę tractus Montis Clari nuncupatus, in cuius medio Palmę oppidum Palmis ſilueſtribus inſigne viſitur, littore ad Africam ſpectante. Hic cum abundè proueniant angues generis pręcipuè viperini, equidem cum oppidanis & agreſtibus pepigi ſponſionem, ut quotcunque viuentes ad me perferrent angues, certo ſuo precio redimerem. Quorum in dies varium genus in capſulis & ciſtulis delati quum eſſent emiſſos ſingulos tum ſolo ſerpere, tũ gradus aſcendere, deſcendereve curaui, quatenus quidẽ viuorum in progrediendo motus, & linguæ vibratus ẽ

com-

compoſito viderem, ſibilũ verò curioſis auribus haurirem; mox verò multos ſtrangulando, diſſecando, aperiendo, ac reſoluendo plurima & ſelecta obſeruarem; tum etiam per opticum tubulum, quo ſpectabulorum ſpecies exiguorum bis millies in magnitudine ſub oculos exponuntur, Linguam, dentes, palatum, oculos, nares, ſingulas denique partes ſedulò rimatus ſum. Nã præter dentium in ore ſeriem ac figuram, alia item pleraque ſcitu digniſſima perquiſiui atque percepi, quæ tibi non ingratiis nunc ſtudeo commendare. Anguium quippè genera vidi quam plurima, varia diſcretos magnitudine, multiſque diſtinctos coloribus, in paucis ab ſe inuicem diſtare, in pluribus verò conuenire.

Os quippe, Lingua, ſibilus, dentes, amictus pellis in ſingulis ferè pari pacto ſe habent. Os cunctis amplè patens, ac guttur ampliſſimum, lingua bifida, dentes partim adunci, atque ad palatum reflexi, partim in utraque maxilla ſerratim confecti, quemadmodum in lacertis & piſcibus diſpoſiti viſuntur. Inter quos Lingua, quæ forma inſolens & flagellifera ſerpentium rictibus indita eſt non initio gutturis aut confinio utriuſque maxillæ ſub primo hæret palato, ſicut in piſcibus & in ceteris animantibus; verum per quandam quaſi fiſtulam membranis interiacentibus ſubligatam quaſi per vaginulam ad oris rictum ultro citroque diſcurrit: per cuius canaliculum Angues bifidam exerẽtes lingulam pernici ſic agilitate vibrant, ut hæc fermè coruſcare, diſſilireque triplex ore videatur. Eodem quoque modo & lacertæ ſciſſam & ſub nigris veluti fibris diſcolorem linguam, ſed habitu craſſiuſculam ſibi vindicant. quãm equidem eo naturæ conſilio tributam anguibus fibroſam, & tenuiſſimam arbitror, quod cum humillimæ beſtiolæ plurimũ in terræ latibulis degant, unguibus & chelis, quibus ad meatus narium extergendos utuntur carentes: flocculatam opportunè lin-

guam

guam huic eidem expediendæ operæ nactæ ſunt. Neque verò ſibilum ex euidente gutturis larynge, verum è latitante, ac ſub inferioris maxillæ membranis demiſſa fiſtula ſpiritum in exiliſſimum & peracutum ſtridorē emittunt: per cuius oſtiolum ad narium hiatus reſpondens inſpirant reſpirantque vitales auras. quippe quæ ſpiritum ad pulmones anhelantes traducant, & ad narium anfractus intra palatum impellant, & ore clauſo ſibilum educant.

Sed & dentes in ſingulis utriuſque maxillæ lateribus tum aduncos ad guttur ſpectantes, tum alios è ſoliditate oſſis maxillaris eductos duodecim numeraui, ut cūcti numero ſint quadraginta octo; ſerie quidem & ordinatione, quæ viſuntur in Anguillis, quæ maximè inter omnes apodas animantes ſerpentiū ſimilitudinem exprimunt: niſi quod Anguillarum genus linguam non emiſſiuam nec bifidam habet, ſed craſſam, orique colligatam, quæ fibrulas etiamnum adſciſcit ſibi. Dentes autem anguium roſæ, aut rubi ſenticoſi figuram referunt; magnitudinem vero cuſpidularum urticæ vel ariſtularum. Aduncos vero, & ad palatum prope parallelo reflexos hæc Animantia dentes habent, ne captata ore alimenta protinus excidant, quæ nullo retinendi ſubſidio participant. Diuinitus igitur à natura prouiſum fuit, ut ſi quæ Beſtiolæ, Ranæ uidelicet, mures, anguillæ ſub fauces anguis incurrerint ſemel, hinc expediri nullo negotio queant; quia præcipitē in gula ad ſecundā dentium ſeriē ultrò & minime cōtrita trudantur. Siquidem haſce Beſtiolas ſerpulæ molarium expertes cum ſint, in fruſta proſcindere vel pinſere non ſunt potes; atque adeò raptam eſcam non comminuūt, ſed intaminatam vorant, ac in ventrem demittunt. Sed de voratorum iſtorum ingluuie ac ampla lacuna non omitto dicere. Serpulam enim vidi (noſtrates id nomen Anguis Atri fecerunt, quem & innoxium experiuntur) Ranas integras deuorantem. Alteri vero murem ſtrā-

gula-

gulatum continuo deglutitum. Verum lacertam terreſtrem lumbricum prælongum in gulæ bulgam præcipitare connixam diu laboraſſe; tandem ut ventre complecteretur, cauda ſe & virgulto verberaſſe: ſic demum ſolidè deuoraſſe. quam rem equidem attentè contemplatus & admiratus ſum ob excedentem abſorpti pabuli dimenſum, quando lumbricus ſubtriplus eſſet ad lacertæ magnitudinem. Quoniam igitur hi ſerpentem vorandis lumbricis, Ranis, Muribus, & Auiculis diu fatigantur, vides interim os replendum, & guttur omne perſtringendum fuiſſe, niſi ſia natura prouiſum eſſet ut fiſtula pulmonis, quæ tenuiſsima ſerpentibus tributa eſt, intrinſecus per inferioris mandibulæ medium ad hiatum oris educeretur; ſecus reſpirationis actum os tracheę confarcinando compreſſius ore paſtum affatim impediret, atque inter vorandum angues præfocaret. Qua cautione factum fuit, ut ſicut os illis valdè patulum eſt, pariter & guttur ampliſsimum ad ventrē uſque diſtendatur.

Verum ad dentes viperæ remorſores nunc deuenio. Porro ſerpentium genus virulentum, quale, & viperæ ſic dictæ, quod vi ſeu violentia perimat, præter id quod habet cum cæteris commune; Dentes utraque maxilla recuruos ac expeditos rapiendæ excipiendæque eſcæ uſus à natura recepit; ſpeciales & cæteris maiores ac proportione longiſſimos: qui cum ſint pro arbitrio mobiles, tū exſeruntur, tum ad interiora palati reponuntur, aduoluunturue, non abſimili figura, quam felis aut Leonis ungulæ. Hos itaque dum anguis ſedatus eſt, repoſitos abdit; quum vero ad pugnam atque ad vindictam accenditur, teli modo dirigit, paratoſq; ut percutiant intendit. Quo quidem actu dixeris Aprinum aut Elephantinum caput exprimi; niſi quod utrorumque dentes exſerti, ſitu differunt, quatenus è ſuperioribus in vipera dentes tenduntur; Apris vero ac Elephantis ab infera maxilla. Ad hæc dentes anguiū

viru-

virulenti & circumquaque tornatiles, fragiles, caui, flexileſque ſunt; illi vero ſingulis hiſce conditionibus euariant, ſola figura reſpondentes recurua. Quanquam & figura & magnitudine & colore nil dentibus hiſce, viperinis ſimilius, quam aculeus capparis ſenticoſi; uſque adeo, ut ex hac ſignatura coniectare liceat aduerſaturū viperę veneno ſuffuſum è cappare ſuccū. Quod fit mihi probabilius ex eo, quod ſub hac plāta frequentiſſime condi gaudeant hæ feræ. Neque vero forte opinaberis, vir prudentiſſime, dentes viperarum hiſpidos aut ſerratulos, quales cancrorum ſunt chelæ. Declarat quippe Microſcopium nulla eos aſperitate rigere, ſed politos eſſe ſic, ut elephantinos dentes eleganter imagine repręſentent. Sed neque ſolidi ſunt cenſendi. Quoniam vero ſunt ab radice ad verticem caui, hoc etiā in ruptis ac fractis eodem oſtendente tubulo viſorio; ut mira Plinii ſe prodat diligentia in minimis etiam quibuſque naturæ rebus explorandis, qui viperæ dentes tenui fiſtula perforatos agnouerit, atque ut ſcorpionis aculeos veneni condos & promos.

Compertum eſt item obſeruatione diligenti, præterquam ad pugnam ac vindictam viperæ remorſores non erigi dentes; verum eoſdem perpetuo inter genas inflecti & cuſtodiri ambiente membranula, quæ ſub dextra, lęuaque gena præter conſtitutam dentium nudorū ordinationem ad oculi perpendiculum ſinuatur ac ſurgit, diſtincta veſiculis læui quodam humore viſcido flauoque refertis, quas profundè denticulos amplexas crediderам hactenus veneno condendo paratas, quod eructans internè dens cauus ad inimicos uſus eiacularetur. At perſpexi demum humorem exitii veri fomitem non eſſe. Quamobrem aliunde virus effundi oportere. Plinius quidem maximus naturalis hiſtoriæ diſquiſitor non aliud ſerpentium venenum, quàm fel ſibi perſuaſit, atque inde per venas ſub ſpina repentes ad os peruenire ſubſequuti ſcriptores alii tranſtulere. Quod equidē

animaduertens, viperam à cauda ad collum proſcidi, reperique fellis veſicam Hepati colligatam in mediam prope caudam propagari, atque iſtinc filamenta quædam mira ſubtilitate per ſpinam ad os perduci, ut verũ Plinii profatum comprobaret. Deinde fel pane ſubactũ feli deuorandum obtuli, quo ſtatim integro deglutito fel ſignum letalis alimenti nullum dedit. Quamobrem viperæ fel non eſſe venenum, ſed ſuccum veneno finitimum, à quo virus per eiuſmodi filamenta quaſi per venulas ad dentis cauitatem deducitur, credidi, vel quód veneni vis in dente mox perficiatur: ita ut Dens tanquam letiferi liquoris receptaculum & cornucopia ſit: ob id habitu tam fragili eſt, ut unoquoque ſub ictu dirumpatur amplè diffuſo per attritum vaſculum veneno. Sed violati dentis meum hoc fuit experimentum. Equidem felem & catulum excuſſo viperæ dente plus ſemel percuſſi, qui perpetuo ſecundum apicem eliſus eſt, animante nihil emoto: quod ſcilicet veneni vigor à dente iam euaporarit, atque adeo venenandi facultatem laxarit.

Verum obſeruationem audi maximam, & problema valdè dignum attende. Nam ſi dentem ex ore viperæ refigas, atque euellas, poſtridie & alterum eadẽ ſede tanquam Hydræ caput renatum ex integro reperies. Quæ fit quidem reſtauratio dentium non vi ſolum excuſſorum; verum & ſua ſponte delapſorum. Scire namque licet ſingulis ferè menſibus fieri redintegrationem omnibus in ſolidum conditionibus. Quod equidem haud aliena fide, verum accurata mei ipſius obſeruatione comprobatum teſtor. Neque vero negotiũ hoc exorbitat à naturæ poteſtate, cuius eſt exuuias & ſenectam in eodem angue, ſuppetente natiuo balſamo, reparare, quemadmodum Arbor Climatis Indici melancholica flores, quos diu amiſit, noctu reparat; quod eſt apud Emanuelem Coſtam in Hiſtoria. Stirpium indicarum; maiore ſcilicet dente per maiorem, minore-

que per alterum minorem repoſito. Quo reſpicit hemiſtichion Virgilii: *uno avulſo non deficit alter*.

Sed rurſus quæres, unde, aut quo Naturę placito fiat, ut dentes virulẽti ſeu vi excuſſi, ſeu ſpõte delapſi renaſcãtur. An quia, niſi dentes viperę renaſcerẽtur, ferociſſima cæteroquin bellua poſt unam aut alteram pugnam inermis & imbellis præter unam conditoris ideam perpetuo relinqueretur? quod quidem in unoquoque morſu venenum amplè profundendo diruptus dens inutilis inde redditur, & lethiferum animal ſuppeditatibus aliorum omnigenæque labi fieret obnoxium? Præclarè quidem quæſito ſatisfactum. Verùm quid cauſæ ſubſit, inquies, ut mobiles dentes ac veluti chelæ cancro flexiles ad libitum ſibi recondat vipera? An quia ſi perpetuò dens virulentus exponeretur, ſubinde fieret animanti perniciofus. Quoties enim in occurrens emiſſarium eſcæ vorandæ pars & allideret & impingeret; tũ ex hoc facile diffringeretur, & viſcoſa colluuie nutrimentum inficeretur; unde aut vita demum aut alimonia corrumperetur. Iam igitur vides quã conſultò factum ſit, ut cum viperæ veſcendum eſſet, iacentes & abſcõditos eos dentes inducta non attingeret offa. Sic igitur dexterè prouiſum eſt, ut quoties viperæ veſcantur, inter utrumque genarum ſinum dentes virulentos ſupprimant & occulant. Quoniam autem in emortuis ita compreſſos dentes videre eſt, inde puto vetitum, ne multis hęc obſeruatio plana fuerit.

Hactenus hæc pauca ſubtiliter in vipera fabrefacta mihi per meas ingenii vires enarranda fuere, quæ tametſi tuæ ſint ſedulitati perſpecta, nihilominus ad uberiorem tuorum effatorum comprobationem uſui futura confido. Prętérquam quod & ipſe & amici cognoſcere poſſitis meam omnem operam, ſtudium, obſeruantiam tuis aut obſequiis aut commodis patuiſſe: quapropter & hæc boni conſulas rogo, & B. vale.

APPENDIX AD EPISTOLAM ANTE RELATAM

Quibuſnam conditionibus differat à cæteris Anguibus vipera. Obſeruatio I.

VIpera cæteris ab anguibus diſtat per hæc:
1. Quod caput efferat ſupernè preſſula forma.
2. Quod genarum habitu ſit toroſiore.
3. Quod roſtrum ſubleuet, uti ſus.
4. Quod oculorum obtutum ad verticem felium modo contorqueat. Quæ res ſanè fortaſſe ſit propterea, quod eadem habitudine prædita, qua feles ad prouidentiam & ad venatum, ut ſurſum, deorſumq; conſpicentur, pupillarum opus habent ſublimitate.
5. Quod externus habitus plurima parte cinereus atris perpetuo maculis ſit intermiſtus.
6. Quod eiuſdem corpus reducta potius quàm promiſſa nimium ſit longitudine.
7. Quod hoſtis præſentia non exterretur, ſed nulla mora longo in ſe ipſam gyro contorta, & in pectus erecta confligere prægeſtiat, ac ſe diſtringat, intentans furore mortem. Ex aduerſo colubri, atque Angues aquatici teres geſtant caput, non explanatum, neque turgidulas malas. Roſtrum exporrigunt croceo colore tinctum, pectore verò ac ventre candidiore, cæterum corpus iactant habitius atque prolixius. Sed ſerpulæ nullis maculis diſtinctæ, & capite & omni habitu ſe præferunt atræ, tenuiores, ac productiores: elapſæ domiciliis nidorum exſorbent oua.

De Interaneorum in Serpentibus habitudine. Obſer. II.

SErpentis quidem in aſſere reſupinati cute ac peritonæi membrana à podice ad capitis fines uſque diſciſſa, primo ſe offert adeps aluo farcta, mox cor emicat

Sedem

Sedem in pectore ad trientem unũ longitudinis à ſummo capite nactum; quod cor angue perempto duas plus minus horas molliter palpitare videbitur. Deinde inferius dextra iecur colore cæteris animantibus reſpondente: lien verò ſiniſtra ſecundo corporis triente ſecundum animantis longitudinem demiſſa pateſcent. Pulmo præpurpuriſſante Cyprinoue nitore conſpicuus uno qua ſi ſacculo tenuiſſimo complicitus. Cæterum reticulatam explicat texturam & opificium omni animantium generi ſingularem. In cuius medium fiſtula ſpiritalis inſerta tenuiſſima, reſectum caput contempto quaſi percuſſore minabundam vibrat linguam, exſerit identidem & recondit. Si quid autem quidpiam ad os alliſum ſenſerit, arreptum continuo perſtringit, præ rabie commordens. Quare decuſſum etiam è trunculo ſerpentis Euganei caput, ſi vitæ ſuæ cauerint, abſtineant ardeliones homines attrectare.

De Serpentium exuuiis. Obſeruatio III.

VEre nouo aëre tepeſcente, latebris Angues relictis veterem vernationem abiicientes etiam intimè reſtaurari pręſe ferunt. Verùm ut exuuias excutiant, operę preciũ eſt retexere. Quod autẽ autopſia comperi nunc enarrabo. Cũ exuere ſe parat anguis, caudam anguſtè dehiſcenti ſuffigit humo ſic arctè, ut colligatus appareat, & in ſolum perinde ac natiuum quodq; virgultum inſertus, quo tempore caudæ extremo ſumma vi propulſo cutem ad ſuperiora retorquens explicat reſoluitque ſic ad os uſque reductam, ut ea demum expulſa ſerici vermis exuuias deponentis referat modum.

De prudentia Serpentis. Obſeruatio IV.

PRudentia ſerpentis Matthæi cap. x. inſignitè diſcipulis commendata eſt à Seruatore per hæc: *Eſtote pru-*

prudentes ſicut ſerpentes. Quo verò nomine prudentiæ dignitatem ſibi prærogent ſerpentes incertum eſt. Equidem hoc eò refero, quod ſerpens inter omnes animantes maximè ſit circumſpectus. Enim verò cum eiuſdem ergaſtulum à capite ad caudam multam in longitudinem extendatur, manibus pedibuſque carens, & armamento, quo ſe protegat & undecunque defendat; imbecillam & præſidio defectam corporis longiſſimi cuſtodiam una ſua ſolertia tuetur. Itaque capite veluti cẽtro primum facto, ſed tamen elato. Cæterum in orbem perpetuo quaſi circulo corpus funiforme colligit & cõprehendit ſic, ut quacunque ad ipſum inimicus inſurgat, inde toruo capite ſubuectus inſultet contra, de medio circumiecti glomeris erumpens, tanquam ex arce propugnans armatus miles, qui furorem impetentis opperit, ut vim vi repellat, atque exterminet. Sic humillimus colluctatur rigente ore, exſibilante ſpiritu, vibrãte lingua, ſurrectum caput in latus torquet, atque ultra propellit, mox dicto citius inſultorem ſuum percutit dente petens, quo demum effracto veluti vaſculo venenum effundit in apertam vulneris viam.

FALSAE DE VIPERIS NARRATIONES. Cap. XV.

PRæter eas, quæ c. huius Lib. ſexto recẽſebantur, legeris & hic velim falſas narrationes & opiniones, quæ de viperis ſeu ſcripto ſeu voce feruntur. Quarũ prima eſt: Catulos Glirium in nido a viperis inuentos partim vorari, partim excæcatos nutriri, donec ſingulos abſumere libitum ſit: qui ſi interim à quoquam homine rapiantur, perditum hunc iri veneno. Apud Aldrouandũ, & prius apud Conradum ex Epiphanio fine Tomi Primi contra Hæreſes enunciatum: quamquam Cornelius à Lapide

Comm.

Commen. in Geneſin iſtiuſmodi complura per Patres prodita confeſſus eſt, quæ ſunt ex placito vulgato.

Magnum eſt quod de Philomela referunt, paterque meus id teſtabatur: quod tamen apud me ſupra fidem eſt, ſcilicet Philomelam deprehenſam in arbore à vipera, quæ arborem ambit, paulatim deflentem miſerabili voce in illius os, ut deuoretur, deſcendere. Si itaque hoc contingat: metus & antipathiæ cauſa, & cuiuſdam ſtuporis ingeniti ratione fiet. Verum talibus non ſubſcribam, donec videro. Hier. Cardanus in Lib. 7. de rerum varietate Cap. 36.

Philomela trāgā viperam mirum factum.

Illud quoque reiectat fidem, quod ab angue non attingi nudum hominem in calce XII. ſcripſit Iſidorus. Huic enim ſaltem poëtę contradixerint, qui tradiderunt impetitum à colubris infantulum Herculem in incunabulis, quem nudum depingere conſueuere.

Si viperæ collum ſumma cautione continens in os illius diductum expuas: ſputum in eius ventrem traductum, tanta ei pernicie exiſtit, ut inde ex tabe vipera putreſcat. Aeliani quidem, ſed amicum experimento falſum compertum πράγμα.

Ebuſitanę Terrę puluerē rectius aſpertum haud ferre ſerpentes prodidit Pomponius Mela. Terra Hiberna iniecta necari referunt Angli, nec non alia plura de lignis indigenis exterminantibus exteros ſerpentes. Quę narrationes dignæ ſunt, quæ cenſeātur. Equidem iſtas antipathias, quas impoſuit natura locis aduerſus ſerpentes ut non ambigo dari, ita etiam facile credo, fabricatas ſuper his hyperbolas nimiſque dilatatas ex arbitrio ſcilicet hominum, quibus ut poëtis attentio mirifica plurimæ eſt autoritatis. Sed cauerimus hoc nos prudētiam ſtatuentes, fidem auditis habendam modicè, nō profundendam prodige. Aſſenſus igitur iſtorum pleriſque negandus eſt, ſi fidem rebus digne quæſitam parce cuſtodimus. Mira res eſt, ſi ponantur hinc quidē fraxini folia, & hinc ignis, atque in medio conſtituta fuerit vipera;

pera; potius eliget ſeſe in ignem coniicere, quam ſupra fraxinum tranſire; tanta huius eſt ad fraxinum antipathia. Plinius author prior: mox relator Mercurialis, cui hæc credenti vix ut credam animus patitur.

Plinius de ceruo narrat, quod cum ſentit ſeſe grauari ſenectute ſpiritu per nares è cauernis ſerpentes extrahit. Quod verum non putat Albertus, & cum hoc viro facile nos.

Suis è cauis nequicquam extrahuntur ſerpentes. Læua vero manu facili negotio, ſicut ſentiunt Plinius, Apuleius, & Conſtantinus in Geoponicis. Quam rem ſuperſtitioſus quidem homo facile credet. Ego vero ſcepticā epochen huic nón addere nō poſſum, aut illud? Si Diis placet.

Bonum ſi vipera ſmaragdum intuebitur, eius mox oculi eliquantur, & fluunt è capite. Raſis quantum admirabile, tam incredibili proximum enunciatum.

Serpentem homicidam exulare ſupplicio.

Terra ſerpentem homine percuſſo non amplius recipit, pœnaſq; etiam interitus nomine exigit. Iam ergo ſerpentem, quæ hominem interfecerit (Indi pro multis in hanc rem teſtibus Libycis & Aegyptiis Thebarum incolis utentes dicunt) idcirco ſubterraneam latebram, quia terra ſuis ipſa ſedibus eam nō amplius recipiat, & quaſi gremio ſuo in exilium eiiciat, ingredi nequire: ſed poſtea errare, vagari, & pluribus iactatam miſeriis æſtiuo & hyberno ſub dio ęrumnoſum omne ætatis tempus degere: neque amplius à coniugibus adiri, neque ab iis, quos ex ſe procreauerit, parentem agnoſci. Ergo pœnas Diuina prouidentia vindice, etiam rationis expertes, ob cædes hominum factas, pendunt. Aelianus, & Lycoſthenes quidē in Apophthegmatis narrant, ſed quod Aeſopicas referat fabellas: Licet concordet Plinius & Apuleius apud Gaudentium Merulam Nouarienſem in Lib. Memorabilium. Refragatur tamen hypercriticus Scaliger in Comm. 2. de Animal. hiſt. cap. 8. fabulam adſtruens. Nam quare, ait, eam fouet, quam

ſciat

ſciat eſſe percuſſurum.

Doctores referunt, quod ſi quis viperæ mortuæ renes incaute calcauerit, grauius quam venenum perhibetur nocere, & irremediabiliter vulnus ſerpere. Vincentius hæc Belluacenſis, quæ minus fidei merentur, per eà, quæ nos in Cap. XII. huius operis demonſtrauimus.

Captiua nihil rapit in eſum vipera, nedum aut mater, addidit Cardanus Lib. 3. de Venen. 33. ſed proles eiuſdem. Quare falſi coarguuntur hi, qui furfure atque herbis in capſula nutriendas propoſuere. Perperam quoque monuit nos Autor libri de Theriaca ad Piſonem Cap. 12. non alendas viperas eſcis inſuetis. quanquam contra eſt, quod vipera nonnihil regerit, ut in captiuitate viuentis viperæ deſcriptum fuit.

2. Diutiſſime detentę in captiuitate viperę quę momorderint, non interimunt.

3. Mares, non feminæ, lumbricellos inteſtinis aceruare conſueuerunt.

1. Serpentes apud Plinium Lib. 16. cap. 13. capitali odio fraxinum arborem proſequuntur.

2. Simile illud eſt, quod & Mizaldus in Catal. primo Sympath. & Antipath. & Scaliger in Comm. 2. de Animal. hiſt. cap. 8. conſcripſerunt, ſerpentes herbæ betonicæ circulo incluſos non tranſilire, ſed ſe ipſos flagellantes interire.

3. Viperam ſiſtit fagi ramus, ſi ei admoueatur Cœlius ait Rhodiginus Lib. 9. cap. 32. fagum pro fraxino accipiens, quod Conrado quoq; viſum eſt, contra quã dudum aſſerebat Plinius. Qui idem ibidem Rhodiginus, Coluber, ait, nudum hominem timet, operimentis indutum perſequitur. Verũ hoc experimento comprobauerimus nos. Huic narrationi ſimilis & illa eſt, quam expoſuit Mizaldus in calce Catalogi primi Sympathiarum, & Antipathiarum per hæc: *Carneam eſcam ſub viperæ ventriculo diu detentam non corrumpi, falſum*. Enim-

Eſca carnea ſub vipera ſtomacho corruptionem init.

uero non lumbricos tenues & prælongos, quos catulos imperiti æſtimauerint, eodem conceptaculo comperimus, quos ſæpe nobis diſſecantibus contra Senecam, & Hieronymum Mercurialem alibi aduertimus.

Idem ipſe Hieronymus in Lib. 1. de Venen. ſtatuit pro vero problema, quod ſues non attingat venenum præ nimia ſcilicet adipe, quæ deleteriam vim obtundit, impeditque quo minus ad cor peruadere queat. Quæ tamen Hypotheſis falſa eſt, per ea, quæ retulere nonnulli, qui viderunt à viperis ſues exanimatos, quoniam & Plinius ex Thraſillo tradit, ſues à ſerpētibus letiferis percuſſas cācri pabulo ſibi mederi, quas vorari à ſuibus teſtis eſt Ariſt. Quoniā autē de viperarū adipe memini, audi quæ Luſitanus Amatus hac de re. Quoniam viperæ adipē, ubi radicitus pilos ſub alis euulſeris, prohibere illos recreſcere illitum referunt: viſum eſt mihi eius facere periculum eſſe ſatius. Ac ubi prout iubent feciſſem, mentitos comperi, ſicut etiam quod initia ſuffuſionum ſanet. Amatus Luſitanus.

Euentu non comprobatum.

1. Concubitura cum Muræna piſce terrena vipera venenum ſuum mortiferum in ſaxo quopiam deponit, quo poſt concubitum non inuento, dolore exanimatur. Autor Oppianus in Alicuticis: Quod repetit Gulielmus Rondeletius in Lib.14. de Piſcibus Cap.5. Cuius & illud ſimile videtur apud Conradum, qua de vipera ſcripſerat. Coluber, ut eſt apud Hieronymum, bibiturus venenum prius euomit, ne ipſum ſuum hauriat cum aqua. Cum proximum eſt ut vipera complexu venereo iungatur cum Muræna, venenum euomitione reiicit atque expellit, ut blandus decoruſque ſponſus videatur: poſt ea edito ſibilo (tanquam Hymenæo quodam ante nuptias miſſo) ſponsā appellat; atque ubi mutuam Veneris libidinem inter ſe expleuerunt, hæc quidem ad mare regreditur, illa vero reſorpto veneno & recollecto ad domeſticam ſedē reuertitur: Aelianus & Oppianus Lib.

Ali-

Alieuticon, & Conciliator Lib. de Venenis Cap. 2. Ego vero quæ cómenta, inquam, & quę anilia deblaterẽ nugaméta, beſtias terreſtres ad marinas adire, ſibilo vocare, venenũ reuomere, vomitum reſumere? atque alia huiuſinodi, quę ſunt intelligentiũ, confingere. Mecum autem conſentit Andreas autor ab Athenæo citatus, in Lib. 7. Locus autem fabulæ datus mira Myri maris cum ſerpentibus terreſtribus ſimilitudine. Ita Rondelet. De Piſc. Lib. 14 Cap. 5.

Catulos viperę iam maturos ad exitũ, fœtus natura tacite inſtigante, clauſtra, quibus continebantur, vi diſrumpere, ac matrem diſrupto ample ventre, patris necem ultos occidere. Quod Herodotus in Thalia & Nicander cecinit in Theriacis. Simile autem eſt apud Aegyptios profeſſos apud Horum Apollinem in Niliacis, & Pierium Valerianum in Hieroglyphicis catulis exedi parentis uterum, ita ut illa intermoriatur, quod Theophraſtus Ereſius, Nicander, Horus, Apollo, Lucanus, Plinius, Aelianus, Plutarchus, Apuleius, Auguſtinus, Hieronymus, Baſilius, Epiphanius, Euthymius, Athanaſius, Iſidorus, Leonicus, Cælius Rhodiginus, Raphael Volaterranus, Iulius Camers, & Simon Maiolus & innumerus ſcriptitantium ordo confirmauere. Non abibit autem ſilentio preſſus Sympoſius antiquus ęnigmatum ſcriptor, cuius verba de vipera ſunt hæc: *De Catulis viperam in partu dilacerantibus.*

Non poſſum naſci ſi non occidero matrem.
Occidi matrem: ſed me manet exitus idem.
Id mea mors patitur; quod iam mea fecit origo.

Hactenus recenſuimus abſurditates eorum, qui marem à fœmina in coitu, & fœminã à fœtibus in partu perimi ſenſerunt: nunc ad alios veniemus, qui utrumque negarunt, & quorum ſententia non tantum veri ſimilior, ſed & uſu & experimento probata eſt. Primus Apollonius Thianæus apud Philoſtratum. *Neque aſſentior*, inquit, *imprudenti eorum ſermoni, qui dicunt Viperarum filios abſque matre naſci.* Neque enim hoc natura patitur, neque *De his qui ſaciunt hoc inficiati fuere.*

eum probat experientia. Deinde M. Albertus Lib. hiſt. anim. 25. Quin vero primò omnium Ariſtotelis ſi recte percipiantur verba, quæ ſunt Lib. 5. hiſt. anim. cap. 34. deſcripta. Cuius noſtræ ſententiæ ſunt Pierius Valerianus, I. Cæſ. Scaliger in Comm. 2. de hiſt. animal. Ariſt. cap. 18. Carolus Roletus, & A. Lacuna in Dioſcoridem, qui Lacuna certiores nos fecit Romæ in ædibus Gilberti Medici apprime docti viſas abſe viperas plures, cæterarum animantium more, coire, parere feminas nulla illata per natos ventris noxa, & viperam viuentem educere natos ſuos.

Amatus vero Luſitanus Centuria ſecunda Curat. 79. Philoſophos ait & Medicos in hac re huc uſque erraſſe, qui per os viperam concipere & eius viſcera in partu à catulis arrodi contendebant, manifeſtius eſt, quã à me in hoc loco dici poſſit. Qui idem vir Obſeruatione Prima Cent. 1. confirmauit & Lib. 1. in Dioſcor. addidit concepta verba hæc: *Vidimus nos, & plures alii experientia comprobarunt: viperas prægnantes pyxidibus incluſas parere, quæ inde ex partu nec mortuæ nec viſceribus perforatæ manſerunt, immo potius illæſæ, quæ ut prius in dies multos perdurarunt* Eandem ad unguem experientiam ſibi compertam comprobauit, & plurima parte Ferdinandus Imperatus ſenex venerandus noſter in Lib. Hiſtor. natur. ſermone de Viperis proprio. Franciſcus Ferrandius de Cordoua Didaſcaliæ cap x. teſtatus eſt à Collegii Romani Societatis Ieſu Patribus experimenti gratia concluſam in vitreo vaſe prægnantem viperam fœtum ędidiſſe ſine ullo alui violatu: fœtus autem tantiſper ibidem fouiſſe, dum iiſdẽ conſeruatoribus fuerat viſum, Quã eandem obſeruationem ſibi factam teſtatur Cornelius à Lapide in Matthęum. Ita quidem noſtri iuniores Phyſici Theologique. Verum hanc veritatem multo prius deprehenderunt, & Theophraſtus, & Aelianus, qui ſcripſit hæc: *Viperæ catulos, parentis uterum non exedere, neque conficere, neque ſane, (ut equidem ludens di-*

cam) foribus effractis obſtructum exitum perrumpere, ſed feminæ uterum anguſtiis compulſum non amplius reniti poſſe, ſed diſrumpi. Cuius ſententia ita rem habere, ad veritatem mihi perſuadet: ſiquidem & marinæ acus, quia tenues ſunt & haudquaquam ſinuoſam, & capacem aluum habent, idcirco ſimiliter a ſuis fœtibus aſpciuntur, ut iam ante ſcripſi. Interim vero Herodotum rogo, ne mihi ſuccenſeat, ſi ea, quæ ſuper viperæ partu ipſe affert, ego fabuloſa cenſeam. Hæc ille. Verum quid Ariſtoteles ſenſit? Hunc plerique crediderunt cum Herodoto concordare: haud tamen Nicolaus Leonicenus, qui cenſuit interpretes aberraſſe omnes, qui pro inuolucris & membranis catulorum uterum matris intellexerunt abrumpi. Legito in hanc rem Leonicenum.

Quũ vipera ex libidinis voluptate in rabiẽ verſa caput maris ore receptum præcidit, quod Iſid. ſcriptũ reliquit, quæſo bonos iudices quæ libido, aut quæ voluptas admittenti per os ſemen maris? quando per uteri tentiginem confricatam non, per os guſtui eſculentorum dicatum ſenſurum eſt animal veneream voluptatem. Quod aperta autem falſitas hæc ſit, conſentit mecum Amatus Luſitanus Cent. 2. & Comm. in Dioſcoridem; & hoc viro longe potior Aelianus.

Quod Ariſtoteles viperis maribus teſtes nullos fecerit, credo traditum ea ratione, ac iudicio, quod animantium expedatorum cætera omnia teſtibus ſint fraudata. Verum tamen binos hinc atque hinc eſſe ſua diſſectionis fide teſtificatus eſt Angelus Abbatius, atque Vlyſſes Aldrouandus cum teſtibus à ſe citatis.

Fungos, circa quos vipera cubauit, funeſtos falsũ Nicandro. Contra enim eſt; quod neq; venenũ Aſpidum potum letiferum eſt; neque carnes animantium, ab eo demorſarum, ut perhibet Plinius: quo minus caueamus culta ſerpentium. Pręterea venenum non afflat vipera, ni tamen Aſpis ſit tertio loco per Aldrouandum deſcripta, vel Pthias quæ nimirum afflatu fædo quicunque occurrerint homines deiicit mortuos. Harum enim ſpu-

tum

tum & odore interficit, Auicenna referente; quod viperæ genus per κατ' ἐξοχὴν dictum, vel quod Pthiadem intellexerit Pauſanias, interpretor Lib. ix cap. x. narrans hominem quendam, qui feram anguem terrore fugiens arborem conſcenderat, à vipera interne afflante peremptum. Quam item hiſtoriam & Hier. Cardanus Lib. 9. de Subtilit. recitauit. Id quoque intellexit Cælius in Lib. x. cap. 35. cum ait, in Phœnicia compertum vel halitu viperæ truculentioris hominem pernecari. Sunt & ex hoc genere, de quibus Horatius Lib. II. Satyr. IIX.

Vt nihil omnino guſtaremus, velut illis
Canidia afflaſſet peior ſerpentibus Afris.

Sic Columella: Cauendumque eſt ne à ſerpentibus afflentur, quarum odor tam peſtilens eſt, ut interimat uniuerſos.

Ad hunc modum vides & morſu & afflatu cum veneno noceant duplices angues, ab afflantibus quidē infici fungos, à vipera vero quæ virus non afflat, niſi perperam dicta ſit, haud venenari fungos.

Huic narrationi ſimilis & illa eſt, quam expoſuit Ant. Mizal. in calce Catalogi primi Symp. & Antip. per hęc: *Caput quidem viperæ diſſecant Scythæ inter aures ad eximēdū lapillum, quem aiunt ab ea deuorari territa.* Sic Plinius, quem virum mirum quidem foret non aduertiſſe lapillum hunc ex auriculæ interioris oſſibus unum eſſe: ni tamen Anatomes Zootomeſque imperitia Romanis omnibus profeſſoribus communis ſuaderet quoquo pacto excuſandum. Sunt, & qui de hydri lapillo prædicant non tam credenda, quam admiranda. Verum probo iudicium Conradi Tigurini qui Lib. de Serpentib. qua de Hydro, & cæteris hoc genus ait: *Ego ſerpentes huiuſmodi reperiri, aut omnino in ullis ſerpentibus lapides, antequam grauior aliquis & occulatus id referat, non aſſeram facile.*

Geſn. 19. B. F. & C. de dipſade.

Ad quas fabuloſas omnes narrationes obrepentem

repellere non poſſum unam de ἀγηρασίᾳ. quę ſale ſenſuque condita ſuo cæteris aliis finem quaſi fabulandi præſtruat, moueatq; ſubriſum. quæ fuit, ſcilicet à Cœlio Rhodigino relata ex Sophocle, Nicandro, Aeliano, in hunc modum. Contenderunt quandoque homines à Diis iuuentam. Iuppiter contribuit, uti nec unquam ſeneſcerent. Voti compotes aſello geſtandam impoſuerunt. At is ſitiens vehementius, quum aquas comperiſſet, iam iamque adlubeſceret, loci adſeruator ſerpens inhibuit: nec permiſſurum ſe prius aſſeuerauit, quam onus ſibi foret condonatum: quod & aſellus nimis areſcens facile conceſſit. Quo argumento ſenectutem abiicit ſerpens, & ſenio conficiuntur homines. Illi tamen aſelli agglutinata eſt ſitis, quam & morſu læſis iniicit.

Hæ quidem de plurimis paucæ ſunt hic adnotatæ falſę de Viperis narrationes, & opiniones. Ita vero explicata Viperę ſpecies, naturaque eſto: neſcio verius an implicata, utcumque tamen leuiter aperuiſſe libuit rē intelligentibus, qui & de ſuo queant addere nobiliora. Porro ſcripſimus omnia per primos occurſus illapſa. Scriptionem enim hanc volens molenſq; feſtinatui pręcipitatam verius quam conſummatam. Neque immaturam abortus modo editionem veritus ſum; plus ſollicitus, ne multa, quæ palam feceram, alii pręuenientes mihi pręriperent, ſibique arrogarent. Quod factu non inſolens hac noſtra ætate viſum eſt.

M. AVRELII SEVERINI
VIPERÆ PYTHIÆ
PARS SECVNDA,
QVÆ EST DE EIVSDEM VENENO.

DE PARTIBVS VIPERAE PRAESENTIS VENENI SVSPECTIS. CAP. I.

EX vipera quidem animante plus inuiſo, quam malo, aliæ ſunt partes quæ vim veneni clarius participant, aliæ, quę viroſæ quidem facultatis ſuſpicionem exhibent, eiuſdem vero vim vere non habent. De utriſque dicendum eſt: prius autem de his, quæ intaminatiores videntur. Hæ ſunt, caput, venæ de felle ad veſiculas dentium deductæ, fel ipſum, lingua, huius veſicula, cauda, ſpina, corpus denique uniuerſum. Explicaturi ſingulas à Capite ordiamur. Hoc Baldus Angelus cap. 4. peſtiferum dixit; aliàs, in quo venenum actu conſiſtit cap. 3. & 6.; aliàs ex Galeni verbis Lib. de Theriaca ad Piſonem cap. 9. deſcripſit, quod inter alias feras perniciosiſſimam facultatem habet veneni conficiendi, ut ſeminis vaſa conuoluta, la- *Caput viperā venenatum Abbatio.*

ctis ubera muliebria, eodem cap. 6; aliàs, quod venenũ poſſideat, & contineat cap. 7. Verum hoc quodcumque dixit, aperte falſum eſt. Iniectum enim id in ſtomachũ pulli gallinacei noxæ nihil eidem intulit. Hoc natura doctus cognouit Ichneumon, qui forte cum aſpide pugnans huius quidem dentes minaces exhorret, morſus mortiferos deteſtatur: verum haud dubitat, ore raptũ inimico præſcindere caput: quod Nicander docuit in Theriacis, huius monumenti ſtabilibus teſtimoniis, nedum id deleterium non profeſſus, ſed profeſſus plane alexiterium, quum pro antidoto vorandum præcepit. Sic falſum aperte deprehenditur iudicium Angeli Baldi, qui cap. 6. teſtatus eſt letiferum præmonſtrato per Nicandrum experimento, qui cecinit:

Experimentũ oſtendens Abbatium allucinatum.

Profuit in ſchedio caput exitialis echidnæ
Limphati datum ſtillis immanis Iacchi.

Qua propter admiratio nulla ſit, quod circulatores ſæpe viperarum viuarum capita dentibus attriuerint ſine ulla veneni noxa. Quod ſe vidiſſe perhibuit Andreas Cæſalpinus in lib. 3. Artis med. cap. 6. ac prius in Lib. de Venenis cap. v. quo quæſitum eſt, an nutrimento venena poſſint eſſe. At nedum caput nullo veneno refutandum eſt; ſed neque etiam lingua, quam veneni expertem Gregorius Macer, & Conradus Tigurinus nil hæſitantes affirmauere. Quamquam autem virulenta miris modis apparuerit lingua, tum D. Iobo, tum Plinio, quorum alias verba recitaui: tamen factum id eſt confuſione ſerpentium aliorum, quibus finiens in aculeum acutum lingua, atque prædura non eſt, quòd ferire nequeat. Ex his eſt Scorſonus Hiſpanicus, & Catalaunenſis; cuius inquit Nicolaus Monardes lingua atra & acuta percutit, ut aculeus ſcorpionis. Ex his etiam eſt Amodites, cuius cum caudam fiſſam, & ſuperne deſciſſam deſcripſerit Aetius, hanc nulli cuiquam angui talem aſſignauit. Eſt & ex hoc ordine Iaculum, ſiue Acontias, cuius ex Galeno Lib. de Theriaca cap. 8. linguam

De Lingua.

Scorſoni ſerpentis lingua dura & acuta.

Lingua Iaculi ſerpentis etiā percuſſoria.

guam acutam, ac pręduram interpretatur idem Cæſalpinus. Eſt & Draco lingua acuta ſagittellæ cuiuſdã modo, qualem delinearunt & Conradus Tigurinus, & Vlyſſes Bononienſis de Draconibus ſermone. Colubri, quorum lingua, & mordens, & virulenta dicta eſt in ſacra pagina per hæc: *Coluber tranſeuntibus inſidiatur & mordens lingua venenum infundit*. Ex quo potiſſimum loco Colubri nomine pro ſerpente generatim ſumpto, cognoſcere licet, ſolemnem ſacris oraculis fuiſſe morẽ, ut lingua anguina perpetuo dictitata fuerit venenoſa. An fortaſſe, quod circumſepta ſit dentibus, & madeat ſaliua partibus utriſque venenoſis, vel propterea fortaſſe, quod, quemadmodũ ſibi perſuaſit Hieronym. Mercurialis, veſicula linguæ ſubiecta, huic ſubinde culpam imponit, quæ ſui ipſius eſt propria. Sed illud tamen haud veniet in mentem mihi, qui contemplatus ſim ſurculo ſic reſoluto, qualis exiſtit lingua, nullum eſſe locum in quo recondatur veſicula. Hæc igitur imaginatione mera concepta videtur, ac ſub lingua vere non extat. Ita audax eſt humana leuitas ad aliquid effingẽdum, appingens anguibus venenoſam linguam, quæ veneni nullius eſt ferme ſuſpecta; quinimo ſalutaris in pleriſque corporis vitiis eximendis teterrimis, & contagioſis, comperta eſt, ſi famæ credimus, & Clariſſimo Viro Athanaſio Kirchero, qui Artis Magneticæ part. 7. c. 4. §. 11. ſpecum mirabilem deſcripſit agri Romani ſerpentium appellatum, in quod aſylum ſanitatis recuperandæ fiducia delati frequenter ægroti propemodum confecti lepra, & Elephantiaſi, nec non abditis aliis pleriſq; corporis malis, linctoribus per ſomnum numeroſis undique ſerpentibus reſtituuntur. Eandem ad unguẽ ideam ſpecus Tuſci ad oppidum Del Saſſo, linctorumq; inibi ſerpentiũ narrauit in Lib. de Naturæ Artiſq; Miracelis Petrus Seruius Academiæ Romanæ Mercurius. Hactenus de Lingua, ſub qua ſubditus Ventriculus, an veneni condus promuſue ſit, non ambigiſſe videtur

Linctores medici Serpentes.

Olaus Magnus, qui certum relinquitur, ait, ſerpentes euomere virus exitiale multiplici colore deſtinctum. Quam etiam opinionem ego Seuerinus audiui & ex Archiatro Mario Schipano Naturæ veſtigatore grauiſſimo: quod ego iudicium promtiſſimè conceſſerim de his ſerpentibus, quę venenum afflant. de quo genere Phthias eſt ſpecies Aſpidis una.

De Linguæ ſerpentinæ uſu iſquiſitio.

Hactenus Linguæ contumeliam deterſimus veneni; cæterum expurgatæ iam uſum enarremus par eſt. Qui præter communem omnium opinionem abditus, & ad hanc dië inauditus eſt. Ariſtotels enim prius de ipſa pronunciauit hæc: *Ad ſaporum guſtatum ſerpentes, & lacerti linguam habent longam, & bifidam, atq; ita longam ſerpentes, ut ex paruo longe protrahi poſſit. Bifida & parte extrema capillamenti tenuitate eſt, propter ſuæ naturæ cupediã. Duplex enim voluptas iis capitur, quaſi duplicẽ ſenſum guſtandi habeãt.* Hęc Ariſt. Deinde Plinius: lingua tenuiſſima ſerpentibus eſt & triſulca: biſulca potius ſecundum Ariſtotelem, vibrans, atri coloris, & exilis, & ſi extrahas prælonga. Ex quibus utriuſq; magiſtri verbis tum formam didiciſti linguæ, tũ uſum qui eſt ad guſtatũ Ariſtoteli. Aduerſus quã opinionem eſt, quod nunc etiã dubitare queas & obiectare. Primum ſerpentium lingua præter morem omnium animantium condita eſt; diuerſa, inquã, tum exortu, tum connexu. Nempe cum aliis enaſcatur, coeatque cum oſſe hyoide, communique cum ventriculo obducatur tunica, anguina hæc ex fiſtula ſpiritus extrema producitur, & unitatem recipit. Quæ fiſtula terminos faucium egreſſa, atque ad os uſque delapſa linguã habet, inferiore vero ſui parte foramen, quod pharynx eſt. Quoniam igitur lingua cum arteriás ſpiritali compacta eſt, ad ſpiritum maxima & præcipua ſui parte videtur pertinere. Dixi autem præcipua ſui parte. Nam non dubito ſeruire linguam præter hæc deducendis ad pariſthmia ſtomachi alimentis, ac ſecundario liguritioni ſubſeruire. Cæterum autem ſi ſoli Ciborum guſtui cõ-

A forma.

A connexu.

paratum eſt linguæ miniſterium, quid adeo vibratilis eſt uſu tanto? Quid tam ultro citroque volubiliter agitatur? Vt nullum animal tanta celeritate linguā exerceat, quod aduertit Iſidorus. Tanta, inquam, pernicitate, ut lingua triplex inculcata videatur. Quare tres linguas attribuit Draconi Nicander in Theriacis. Quoniam autem eſt continua pharyngi lingua, mirum eſt, ut eſculenta, quæ lingua diſcretura eſt, non obturent arteriam ſpiritalem, unde animal ſtranguletur. Præterea lingua omnis, quæ ſentiendis ſaporibus dicata eſt, mollior & ſpongiæ inſtar antroſa deſideratur. At talis ea verè non eſt, verum omnino durior et ſolidior, quam ut ſaporum diiudicandorum uſibus ſeruiat. Adde, quod teres ac rotunda, quam formam quodcunque guſtabile præterfluit, præſertim, quod tenuiſſima, ſicut ait Plinius, eſt eadem; neq; ullum animantium partem hanc nactum eſt, præterquam teneriorem & rariorem & intra dentium ſepta conſertam: quibus hæc oppoſitas conditiones habet, ſapores expertura. Ad hęc, quid tam extremo ex ore vagari debeat exerta lingua guſtatrix, & Grçce dicta γευστική, quæ guſtabilia debet ore interiore venari? Quid quod uſus guſtandi rariuſculus eſt ſerpentibus, qui & alimentis abſtinent diu ſolo elati, humi ſub cauernis trientem & amplius anni tranſigunt. Vnde quæ tanta amplexandorum ſaporum cupedia ſit anguibus aut inedia, aut parcè, ſicut aliàs oſtendi, viuentibus. Quod vero anguium rarior item, ac leuior cibatus multa declarant ex grauiſſimis & ſolidiſſimis maiorum oraculis depromta: *Onagri ſteterunt in excelſis, attraxerunt ventos, tanquam dracones.* Hæc Hieremiæ 14. & cæt. quæ ſequuntur. Sic draconis manſio frequens eſt in ſpeluncis propter æſtum naturalem ſui corporis, & propter accidentalem alterum ſolis, qui maximus eſt in partibus Orientis. quæ priſcus adnotauit autor Lib. de Rerum natura. Non ſolum autem ad viuendi neceſſitatem aëris exſuctu, ſed etiam ad venandas

A differentibus.

A repugnantibus.

A loco.

A tempore.

A pronunciatis.

Anguibus & draconibus aer alimenti uſu.

nandas eſcas utuntur commemorati proxime dracones, qui perinde ſūt roſtro minore & productioribus fiſtulis, per quas ſpiritum trahunt & linguam exſerunt. Iſidorus, ac Solinus. Sic dracones attractas ſpiritu volucres integras atq; alia animantia degluttiunt. Serpentibus Bithynis ea vis eſt ſpiritus, ut aues quamvis alte ac perniciter volantes abſorbeant. Mela, Plinius, Megaſthenes: qui viri dracones alias diu cibis abſtinere narrarunt. Iā igitur lingua diſcors & lōginqua ſit à frugis experiundæ deliciis; & ſatis accomodata deprehenditur ſpiritus officiis. Et quoniam pręſertim incommoda nulla per noſtram, abſurda multa per aliam, opinionem incurrant; apparet liquido, quod officii cenſenda lingua ſit ſpiritalis, non autem alimenti diſcretrix ſit peculiaris. Deinde in Occidentalis Indiæ Inſula Hiſpaniola Hiuana vocata ſerpentes quadrupedes gulæ non indulgent, ſed ad longos inediam patiuntur dies, apud Ioannem Ionſtonum Taumatograph. Quadrupedū Cap. 33. Sed quid extranea & longinqua ſector? Marſorum omnium cōſtans eſt teſtimonium ſerpentibus viperiſque toleranter atque æquo animo ferri famem, ſi quando paulum illis aquæ potandum præbeatur. Quid autem autores nominam Marſos, quando Plinius, & ipſe etiam Ariſt. perhibuerunt inopiam cibi potuſque dracones, ſerpentes, ac venenata pleraque ferre ſine grauiore incommodo, modo libero cælo fruantur.

Adſtinatis.

Volucres draco per fiſtulam abſorbent.

Ab antecedentibus.

Fames anguibus durata.

Aqua reſtauratrix.

Quibus hominum obſeruatis conſenſit & Ioannes Bellonius, qui perhibuit etiam in menſes hiſce beſtiolis inediam ſuſtineri, ſi modicum his aquæ ſæpiculè concedatur. Viperę vero & ſerpentium matri popularibus appellatę vitam anno prorogari præciſa quacunque victus uſura certos nos fecit Nicolaus Euſebius Nieremebergius in Naturali hiſtoria peregrina. Eſſe vero caprinis anguibus aliquam aëris unici paſturam ſuademur ab ab eo, quod pulſatum hunc lingua tricuſpide frequenter adlambūt. Adlambentes autem omnes aërē vitalem

Aqua uſus.

Ab Actibus.

ſer-

ſerpentes vix ullo cibo contentos obſeruaueris, ubi curioſe volueris, facillime. λειχμῶντες, linguis nigris lambentes, reliqua omni ſpira in ſolo terræ relicta caput alleuantes. Aelianus Lib. 17. Cap. 5. Hiſtor. Animal. Irritata, inquit Scaliger, linguam biſulcam vibrat, rictumque lambit, id eſt ſi rectius dicere velit rictum lambere videtur. Neque enim hunc vibrando attingit. Quin eodem obſeruatore Scaligero Papinius item in Sexto videtur id attigiſſe, cum ait de ſerpente canens: Aer lambitrice lingua collectus.

Incertuſque ſui: liquidum nunc aera lambit.

Sed & ſerpentes vento victitare vulgatū; & vetus apud noſtros Calabros eſt adagium. Has ob omnes rationes dubitabilis & aſſertionis ſuſpectæ videtur illud Philoſophi placitū, quod ad delibandi ſit uſus lingua deſtinata. Certius ergo ſit cenſere, ſpiritus uſibus creatum illud flagelli genus, quam ad incongruum eſcarum experimentum.

Sed de Linguæ Viperinæ perculſu ſi quam nouam conceperim aduerſionem, in commune proferre non dubitabo. Sunt anguis productiſſimo corpori productiſſima pariter uniuerſa viſcera. Quapropter, & pulmo in longum productus reſpondet eadem formæ neceſſitate; qui non bifidus, aut multifidus eſt, verum in oblongum ſacculum extentus: proinde & plurimum aëris intro conuehat, & conuerrat neceſſum eſt. Hac opinor cauſa natura ſagax & exſertam ordinauit huic beſtiolæ tracheiam, & corneam huic coagmentauit, & flagelliferam ideſt bifidam, linguam; exſertam inquam ut attrahendo flamini paratior, corneam vero, ut ſolidior perſiſteret, ictibus bifidam, ut undique percelleret aërem, & inuerteret. Exaggerat hanc multifariam aeris alliciēdi neceſſitatem, quod in recto pulmonis tractu, & laborioſis ergaſtuli tenuiſſimi reptatibus, ſolliciti ferę collecti ſpiritus, & aeris facile fit diſpendium: quod anguis ea ratione reponit interdum, & potiſſime concitatus. Has ob cauſas natura iuſta tantam incommodita-

tem

tem redimens à minori parauit commodatiſſima ſpirabula, quæ tam exculta, tam ſingulariter affabrefacta cũ ſint, Dædaleam, & Archimedæam, immo diuinam cõditricis facultatis artem excellenter aduerto fore totis ſenſibus examinandam, & admirandam, & cum Galeno collaudans hecatombis, & ſacris Eleuſiniis adoro.

Tale alioquin efformamentum & fabrefactum ad unguem inſtrumentum lingua videtur, quale aerem verberare flagello queat, & cordis ariditatem recreare atque humectare. Obſeruaris autem, quo magis ample aeris uſura fraudata fuerit ſerpens; eo amplius, cum aperto Ioue liberius uti licuerit, eumdem allicere lambitu linguæ, atque ad pulmones conuectare. Egebit autem eo maxime ſpiritu ſiue captiuitatis longæ cauſa, ſiue æſtuantis cæli occaſione, ſiue per iram, perque alias aut animi aut corporis accenſiones. Hoc autem aeris attractu crebro, credo fieri, ut ſine quopiam alimento diu ſe ſuſtineant in vita ſerpentes ſpõgioſo pulmone donati. Non ignoro longa diſputatione monſtratum à Simone Portio, nullum eſſe aeris alimentum. Vniuerſa autem argumentatio ac diſſertatio, qua contendit aere animalia haud nutriri, diluitur hac una occurſatione ac reſponſione; quod aeris alibilis portio ſatis eſt, ut calorem natiuum defectu pabuli abeuntem, quaqua eſca diſtineat & attemperet. Eſt autem eiuſmodi eſca tam modica tamque leuis, quam ſpiritalis. Quippe ſerpentes, quemadmodũ obſeruauere pleriq; noſtrates, ex plumoſis auibus, & ranis, quas integras deuorauerint, & corticoſis ouis, accepta duntaxat tenuiſſima ſubſtãtia, reliquum corpus caſſum & quaſi fulgure exhauſtũ & abſorptum ore reddunt. Verum quantus ſerpentibus aeris ſit uſus, ex his diſce, quæ prodidit Hieremiæ interpres Cap. 14. apud Conradum, qui de dracone dicens per calorem internum coguntur ventum haurire, ut temperent interiorem æſtum quo uruntur. Sic igitur, quia multa perſuadent anatomes vitalis eſſe Viperis

Simonis Portii contradictio.

Aeſtus interior ſerpentũ.

plectrum linguam; plurima diſſuadent vero inſtitutam palpandis eſcarum deliciis, eamdem hanc nos præcordiorum miniſterio, & aeris uſuræ comparatam non dubitabimus. Verum de linguæ ſic formatæ conſilio ſtylum exercitabimus ad hunc modum.



 Quum

Quum autem de linguæ forma & qualitate diſquiſiuimus, & de ſibilo par eſt ut ſermonem compleamus. Ad quod problema reſoluendum ſtatuo primum & memoro meo lectori, viperæ pulmonem eſſe prolixum & fiſtulæ modo cauum; mollem addidit Mich. Epheſius in Cõm. de Reſpiratione Pag. 39. Reticularis vero fibrũlis contextus graphice videtur. Cauitas quidem aeri recipiendo continendoque parata eſt; mollities, ad ſe coaptandum & motum felicius aſſequendum, ad quem & fibræ comparatæ fuere. Per fiſtulam autem ubi ſufflando perpulſus & ad pharyngem alliſus irruit ſpiritus; quid reliquum eſt, præterquam ut ſibilus audiatur.

Sibilus ut ſit angui.

Quod linguę fauces ſubditæ, ac ſpiritus viæ venenoſã vim exſpirent, non ambegiſſe videtur Olaus Magnus; qui, certum relinquitur, ait, ſerpentes euomere virus exitiale multiplici colore diſtinctum. Quam etiam opinionem ego Seuerinus audiui ex Archiatro Mario Schiphano. Quod ego tamen iudicium promptiſſime conceſſerim de his ſerpentibus, quæ venenum efflant, de quo genere Phtias eſt, ſpecies aſpidis una.

His iam de Idea viperinæ linguæ proluſis, pergimus ad alias partes viſendas, quam venenatam vim includere ſuſpicio ſit.

De cauda diſquiſitio, an virulenta.

Verum, quid de cauda, in qua venenum habere ſerpentes, quod inde ad os deriuet in veſicam quandam, cuius tenuitudo per morſum diſrupta depleatur; mox vero repleatur, ut de aſpide retulit Aelianus, & de vipera Plinius. Quo ſimiliter facit, quod antiquitus omnes Medici Theriaces apparatores caudam viperæ præcidere conſueuerunt. Equidẽ incertus ſum, an Poetices lenocinio, an etiam inexperientia. Porro magnus Andromachus in poſteriore poëmatis parte venenatas & capitis & caudæ ſummitates, apertum fecit hoc diſticho:

Infert nam ſæuos hinc atque hinc vipera luctus
Et ſquamis cauda dira venena tegit.

Sic

Sic quidem ille apud Gal. Lib. de Ther. ad Piſonem Cap. 7. In quem ipſum Librum Scholion meditatus Ioannes Iuuenis viperæ caudam veneni ſeruatricem voluit, et in caput amandatricem, ut quæ per frequentes circumactus atque contortus huc virulentæ materiæ de toto corpore tranſlatum queat aduocare. Occaſio autem, & anſa credendi data fortaſſis eſt, à lectis duobus Nicandri verſiculis, quibus feminæ diritate mari præpoſita, ſic inquit:

Et plus gliſcenti ſe cauda, & corpore voluit,
Vnde xitatior, hac ictus mors occupat artus.

Vel etiam id Scholiaſtes traduxit ex Galeni verbis ibidem deſcriptis, quæ ſunt: *Nam frequenter cum mouentur, plurimum attrahunt, veluti & piſcium caudæ ob aſſiduum motum magis nutriri dicuntur.* Ita noſter Galenus, cuius fuit ſenſus: per lubricas caudæ viperinæ motiones attrahi quidem ſucci plurimum, verum haud veneni ſanè. Indicio autem eſt, quod piſcium caudam in comparationem acciuit alimenti tractricem. Itaque quod corporis attrahatur ad caudam agitatione continenti venenum, Iuuenis non viri ætate maturi Neapolitani noſtri pace fuit commentum. Cæterum quod ad Plinii pronunciatum, hoc nos perparum mouebit, ut quod eidem ad vulgi ſenſum videtur effutitum: autopſia vero anatomica nec nititur, neque experientia. Verum experientia docet in viperæ cauda nil veneni ſubeſſe. Facile autem aduerſa opinio ſubiit in mentem Plinio, qui de cauda meatum in gingiuarum veſiculas deriuauit. Quod & pleriſque ſibi eadem leuitate perſuaſere: quemadmodū nō Hippocrates quidem magnus, verum huic ſuppoſitus autor in Lib. de Oſſibus ad iram in corde accendendam cholidochum deductorem ad cor extare profeſſus eſt contra bonam omnem obſeruationem, quod nos in eo commentario demonſtrauimus. Apparet autem inde Plinii multorumque vana credulitas, quod in cauda venenum ſtulte reponatur, nullo vel

uſu, vel exitu, vel tranſcurſu longo, vel ſedis neceſſitate, vel commodo nullo.

Allucinatio quorundã hominũ, qui credunt in cauda viperæ venenũ ſeruari.

Hæc, quod attinet ad priores obiectationes. Cæterum quod antiqui Theriacopæi pæceperint caudam eximendam, id factum, tum quod oſſea ſit ipſa, carniſque nil exhibeat, ut idem Baldus confeſſus eſt Cap. 4., tum quod viroſum referat halitum inſuauibus obſita ſuccis; verius autem dicam ſordidioribus. Vngulam cauſatus eſt Amatus Luſitanus loco alias citato, & prior Cardanus: A quo, vel imprudens diſcrepat Scaliger in Comm. 2. de Animalibus caudam, dicens, viperæ præſectam: quod falſum eſt. Quid quod Galenus Lib. xi. Simpl. diſertis verbis enunciauit, à ratione alienum ſibi videri Viperis in Theriacam apparandis adimi caudam: *Nec enim*, inquit, *dicere liceat, quod id faciendum ſit ob recrementa nutrimenti, tum liquida, tum ſicca. Nam interfectis, aut excoriatis apertiſque exempta interanea omnia abiicimus, ut ſola ſit carnium ſubſtantia reliqua, una cum arteriis veniſque per ipſas inanitis: quarum minima moles eſt, ut ad totam carnem, ac ne apparens quidem, niſi quam multum diligenter & attentis oculis conſideres*. Ita Pergamenus. Quo viro prior & Dioſcorides, qui Lib. 2. Materiæ Medicæ, *Commentitium eſt*, ait, *certam utrinque portionem præcidi oportere viperis apparandis*. Superſtitione, inquam ego Seuerinus, qua & anguillis coquendis caput & caudam amputant homines ab re cauti; nigra item vena, quæ per dorſum excurrit, abſciſſa; perinde ac ſi grauidæ veneno fuerint hæ partes, quod omni vanitate vanius equidem comperi ſic, ut experimentum exponere pudidum ſit. Omnis autem virulentiæ ſuſpicandæ data eſt anſa per communem cum venenatis anguibus formam; quæ nihilominus ad congrum, ophidium, murænam, myrum, in lampetras, & muſtelas patet. Verum tamen & vulgus viperæ ſorore vocata per ſe anguilla veſci exhorrent, quas Ariſtophanes in Pace

Caudæ viperæ unguloſa.

ἀπαίδων ἀσπίδας meras menſarum lautitias appellãt, edula

dula Pollux delicatiſſima. Hanc igitur & Dioſcorides & Galenus obtruncandæ viperæ vanitatem arguerint. Mirandum autem eſt hic, Valetium virum alioqui iudicii probatioris vanis quibuſdam rationibus, quas in contradicentibus Galeni locis retulit, adhæſiſſe magis aut notho, aut ſuſpecto Galeni loco, quam genuino: quo tamen loco videtur, inquit, cauda abiicienda, quaſi profeſſus aliàs non è ſua ipſius ſententia, verum aliorum calculo pronunciato venenum cauda viperæ contineri. Quod & in Idea Theriacæ cap. 9. Flaminius Euolus, & Iacobus Ferrarius adnotauere. At vero prudentius Peletarius in Cõtradictione xx. maioris momẽti fecit Libri Simplicium locum. Prudentius hanc Galeni ſententiam ſequuti ſunt duo Bononienſium Athenarũ ætate noſtra Clariſſimi viri; Iulius, inquam, Claudinus in Lib. de Ingreſſu Med. ad Infirmos Sect. 6. & Hermeticæ pariter ac Dogmaticæ medicinæ ſcientiſſimus Petrus Poterius in Pharmacopœę Spagiricę Sect. 6. de Animantium extractis. Inter hæc non omittendum eſt iudicium corporis uniuerſi nulla parte pręſecti. Nimirum de trunco citra caput, & caudam viſceribus omnibus caſſo diſputaui longius in ſermone de Theriaca priuato. Sic, cum cauda caputque viperę nullo ſint infecta veneno, quemadmodum apparuit, quanta ſuperſtitio, quantaque vanitas illorum, qui ſollicite cauent, ut extremum utrumque ſimul ſemel amputentur, ea videlicet prouidẽtia, ne poſſit hinc venenũ ad alterum locũ tranſcurrere. Quid enim tranſcurrat, quod utrinque nuſpiã eſt? Nunc quam breuiſſime decernam de toto ipſo ergaſtulo ſerpentis, quod neque venenatum videtur indiciis non leuibus, neque paucis. Sed illud ex multis unũ eſt nimirum, & indubitabile; quod delibutum & commaceratum eo meracum vinum, quod ad eliciendas ſimplicium medicamentorum facultates, atque ad tincturas formales menſtruum Hermeticis profeſſoribus eſt ſummum, atque nedum quidem officit potanti; verum

Falſum Valetii iudicium.

Veſiculæ infectorii fluoris aſſeruatrices.

etiam

etiam pleroſque ſanitati iam depoſitę reſtituit, vel ipſo Galeno confirmāte citato loco Simplicis medicinę quo vana apparet Dioſcoridis Lib. 6 Mat. medicę & Hieron. Mercurialis,& aliorum aſseclarum cautela, qui monuerunt, ne viperæ irrepant in cellaria ſepoſiti vini: in quod vinum delapſæ viperæ liquoris huiuſce ſectatrices veneni noxam inuehant potanti.

Aeliani & Ambroſii Parei iudicium exploſum.

Oſtendi iam viuentis viperæ corpus ſecundum ſe veneni vitio vacare, multo autem amplius cadauer. Quare falſum deprehenditur, quod Aelianus, & Ambroſius Paræus affirmauere Veſpas in viperas vita caſſ s aduolare, eo naturæ inſtigatu, ut quemadmodum Hercules (Aeliani verba ſunt) Hydræ veneno iacula tinxit, ſic beſtiolæ venenum comparent exſugendo.

Sperma viperæ venenum non includit.

De corpore iā habes, de contentis aliquot mox dicā. Horū primū & digniſſimū relatu ſe offert Sperma, quod multi quidē adhibebunt veneno, propterea quod venenoſæ feræ ſit elementum & materies ipſa. Habeat quippe ſemen oportet conditiones, præſertim proprias, quas animanti natura primum impoſuit. Itemque habeat penes ſe radix neceſſum eſt, quæ ramis & caudici ſunt indita per propriam naturā: Hic quidem imago rationis impoſuerit his, qui rem non intimè diſcreuerint. Verumtamen experimento compertum eſt ſemen, & ouorum ſuccum, qui ſerpentibus his eſt, haud veneni prauitatem includere, iniectis videlicet his in ventriculos innocentium ferarum exitii nil inferentis operatis.

De felle.

Poſt ſemē alter fellis humor expendendus eſt. Quē ſic venenatū, immo veneni ſedem, ſibi perſuaſit Plinius, ut oculis impoſitū officiendi periculo nō vacare tradiderit. Cui tamen Autori contradixit Albertus, è iunioribus vero ſcriptoribus Santes Ardoynus in Lib. 14. de Venenis cap. 14. pag. Baſilienſi 143. viperæ fel adeo venenoſum eſſe ratus, ut, ni virtus homini adſit diuina, non euaſurum incolumē dixerit, ſequutus, ut credere par eſt Auicennam, qui inter venena ſcripſit & de felle viperę.

Ve-

Verum huius viri autoritas, & obſeruatio ſuſpecta eſt, hypotheſi nil ſibi conſtante. Primum quod amaritudine teterrimum liquorem nemo volens prudenſq; ſumſerit præ alio quocumque ſimiliter præſtante veneno. Quod ſi dolo propinatum potauerit quiſpiam, acceptũ ore ſuſtinuerit, aut non aduerterit amaritudinem teterrimam? Quod ſi dulciſſima & hæc abunde multa remiſta fuerint, horum immenſa atque intenſa vis exilem veneni portiunculam dilutam, atque hebetatam dimitteret facile? Verum eſto non hebetetur; tum quo minus obtuſa fellis amaritudo intolerabilis, eo magis & infenſi ſtomacho ſubuerſo vim inferet ad ſubitum eiectatũ. Sic excuſſa veneni materia noxa nulla futura eſt; vel ſi futura ulla quæpiam, haud profecto venenoſa, vel talis, aut tanta, ut ni virtus homini adſit Diuina, non euaſurus ſit hic ſoſpes. Quam tantam calamitatem, neſcio unde ſibi confinxit Abbatius. Verum hanc fortaſſe confinxit, quod canibus voratum exitio fuerit Cap. 4. pag. 16. & Cap. 7 pag. 21. Deinde quod morſui viperæ alligatum remedio ſit. Eſt autem, inquit, venenatum: quia ſimile ſibi natura trahere comparatum eſt. Quod enunciatum tam mire placuit Autori ſuo, ut uniuerſale fecerit, & ad venena omnia extenderit, inductione, quam eodem capite legeris, per plurimas animantes venenoſas producta. Qua tamen hominis aut argumentatione, aut argumento minime perſuaderi, vel nos, vel alios, qui nos audire volent, patiemur. Primum, quod ideo liberet, quia venenatum ſit, conſequutionis vim nõ admittimus. Poteſt enim ſimilitudine iuuare, non equidem qua communicet venenum, ſed qua conditiones materiales, quas nos alias explicauimus. Præterquam quod experimentum hoc fideliter eſt captãdum, neque ſemel capto fidendum, ſed in longe plurimis plene iam exploratis acquieſcendum. Quin etiam, ut docuit nos Sanctorius Sãctorius L. 12. C. 6. vit. error Experientiæ firmamento paralogiſmũ cõmittit, licet ex infinitis

Peccata diſſerentis Abbatii.

nitis

niris particularibus colligatur. Miſerum autem hominē à vipera demorſum, qui totum huic ſe dedat magnificæ ſoli curæ, ſpretis aliis omnibus, aut omiſſis remediis, quæ fidei fuerint integræ ac præiudicatę.

Experimentū Abbatii male firmum.

Cæterum neque experimentum hominis approbo, quod proiectum canibus, ac voratum cum morte fuerit, licet & hoc profeſſus itemque comprobarit Iulius Cæſar Claudinus Lib. de ingreſſu Medici ad infirmos ſect. 6. Illud equidem certus affirmarim, quia certa obſeruationis fide comperi, pulli gallinacei ſtomacho fel immiſſum nihil offeciſſe, quod longe debilius, atque exilius, quam canis animal eſt. Nam neque id me mouet, quod gallinaceo generi robuſtus ventriculus eſt adeo, ut lapillos conterat. Hæc enim ad dura collatio; illa vero ad venena eſt habitudo ventriculo; preterquā quod & canis ipſe oſſa euincit ſolidiſſima. Adde quod ſuſpectum, & improbabile bifariam ſuum experimentū reddidit Abbatius, qui teſtatus eſt ipſe tum per ſe, tum quod proiectum canes auide vorarint. Porro venena mera, & ſincera natura doctæ non arripiunt animantes; præſertim vero canes, qui vi pollent odora, verbo Virgilii: tum etiam ſuſpectum, quod alias occiderit canes fel viperinum, alias nil offēderit, ſua ipſius teſtificatione, potiſſimum vero diutine abſtractum, atq; ut ipſe dicit, ſiccum. His noſtris oſtenſionibus, & his experimentis cadit Abbatius; cadunt & alii cum ipſo omnes, itemque Cardanus, qui Lib. 2. de Venen. cap. 1. propoſuerat nobis felle viperæ eadem effici, quæ Napello, immo & fel fortaſſe validius eſſe illo.

Experimentū noſtrum.

De Venis inferne ad caput aſcendentibus.

Hactenus dixi de his, quæ communiter profitentibus Veneni compotes partes habentur. Cæterum, & venæ, quæ minimè quidem à modo commemorato felle, verū à primis viſceribus hepate ſcilicet & corde deductæ conſcendunt ad caput alendum, & ad veſiculas dētium, ut iſti putant, ex iis quæ doctiſſimus medicus exercitatiſſimuſque diſſector Io. Trullius Romanus de

hac

hac re in epiſtola Kal. Feb. c I ↄI ↄ c x l v. ad me ſcripta confirmauit.

Diſſecui aliquos ſerpentes, ac colubros ex iis, qui æſtate præcedente capti fuerunt, & in iis inueni eadem vaſa ex corde in caput promanantia, quæ in viperis obſeruantur, quæque per uniuerſum corporis habitum diffunduntur. Bina videlicet ex utroque ventriculo oriuntur, quorum duo ſurſum ad caput tendunt, duo deorſum ad caudam, ſingulis particulis ramulos quoſdam impartientia. Quæ ſurſum tendunt, ubi collum pertingunt, in minimos innumeroſque fere ſurculos diuiduntur, qui partim in mandibulas infernas, & partes eis inſeruientes, partim in ſupernas, in oculos, in dentes, in aures, in cerebrum, in eius membranas, in omnes tandem capitis particulas diffunduntur: unde videre eſt quantum decepti fuerint ii, qui venenum ex corde his vaſis immediate ad dentium veſiculas deferri, & ſic ex corde deſumi ſunt arbitrati. Eadem ferme arteriarum venarumque ſtructura eſt in anguillis, ut in viperis, & ſerpentibus reliquis, quemadmodũ repetitis diſſectionibus obſeruaui; & tamen Veneno prorſus carẽt. Quo circa ſanguine ad partium alimentum non veneno illa vaſa cenſeo eſſe referta; venenumque non in corde, ſed in capite confici, & in veſiculis dentes ambientibus, in ipſiſq; dentibus tanquam in promptuario aſſeruari. Cæterum hæ nec veneni culpã nouere, quandoquidem nec earumdem fontes veneni ſortem attigere. Quę res patet, quod illa viſcera per grauiſſimos viros & per celebratiſſimũ Hermetis aſſeclam Oſualdũ Crolliũ in Theriacam accipiuntur, in pulueris vero medicamẽtum, poſtquam furni calorem exacuerint, apparantur ab egregio Hermetis cultore Petro Poterio in ſua Spagirica Pharmacopœa, & ante hunc virum ab eximio Ioſepho Quercetano in ſuffitus exſiccata probantur. Quid autem plura, vel à Thebanis, quo tempore ſtabant eſitari conſuetum hepar autor eſt Diodorus Siculus Bi-

bliothecæ Lib.9. Vnde & antiquitas vorandarum viperę carnium agnoſcitur. Iam autem de felle ſatis.

Longe antiquiſſimus vorandarum viperæ carniũ et hepatis uſus.

Cæterũ & oſſa ſpinę dorſi Viperarum veneni etiamnũ ergò leguntur exploſa de medicamentis apud unũ præciſe Nicandrum in Carmine de Theriacis, qua de illitis ad homines à morſu præſeruandos in hæc verba. Duos accipe ſerpentes: viperas intellige cum libidini indulgent. Sed hoc eſt ſub finem Veris. Præterea n edu læ cerui drachmas viginti, unguenti roſati vncias triginta ſex, Ol. oliuarum tantundem miſti cum ceræ nouem unciis: ſerpentes autem bulliant euſque dum caro ab oſſibus ſeparetur: quæ auferre oportet, quia venenoſa ſunt.

Hoc Nicandri monitum accipi non poteſt ſine admiratione: tum quod in externo medicamine commiſta; tum quod abſolutè venenum fouere cenſitæ ſunt vertebræ viperinæ: tum quod ex Plinio in Lib. 7. cap. 2. recitauit Iul. Cæſar. Claudinus Bononienſis Profeſſor clarus, viperarum oſſa ſindone purpurea ſuſpenſa de ceruice; præterquam quod idem præſtant, quod iecur, contra vertiginem atque epilepſiam valent. Verum tamen ſi vera fateri licet, effutita hæc ex vulgato hominum iudicio ſe produnt, quando viperinus hic vertebrarum puluis inoffenſus quotidiano noſtrorum experimẽto comprobatus eſt. Atque hactenus diiudicatæ partes viperæ ſunto, quæ plurimum inter omnes veneni ſuſpicionem abiecere, ſaliuę diſcuſſione in alium locum aptiorem ſeruata.

DE

DE PARTIBVS ORIS VIPERINI VENENO DELIBVTIS. Cap. II.

Reliquum eſt nunc ut de particulis aliis, quę iuſtiorem adſciſcunt veneni contumeliam, ediſserâmus. Nicandro quidem totum os cenſitum eſt veneni receptaculum; ſeu quod morſui natura proximum ac inficiendo primum; ſeu quod ipſa poſt cerebrum eſt officina, ex qua prodeunt infectoria inſtrumenta; ſeu quod oris appellatione veniunt dentes, & horum tunicul æ, quorum altera pars condus eſt, altera vero promus veneni. Quod ſi laxius, quã palati fornice excurrat ad fauces oris notio; ſic & latiore vocis uſu licet & os veneni penum ordinare, potiſſimum in aſpide. Quem venenum in multa copia per famem multiplici colore in gutture collectum in obuium hominem expuere ſcripſit Olaus magnus in ſua Septentrionis hiſtoria.

Os Viperæ Nicandro quatenus potuerit veneni videre receptaculum.

Hæc de ore viperæ per Nicandri pronunciata. De Veſiculis mox agemus; ſi prius nomina veſicularum & tunicularum diſtinxerimus. Quod diſcrimen primos nos puto facturos. Plerique enim omnes bina vocabula cõfuderunt. Verum ego, quicquid alii crediderint, exiſtimo tuniculas (quod & notio docet) proprias eſſe dentium maximorum: quales, ut mox audies, neceſſum eſt pacatis viperis eſſe contectos ambientibus amiculis recurſoriis ad humani præputii modos, vaginulas Scaligero vocatas, pręcipuorum ſcilicet percuſſorum & fiſtuloſorum dentium. Cæterum vero veſiculæ ſunt; nõ tam quidem gingiuę laxamenta, quam interſtitiorum, dentium euagamenta, ut autopſia demonſtrat, & Ambroſii Parei adnotationes in Lib. xx. Cap. xvi, quarum uſus tã incertus eſt, quam inuentu neceſſarius, ut cætera pernoſcantur. Ex qua re nonnihil attigiſſe videtur Aelianus

De veſiculis gingiuarum.

„ nus, qui ſcripſit, Aſpidis dentes, quos maxime letiferos „ exiſtimaris, tenuiſſimis quibuſdam veluti tuniculis, aut „ membranis indui ac ſepiri, & cum aliquem aſpis mordi- „ cus inuadit membranulis inuerſis vel compreſſis humo- „ rem venenoſum effundi, tum illas ad priſtinum locum „ redire, & uniri. Ita quidē Aelianus, & Gerardus Bou-mannus apud Conradum, qua de Vipera. Verum mihi diligenter rimato rem viſa eſt par conditio dentium iſtorum anguium, & felis unguicularum; quod habent cum Leonibus commune. Nimirum hæ recurrunt ultro citroque, prout neceſsitas exegerit euaginandi, vel recondendi.

Reciproca viperinorum dentium Tunicula, quales feliũ & leonum ungues.

Continetur & humor intra veſicam illā venenoſus, quem ſimul cum morſu immittit, ut & ſcorpius ex κέντρῳ ſuo, quod cauum eſſe creditur. Nam ſic antiquiſsimus Nicander:

Quatuor hinc iuxta maxillæ concaua dentes
Radices fixere ſuas, quas iuncta quibuſdam
Pelliculis tunica obducit, triſte unde venenum
Effundit ſi forte ſuoſe approximat hoſti.

Hæc ille. Ex quibus omnibus licet elicere nobis, veſiculas iſtas ad dentes proſtratas, & præfixas materiæ ſeruire venenoſæ partim excipiendę & continendæ, partim etiā dentibus ſuggerendę, partim deniq; ſi me nō fallit Nicandri interpretatio ſaniei iā aggeſtæ tuendæ. Quibus priorū dictatorum uſibus addo equidem & alterum ſecundarium, qui eſt, ut ne adunci dentes maximi vel minimè impediant, aut præuertant tranſmittendas eſcas, quæ facile cæteroquin adhærent his aduolutæ. Porro quaquaverſum hi toti longo & anguſto quaſi ſacculo vaginulaue Scaligero obducuntur. Præter quem uſum & alterum coniecto, qui eſt ut his pro animantis commodo claudi queant. Quemadmodum autem hic à natura quæſitum cautumq; eſt, ne dentes adunci quidquam incommodent, ſic alibi prouiſum, ac ſtudioſe curatum, ut iidem obuerſi ſeruiant öſſis altilibus retinendis,

Vſus tuniculavum quæ circa dentes.

dis,

dis. In aſpide, inquam, autore Plinio in Lib. XI. dentes in os vergentes ſunt, ne cibi excidant, nullum habentium adminiculum retinendi, &c.

Tuniculæ reſtant, quæ dolũ penitius ut fouerẽt, ſub ſe ipſis occulunt dentes, ut mirus aduertit Plinius Lib. 11. Cap. 37. nec facile ſunt aſpectabiles, ni dentes, ſeu mortuæ, ſeu viuenti beſtiolæ ſubtrahantur, qui in eis quaſi vaginulis reconduntur. Hæ lurido pallentique ſqualent colore, ſic humore tabifico madentes, ut agyrtæ ſubdoli, quum monſtrare volent antidoto ſuã præſtanti triueneficæ noxæ tutiſſime occurri, priuſquã admorſuras in ſuos artus adhibeant viperas, his gingiuas, & veſiculas crebris ſcalpri pungentis ictibus exſaniant, ſic facientes, ut inquinamenti mali materia deponatur: qua iam exhauſta ſub impoſitum medicamentum innocuus ſuccedit morſus, non ſine vulgaris, & ſtupidæ plebeculæ plauſu. Sed de iſtorum dolis, & vaframentis eſt tibi Galenus in Piſoniano, eſt & Matthiolus in Dioſcoridis Lib. Secundo.

Hactenus de tutatricibus dentium valuis: tempus eſt iam pleraque de dentibus exponendi. Primum autem de numero maximorum, qui alioquin obſeruatione multorum inter mares & feminas ſcrutatorum incertus eſt & grauiter controuerſus. Nicander, Aetius, & quidã alii poſteriores. Hieron. inquam Mercurialis, & Vlyſſes Aldrouandus, qui ſunt hos ſequuti, binos eſſe caninos dentes crediderunt mari, quaternos femellæ. Sed contra videtur ſenſiſſe Paulus Aegineta & Haliabbas IIX. Theoricæ Cap. LXXI. qui totidem huic ut ille nobis ſuaſit. Iul. Cæſ. Scaliger in Comm. 2. de Anim. hiſtor. Cap. 18. omnibus confeſſum eſt, inquit, maris morſum intelligi ex veſtigio binorum dentium, feminæ ex pluribus: maris dentes acutiores, feminę latiores. Qui idem Scaliger ibidem, ait, viperę utriuſq; (maris & feminę) & bini dentes in inferiore mandibula caninis ſimiles membranula amicti. In quo quidem enun- „

Binos caninos mari quaternos femellæ dentes, opinio prima.

Totidem eſſe opinio ſecũda.

Scaligeri opinio de femellæ dentibus indefinita.

ciato

ciato duo ſunt animaduertenda. Et quod hęc aduerſus Nicandrũ & Actium, atque aduerſus ea, quę nuper ex eodem hoc autore recitauit, contradictionem ſeruant apertam; & quod inferiori maxillæ dentes duos maximos imponit, quos debebat ſuperiori. Conſimilis ſuſpicor aberratio mentis, calami enim quid dicam? Pag. 241. *Aſpidis curui dentes*, ait, *inferiori mandibula quatuor, tunica ad radices obducti*. Quibus verbis demorſores dentes affingit inferiori, quos mandibulę debebat ſuperiori, contra quam Plinius Veronenſis in Lib. xi. nat. hiſt. Cap. 37. Audi verba; *Similes* (dentes) *aſpidi & ſerpentibus: ſed duo in ſupera parte dextra læuaq. longiſſimi, tenui fiſtula perforati, ut ſcorpionũ aculei venenum infundentes*. Sic & Belluacenſis, Aſpidi dentes ſupra modũ lõgos, quales extra os apro ſunt apparent, ait, quod nemo ſcribentium affirmauit. Veſlingius etiam monuit, ſe in omnibus viperis in oſſe maxillę ſuperiori coniunctó, & propriis muſculis mobili, duos dentes falcatos, in utroque latere, magnitudine diuerſos reperiſſe.

Aſpidis dentes Scaligero.

Verum ad viperæ dentes quod attinet, controuerſa multum apud autores, ſed nondum ab ullo viro finita diſceptatio eſt de numero dentium maximorum ſeu mariũ ſeu femellarum. Porro cum Baldo Angelo, qui feminis quaternos & maribus binos morſores adſcripſit, conſentiens Franciſcus Leotius Collega meus vir in obſeruanda natura ſedulus, conſtanter affirmauit non ſemel mihi, ſe curioſe rimatum viperarum ora femellarum, in his binos ſemper percuſſores dentes, utrinque unum comperiſſe. Nicander autem unus, qui prę venenoſa fortaſſis offenſione dentes obſeruandos non obſeruauit, ſed alios exaudiuit narratores, facile falli atque alios fallere potuit, ideſt Galenũ, Actium, Amatũ Luſitanum, Hieron. Mercurialem, & ſi qui ſunt alii, qui Nicandrũ ſequuti crediderunt maſculum viperarũ vigorem à natura duplicibus armamentis orbatum. In-

De vipera dentibus controuerſia decernitur.

ter

ter hos ego Paulum Aegi netam non nomino, qui diſparitatem hanc dentium inter mares & feminas non agnouit.

Cæterum una quaſi ſynopſi viperæ dentes à me ſic diſtinguentur. I. Supernè femellis quidem unum eſſe eum, & quia ſit aduncus reſupinari cum momorderit. Aliqui tamen decidere eum rurſuſq; recreſcere facilem de cuſſit. Verba ſunt concepta Plinii Secundi. Conradus de Serpente generatim par. 2.

II. Alterutrimque uſque quaterni. Viderat hoc recte Auicenna qui Lib. 4. Fen. 6. Tract. 3. Cap. 32. egreditur, ait, ex loco duorũ dentium, aut plurium ſanguis, uſque quaterni.

III. Verum ex hoc toto numero duo ſunt hoſtiles & percuſſores, immutabiles in æuum, ut qui ſummo ſunt articulationis ac fiſtulæ artificio conformati.

IV. Cæterum naſcuntur, & abiiciuntur quotannis, licet aliis bis anno renaſci creditum Plinio.

V. Hi reconditi ſubſternuntur à percuſſoribus.

VI. Quorum unus interdum ſurrectus cum percuſſore præcipuo offenditur obſeruanti.

VII. Quorum aliquot exiliores ac perparum inflexi principio cum viſantur, mox æuo ſuo procedente cum cæteris percuſſoribus obdureſcunt, atque rigeſcunt plenius recurui.

IIX. Infernæ maxillæ ut nihil dentium, ſic nihil ex his fit.

Ita quidem natura ſagax ordinauit.

His de numero dentium priore tunica contectorum expoſitis, cæterũ enarranda fabrefactio dentis eſt maximi perpetuique, & in hoc exſtruendo cõformandoque naturæ conſilium plane ſubtile. Prius autem tum de numero, tum de varietate cunctorum eſt tradenda ratio. Quod igitur inculcarit eos vno loco dentes, id vel ad abundantem materiam referendum ſimplicem, vel ad hanc ſimul & ad expultricem facultatem, quæ veluti

ver

vernationem, & hanc quoque redundantem ſubſtantiā exſerit, quā interim formatrix in dentis educit formam, præſertim quando vires & robur anguis in capite prævalēt, piſcibus pares: quales aduertit Cardanus in 7. de Rerum varietate. Et quando gliſcit præpollens ad hāc armandam partem natura hic alias alucinata, quæ valentiſſimum & firmiſſimum præeſſe dentem non aduertit. Alia cauſa eſt, quod qui dentes inferiore mandibula defecerunt, ut in hac abundarint, par fuit.

Verum hîc dentis maximi fabricationē attingamus, qui & à me deſcriptus eſt in parte Tractationis noſtræ ſecunda.

Hic autem expendetur aliud, quod eſt; dentes viperarum Leoninos multifariam ab aliis, qui ſunt quadrupedis carniuoris, diſcrepare. Primum, quia ſunt aliis hi ſimplices, viperis aſſociati multis, quod dixi. Deinde, quod viperis & hoc genus ſuperiorem occupant ſolummodo maxillā, propter capitis roſtrique preſſulam formam. Tertio diſtant collocationē. nam viperæ non exſerti, atq; habitu tunicæ ſunt obtecti, aliis vero beſtiis contra. Præterea differunt adnexis. Etenim in aliis arcte complectentibus alueolis alte defixi ſunt, & immoti: viperis vero contra opinionem omnem tortiles ſunt & conuerſiles. Nimirum exerti ad maleficiū pro voluntate mouentis, aiebat Scaliger. Comm. 2. de Animal. Cap. 18. Verū hæc ego declaro. Scire licet maxillæ ſuperioris genæ puſillulæ ſuffixum capitulum vix aſpectabile dentis humilioris: quod tendine prætenui medio verſatur; ſuperne, atque inferne vel attollendus, vel deprimendus denticulus laxo quaſi cardine, & ut Græci loquuntur, diarthroſi rotatilis eſt, quatenus ad ampliter apprehendendum nempe chelas cancri referunt; ad carnes ambitu mordicus conuellendas, efferatius lancinandas comparati, atque accōmodati comperiuntur. Quales, ut nimium excreſcat viperæ ſcelus, nec aſpidis dentes eſſe cognoſcimus ex his, quæ pro-

Tortilis articulo dens maximus.

poſuit

poſuit nobis de eodem aſpide Nicander, quæ ſunt:

Quatuor huic intra maxillæ concaua dentes
Radices fixere ſuas.

Interea per eoſdem denticulos cauitas parata triplex eructare nil moratur exſecrãdum illum Stygium humorem, qui per tortuoſas plagulas dente perfoſſas perniciem inſerit afflictatricem hominis miſeri, cuius nos fabricæ imagunculam appicta tabula hic exhibendam curauimus.



Figura dentis remorſoris repreſentatrix.

Cæterum non te celabo rationem, qua percuſſum obeunti viperę, ſub hoc actu referentur occluſę lancinatus opifices particulæ. Quoniam enim expoſitus capitulati bifariam dentis articulus eſt, atque humiliori capitulo lacertulus tennis foras attrahendo vibrandoque denticulo deſtinatus, qui dens per muſculum ſuperne diſploditur, attrahendus ut arbitror infernæ mandibulæ diſtentione violenta. Itaque dum os ample hiat concitatæ viperæ per irę furorem & dens nudatur & ſimul vibratur venenum.

Sed de dentiũ opificio maximo aliàs operis parte Secũda, qua de veneni ratione complura:nunc de minoribus enarrabo. Dentibus quidem atterendarum oſſarum ſolidiorum, quę in ſtomachum ingeruntur officium deputatum cum ſit, aliam longe retruſiorem horum utilitatem commenti nos ſumus, ſpectantes, quod hic anguis alimenta pleraque grandiora non comminuta neq; diſcuſſa in gulam ingerit, plerumq; mures tum araueos tam ſilueſtres quam domeſticos, ranarum omne genus plumoſoſque auium pullos nil attritos, nihilque confractos. Denticulos igitur minutos & ſerratulos, qui præ-

Dentium viperæ plurimorũ nouus noſtra opinione uſus.

Non comminuuntur viperæ alimenta ſolidiora.

præcipuè ſub maxillis latent, ei nos uſui deſtinatos arbitramur, quod perpungant tantummodo ſolidiores eſcas atq; has fermento ſuo peracri tabefaciant prope, præſertim quod exſerti quidem natura, verum gingiuis obducti dẽtes, dum alimenta conterunt, ſic virus e veſiculis exprimant. Si enim id non eſt, quid numerus dentium tam plane multus, qui viginti quatuor, tum inferne tum ſuperne maxillæ numerati ſunt à Ioanne Baptiſta Spontono in Libro de Puluere viperino Cap. 2: quidue horum tam creber apparatus? Quod ſi piſcibus is eſt plurimorum dentium uſus, Nicolao Leoniceno Thomæo in Quæſt. natural. 39. ut multitudine vulnerũ intromiſſas molliant carnes, quas attritu bene ſubigere nequeant, non autem ad apprehendendum ac retinendũ, ut placuit Cardano Lib. 7. de Varietate rerũ Cap. 35. quanto plenior ſit hęc neceſſitas in iis, quę ſolidiora vorant conuincere. Nã neque ſingulorum hæc piſcium, & anguiũ eſt cognatio, verũ & cõmuniter natant, & quod ad has partes attinet, eſt & alia ſimilitudo præcipua, quod ſicuti piſces ore robur omnes ſeruant, & dentibus; ita & angues Cardano Lib. & loco ante citato. Cæterũ abditum gingiuis & dentibus viperæ fermentum alio plenius libri loco demonſtraui. Monſtrauit autem quam egregie fermentatio ad coctionem Chyli conducat naturæ ſcientiſſimus Petrus Caſtellus in Epiſtolarum medicarum Quinta ad Seuerinum profeſſus ſe piſces ſemiroſos internis in ventriculis aliorum qui vorauerunt marinorum inueniſſe.

Hęc nos in præſenti de Dentibus ac partibus aliis ſeu veneno imbutis ſeu in ſiti veneni ſui ſpectis. Cæterum quæ vera & penitiſſima ſit noſtra de veneni principio & generatione ſententia, parte operis Secunda leges. Porrò longe aliter ſe res habet, quam opinatorũ vulgus arbitratur.

DE

DE SCATVRIGINE, VIIS, SEDE PROMPTVARIA VIPERINI VENENI. CAP. III.

QVoniam autē virulentam viperę portionē ab habitu carnium ſecreuimus, ſecretāque oſtendimus, par eſt nunc ut locū, unde dimanet, & quo confluit, & ubi ad iaculationis ſiue effuſionis opus aſſeruetur ichor virulentus, exponamus. Quod autem ad ſcaturiginem attinet, neceſſum eſt mea quidem opinione, ut & natura extruendū ſibi ipſi puteum & promptuarium initio propoſuerit, & nobis naturalem ductum ſequentibus perſcrutandum reliquerit. Soli quippe modioli, & ſolus crater non ſatis erant, quæ facile potuerant exhauriri. Requirebatur porro fons & ſcatebræ, unde affluere ſufficienter & refici deficiens in excipulo quiret humor. Equidē quod obſeruatum eſt à nobis, & annotatum à Galeno Lib. de inæquali Intemperie, & Lib. de Theriaca ad Piſonē, locis ab Aldrou. non animaduerſis dicam: viperam, quum multoties venenum ipſa per ſe, ſiue manu diligenti cōpoſita in animal ſeu viuens ſeu mortuum exhauſerit, ſubinde mordentem non inficere: exemplo ſemen eſt, quo large exhauſto, mox inanis eſt omni generandi conatus. Nimirum canalibus & veſiculis infecturæ ſucco exinanitis, quibus exinde repletis ſic noxam auſura fera eſt, luemque viuentibus illatura. Vt cognoſcas iā, quo conſtet venenata viperæ facultas, fontis ſub ſe viroſi neceſſitatem eſſe. Qui fons, quæque ſcaturigo, hoc eſt loco nobis inueſtiganda. Hic probabiliter creditus eſt à multis folliculus fellis complures (ut ego arbitror) ob cauſas.

Prima, quod excrementiciū humorē ab excrementoſo latice par erat ſuppeti, & ſubminiſtrari, præſertim qui paucis temporis momētis debebat parari deduciq;.

Secunda, quia reſpondet teter abominabiliſque humor tetro abominabilique felleo fomento.

Tertia, reſpondet & color, odor, & non nulla parte ſapor cum annexis, quæ nuper explicauimus.

Quarta, non eiicitur venenum à vipera, niſi per iram, quæ fellis irritamento cordi per venas communicato commouetur: hoc ſignificante Hippocrate Lib. de corporum diſſectione, atque vulgato illo diſticho:

Cor ſapit; & pulmo loquitur; fel commouet iras;
Splen ridere facit; cogit amare iecur.

Acutiſſime autem & ſcitiſſime Flaccus, ſed paucis hoc in Ode 13. Lib. 1. ſignificauit dicens:

Feruens difficili bile tumet iecur.

Indicans enim iram, affluere ſibi bilem dixit, à cauſis & à ſubiecto ſcilicet ducto tropo.

Leberans opinio reiicitur.

His quidem omnibus iſti ſuam hanc ni fallor fulciunt opinionem. Verum enim vero peccat illa me iudice, quod officina hæc & primus opifex veneni non iners, & ſupinus excrementi locus ac prope latrina. Quinimmo ſpirituoſo ſucco gaudens, & viuidū promptuarium eſſe debet. Neque enim ſic tenuis, ſic celeris, ſic acuti roris recrementarius theſaurus, qualis eſt cholidochus, recte videbitur, ſed facultatis dignitati reſpondētis, & principis ſedes; quæ cum calore abundet oportet ſic & ſpiritu, qui aut caloris affluxus, eſt aut calori famulans virtus.

Noſtra inſuper ratio producitur.

Confirmatur noſtra ſententia.

Quod vero ſpectauerit hoc ipſum natura conditrix, mōſtratur inde perſpicue, quod canales ichoridochi viperæ tum ad hepar, tum ad cor ſpectant, inde & cor & hepar recte ſtatuentur opifices ſpirituoſi ſucci. Atque hic non alio fonte cadet, quam ab hepate, atque corde, viſceribus omnium calidiſſimis. Hoc adeo verum eſt, ut approbatum confeſſumque fuerit à Baldo Abbatio, Iul. Cæſ. Claudino Sect. VI. operis de Ingreſſu medentis ad infirmos Pag. 457. & quod magis etiam refert, autopſia diligenti, hoc eſt diſſectionis fide patere poſſit.

Sunt

Sunt igitur cor & hepar huius ſucci materiæ principia, veruntamen diuerſo ad ſe inuicem modo. Iecur videlicet humorem largiendo, cor vero largitum in ſpiritualem tenuitatem euehendo: quæ cautio fuit una fortaſſe Nicandro, ut hiſce viſceribus abſtinendum voluerit in Theriacam admiſcendis.

Verum enimuero, nequid diſſimulem, hæc quæ dixi nonnihil difficultatis habent, quod impar videtur utrũque viſcus, ut indignam veneni ſubſtantiam debeant parare, quæ viſcera nectaris potius viuifici, non venefici, ſunt principia. Debent porro apta veneno, ideſt etiam venenata eſſe principia. His aut ſimilibus fortaſſe rationibus vinci ſe ſiuerunt Abbatius & Aldrouandus, qui nullum ab his viſceribus ortum veneni voluerunt. Quercetanus vero Crollius, Poterius, atque alii, ſiue in Theriacã, ſiue in pulueres apparandos receperunt. Cũ quibus & nos ſtatuimus hæc viſcera non venefica, ſed exortia veneni eſſe. Quare diſſonum illud & improbabile videtur, quod iecur & cor cauſæ & elementa ſint peſtiferi ſucci. Non ſunt, inquam, hæc veneni principia, Siquidẽ hæc, de qua quæſtio eſt, materia animanti quidem haud eſt venenata, id eſt ſenſu & conditionibus veneni prædita, verum res eſt conformis, & conſentanea, & ſibi quidem ex bonorum ordine eſt; illo argumento, quod vipera altera alteri detrimento non eſt, Galeno autore Lib. de inæquali intemperie Cap. VI. verum ad homines; ſcilicet quæ ad alias animantes relata, atque his impacta per idoneum inſtrumentum ſanies ſic eſt venenum; ſic ἀνδροφθόρος Ariſtophani dicta eſt in Ranis.

Oppugnatio quod lõge alia ſunt probatiſſima viſcera, quã ut veneni principia debeant eſſe.

Aliud & addo non temerarii fortaſſe placiti, nec arbitratus vacui argumentum; viperæ cum remordet non eſſe mentem virus emittere, ſed duntaxat mordere. Iã vero cum mordet connixu indignabundo, ſic decidit ex cauo, ut oſtendemus dente ſuccus, qui venenatus redditur iræ ſuccenſione.

Aduerſarii inſtantia.

At

At reliquum eſt, dices, quod natura noſtra non tam mater quam nouerca ipſa effundendum parauerit, quãdoquidem haud per feram effunditur, ſed per ingenitam organorum & vaſorũ habitudinem, ſtructuram, atque uſum, quæ naturę culpa malum noſtrum procurantis recte à Momo cæleſtium cenſore, ex mortalibus autore Plinio iure merito fuerit taxanda. Quibus quidem accuſationibus & cui argutationi credo ſatisfactum à primo noſtræ diſputationis ingreſſu, quo loco monſtratum eſt, bona omnia cum aliqua parte mali debere eſſe complicita, Deumque Optimum Maximum deſidi mortalium naturę proſpicientem ac ſatagentem, meliori noſtro bono, ſi Virgilio credimus, hęc curaſſe, quãquam ipſe boni noſtri curator neque ullum venenum condidit, ſed naturas ad ſeipſas ordinatas, atque relatas, quę mundi, id eſt, ornatus gratia neceſſarię viſę ſunt; haud vero concepta fuerant animo venena, quod ſunt certe malum. Deus autem autor neutiquã eſt mali, ſed ſolius boni conditor & prouiſor eſt. Malum autem accidit ſolum vitio materię, & propter priuationis, ut phyſicorum opinio ſenſit, κακίαν. Vt autem Theologia reuelata monſtrat, malum omne fuit propter peccatum culpamque hominis τῦ πρωτοπλάστου, ante cuius lapſum Baſilio authore ſermone de Paradiſo nullum ſerpentibus erat venenum, neque ſtirpis ullius erat noxa, ſed cuncta erant utilia, atque frugifera.

Sed occurritur argutationi.

Vide & quæ ſcripſit in hanc rem Andreas Baccius à principio.

Sed his noſtram contemplationem excedentibus iam miſſis, interim vipera, ſi recte perſpicimus expertiſque viris credimus, non laceſſit quempiam niſi laceſſita, aut laceſſitę ſui ſuſpicione capta. Cęterum autem innocentiſſima eſt, indeque fit, quod plerique tractant innoxie viperas ſola dexteritate, & nulla dum non irritant cautione. Quã rem non aduertentes homines vulgares referũt ad incantationes & magicã peritiã: quã nullis nõ alioqui modis prętexũt iactitãtq; Marſi magiſtri, & Pſylli vocati. Cęterũ vipera nullis aut verbis, aut carminibus

Marſorũ Pſyllorumq; fallacia.

bus afficitur, neque mouetur. Enunciatum autem ad vulgi ſenſum, ſicubi legitur; aſpidem intruſa in auriculam cauda conſulto obſurdeſcere. Quid autem ait Cardanus in Commen. de Venenis, audiat, ſi ad immurmuratas cantiones, & ad cætera noſtra verba exaudienda à natura comparatus non eſt. Iam vero quæ anguium auriculæ, quæue excipula caudę reſpondentia extremæ? Sed de minus firmis hiſce narrationibus non credendis in noſtra nos de Saluatellę phlebotome Paradoxologia perorauimus fusè. Sic quidem oſtenſum ultro feram hanc quempiam haud inceſſere, verum aut offenſa ipſa, aut offenſæ ſuſpecta. Verum iniuria ſit atq; inſultatrix. At hæc in omnes promiſcue animantes, non in homines ſolos fuit ferocia, præſertim quando neceſſaria & antiqua cuilibet eſt vitæ ſuæ defenſio. Quare ne queri nos, ut Cicero fecit, oportet aduerſus prouiſorem noſtrum, quod tantam vim natricum atque anguium in aquis ac terris ordinarit. Verum debuerit natura; tot tantiſq; anguium iniurias nobis mortalibus dignioribus cauere. Nulla ergò naturæ culpa ſit nocentis ichoris emiſſio, ſed partim id fit ex accidente, id eſt neque animante neque natura decernente. Ad hunc modum conſueuit ſæpe homini formoſam nedum femellam, ſed & delectabile aliud quodcumque ſuauiter oculis ſpectanti, vel animo contemplanti, vel inter laſciua quælibet verſanti, vel quaſque voluptatis illecebras tractanti aut factitanti ſub his raptu quodam & σύῤῥοις præponderantia vaſa veneri ſeminique dicata primum titillari, mox commota ſemen defluum una deliciarum vi laxare; quaſi vero voluptas omnis in has veluti metas redeat, ac terminetur. Ita & vipera, pro ſe tuenda graue quidpiam molienti confeſtim excidit paratus alioquin in meliores uſus liquor; fitque tum hoc, tum illud meo quidem iudicio naturali quadam prępollentia partis ac rapacitate, quia complures in hæc membra ſenſus virtuteſque corporis nutant repuntque. Quare per unumquemque grauiorem actum excitatæ potentiæ

Alia noua explicatio.

tiæ

tiæ ſpiritus atque organa reſpondentia ad motum ciet. Verum enimuero contradicet continuo nobis offenſus quiſpiam improbabili difficultate, quod in hoc humoris emittendi actu naturę conſilium & interuentum excluſerimus obliti, quod interim dens ita conformatus eſt & primordio comparatus, ut aperto conditoris ſtudio iā appareat ad educendam ex intimo ſinu ſaniem patere. Quam quidem obiectationem, quam ambiguitatem equidem ingenue fateor non aſpernabilem, ſed acutam eſſe. Verū tamen ubi duæ ſunt huius contradictionis particulæ, altera quæ ad dentis formā ſinumq; pertinet: altera quę ad peſtiferum ſuccum è ſinu prodeuntem ſpectat; utriuſque argumenti vim ſuſtulit Ioannes Baptiſta Spontonus, qui Lib. de Puluere Viperino Cap. x. Pag. 43. profeſſus eſt paratū hoc dentibus efflunuiū, ne redūdans vel caput animantis grauet, vel ad interiora reflexum virus ſanguinem inquinet, atque animal opprimat. Neque vero te turbet, quod utiliſſimus & probatiſſimus ſtatutus à nobis eſt idem liquor, ac propterea tuendus & conſeruandus, non effundendus & diſperdendus. Nil te turbet hoc, inquā, quando etiam multo abſolutiſſimo ac perneceſſario, ideſt prolifico ſemini, cum late exuberat natura, pariter paratus eſt effluxus: nimirum ut ne copia vel officiat, vel longa retentio: per quam alioqui retentionem malum virus concipitur & venenoſum redditur. At neque te moueat ſecundo, quod recuruus atque adeo offenſorius natura ſit denticulus beſtiolę. Talis eſt alioqui non tam ad percuſſum paratus, quam ad uſus dentium communes, & ad conſeruatum fluidi liquoris, qui ſic è re vipeꝛę fuit. Cęterum prouidæ naturę inſtituto fuit hæc dentium ſtructura feris anguibus inducta ad ſui verius tuitionem, quā aliorum lęſionem. Vbi vero ſit ad aliorum oblæſionem, unumquodque animal ſua habuit propugnamenta & armamenta: inter omnes homo, qui conſilii manuſque opera mirum in modū inſtructiſſimus fuit. Adde quod

ad

ad exacuendas iſtorũ mentes ac prouidentiã Deus, qui ab exordio fuit amãtiſſimus noſtri ſuiſimiliũ opificiorũ:

Ille malum virus ſerpentibus addidit atris.

Sed & Greg. Nyſſenus Lib. 1. de Homine Cap. 5. venena primitus fuiſſe teſtatum reliquit.

DE MATERIA, FORMA, PROXIMO INSTRVMENTO, CONDITIONIBVS VIPERINI VENENI, DEQVE HVIVS GENERATIONE. CAP. IV.

DE apparatu atque inſtrumento proximo viperini veneni non una ſcribentium omnium eſt opinio. Verum, ut in pleriſque fit, multiplex: quas omnes rite recenſebo, ut ſingulæ diiudicari, & ſolidiſſimę deligi queant. E noſtris poſt Hippocratẽ primus eſt Nicander, qui toto ſerpentis ore malum inquinamentum recondi ſibi perſuaſit. Cornelius Celſus in Lib. v. Rei Med. Cap. 29. Venenum aut huius ſedem videtur credidiſſe ſaliuam, utpote, quam pro mortis materia, aut vehiculo, aut effectrice cauſa perpetuo nominauit. Poſt hunc autem Lactantius oribus, ait, immundis expuens ſaliuas venenoſas. Ante quos omnes id credo voluit ſacrum ſcriptum, in quo legitur: *Coluber tranſeuntibus inſidiatur, & mordens lingua venenum infundit.* Conſilium autem, & ratio perquam inducti ſunt autores primi, ut ſaliuæ nomine uterentur ad indicandum anguium virus, fuit mea ſententia multiplex. Vna, quod agnouiſſent huiuſmodi ſubiunctum alexiterium aduerſus venena, tum deleterium quoque eſſe ſerpentibus, ut adnotauit alicubi Lucretius per hęc:

Eſt utique ut ſerpens hominum contacta ſaliuis
Diſperit, ac ſeſe mandendo conficit ipſa.

Secunda cauſa eſt priorem muniens, & confirmans, quod dentibus iam morſum admolitis probabile ſit humorem ſaliuoſum ipſum eſſe, qui cor penetret, & op-

pugnet. Tertia cauſa fuit, quod obſeruarint priores, canis, & hominis rabidi ſaliuam ore toto diffuſam, quę rabiei venenum condat vehatque, ſicut aduertit Baptiſta Codronchus in Lib. 1. de Rab. Canina Cap. 1v. Perſuaſi quoque ſunt à venenoſo aſpidū ſputo, unde Ptyades hi dicti ſunt angues: de quibus Porphyrius in Lib. 3.
„ de Carnibus eſu abſtinendis, ſpuens, ait, dicitur quidā
„ ſerpens, quia ſputo fero interficit illud ſuper quod ca-
„ dit, quod ſcilicet ſputum proiiciunt dentes eius cōſtri-
„ cti ſuper alios. Aelianus nōn unam perpetuo rationem aut ſequutus, aut profeſſus eſt. Alicubi enim dentes
„ virulētæ materiæ contentores meminit his verbis: Hęc
„ etiam vis, & natura ad ſerpentium nationem perti-
„ net: Cor quidem ut in gutture habeant, fel autem ad
„ inteſtina, teſticulos ad caudam poſſideant, longula ſa-
„ ne oua & mollia pariant, in dentibus venenum gerant.

Veſicula dentium. Qui idem Aelianus dentibus peſtiferis membranulas quaſdam his obductrices, & veneni ſeruatrices admi-
» ſcuit, ita rem exprimens. Aſpidis dentes, quos merito
» letiferos dixeris, tenuiſſimis quibuſdam veluti tunicis
» aut membranis indui, ac veſtiri audio, & cum Aſpis a-
» liquem mordicus inuadit membranulis inuerſis vel cō-
» preſſis humorem venenoſum effundi &c. Huic aſſenſus
» eſt & Conradus, qui quā de Vipera B. 32. Continetur,
» ait, humor intra veſiculam illam venenoſus, quem ſi-
» mul cum morſu immittit, ut & ſcorpius e κέντρῳ ſuo,
» quod cauum eſſe creditur. Aſſenſus eſt & Hieronymus
» Mercurialis, qui Lib. de Venen. Animalia, inquit, quæ
» morſus venenāt, virus venenoſum geſtant in veſica qua-
» dam ſubtus linguam, qua rupta emanat quidam humor
» ſaliuoſus, qui ubi corporibus infigitur ea venenat.

Tertiam, & nulli tentatā opinionem commentus eſt Ambroſius Pareus, qui Lib. xx. Cap. 16. non membranas, aut dentes ipſos, verum ipſorum interſtitium, cenſuit veneni latebras. Cuius fortaſſe iudicii cauſa fuit, quod hanc, & commodam cauitatem, & venulis obſitam cō-

ſide-

ſiderarit. Res quidem utraſque impendio conducibiles aſſeruādo promptiſſimo veneno. Plinius vero cū de ſerpentium veneno tradit hoc aperte fel profeſſus eſt, his ſuis verbis: Sed duo (dentes) in ſuperna parte dextera leuaque longiſſimi tenui fiſtula perforati, ut ſcorpionū aculeo, venenum infundentes. Non aliud hoc eſſe quā fel ſerpentium: & inde venis ſub ſpina ad os peruenire diligentiſſimi autores ſcripſere. Qua Plinii doctrina tam egregie placuit Angelo Abbatio Eugubino, ut nihil pręter hanc commentationem inquirendum voluerit. Contrahit vero grauiſſimā difficultatem, quod venæ nō attingunt veſiculas, ſed pectus prætereuntes ad cerebrum percurrunt, ut noſtra nos Zootome, atque autopſia docuit. Non deſunt autem, & qui & in afflatu venenum credidere: qualis eſt Nicander, qui fungos letales tradidit, iuxta quos Viperæ victitarint. Ex his quoque Pauſanias eſt, qui narrat viperam aliquando, cū hominem aſſequi nequiſſet, arbori, ad quam ille effugerat, venenum afflaſſe, ac ſtatim hominem enecaſſe.

Fel venenum ſerpentium.

Afflatus.

De aſpidibus autē aquilonaribus narrans Olaus Magnus prodidit hæc: Hi ſerpentes eleuati ſuper pectus ad medium cubitum incedunt, venenumque in magna quantitate diuerſiſſimo colore in gutture collectum in reſiſtentem aut obuium hominem expuunt. Ita quidem ille: Sed enim hæc veneni ratio ſi me audis in ſaliuam potius recidit, quam in afflatum. Hæc iſti omnes de parte delatrice veneni, de quorum ego placitis hæc decerno. Saliuam breuibus definiam, quod equidem faciam ad hunc modum: Saliua à ſale dicta, quod ſalem guſtatu referat, Græci σίαλος, aut ἡ σιαλὶς, eſt ſal reſolutus, ſeu ſal dilutum coctionis tertiæ, quod poſtremo deciditur, & anaſtomoſi, atque diapideſi ſcatet ex capite, & peculiaribus glandulis tum ſuperioribus, & interioribus, tum gutturis propriis, non tam quidem excrementum iſtarum partium, quam humor ſecundi generis propoſitorum ab Auicenna, certa quædam pituitæ ſpecies.

Serpentes Aquilonares venenū gutture geſtant.

Vſus naturalis ſaliuæ multiplex, primò tum madefaciendi ſub neceſſitate fauces, & contemperandi æſtus præcordiorum; tum ad deuoluendas aridas eſcas; tum ad voces elaborandas, tum ad linguæ ac muſculorum pharyngis agitandorũ commoditates. Guſtatui quoq; ut qui ſine madore non conficitur, ſeruire ſaliuam adnotarunt Cl. Viri Gaſp. Bartholinus & Thomas F. in nouæ ſuæ & ſubtiliſſimæ Anatomes Lib. I I. Cap. XL. Porro, reſpondet ſaliua qualitatum, & affectionum probitate, & malitia, ſuis elementis, ideſt alimentis temperamentis, humoribus, facultatibus naturalibus, & nõ naturalibus, quæ immutatrices omnes ſunt cauſæ. Hæc in re propoſita licuit nobis de ſaliua dicere, nunc ad iudicia de veneno profeſſorum deuenio. Fel, quod Plinio viſum eſt ſerpentium venenum, materia verius eſt veneni: ſaliua Lucretii Cornelii Latinorum non niſi participatione, & contagione venenum, ſiue hæc viperæ, ſeu canis rabidi, fuerit.

De Ptyadis ſputo dubius ſum, quandoquidem id Aſpidi teterrimo poſt Baſiliſcum omnium angui proprietate quadam naturæ ſortito, quod verbũ eſt Flacci, cõtigit: ex aduerſo vero ſiquidem aſpidis ſaliua dilutum ipſius veneni ſtatuatur, fieri poteſt, ut hoc abunde communicato, quod eſt alioqui valentiſſimum, ſic exitio ſit: quamquam ex alia quadam cauſa, quam ex diluto oris, venenum eſſe poſsit aliquando, & aſpectus etiamnum, & tactus, ut Cencrites, & Rubetæ venenum, quinimmo, & olfactus perimat, quod Aelianus Lib. 9. Cap. I I. itemque Auicenna teſtificatus eſt. Sed hæc ego plus nimio diſcuſsi de viperis delapſus ad aſpides.

Ad peculiarem igitur ſermonem noſtrum relabor viperei veneni, quod Fabius Paulinus in Lib. de Viperis in Theriacam apparandis triplicem iſtorum de re una ſcribentium conciliationem tradere, una quaſi ſumma diſputationis, & hac partitione commentus eſt, dicens; denti quidem viperino venenum eſſe σύμφυτον, coalitum dixe-

dixeris; gingiuis ſpiritale; felli adſcititium, & extrinſecus aduentitium. Quæ Fabii partitio ſenſum ut reddat clarum interpretatione noſtra reſoluetur in diuiſionem bimembrem; ut portio virus ſit duplex: altera craſſa, & illaborata, quæ penu eſt & officina fellis: tenuior altera, quã inde per venas delatam abſorpſerint gingiuę, intra quas conſertus dens, poſt promum fel, condum membranulæ amiculum, ſuam ipſe ſeruat inſitam venenandi tincturam. Nam hac equidem credo Theophraſti nota medullitus rem exprimi. Speciosa quidem hæc commentatio, verum eſt ſalebroſa tantundem, qualem non crediderit ſuus autor. Salebræ autẽ, & ambiguitates, quas ſubit Fabiana ſententia, ſunt hæ mihi. Vna quod eius hypotheſi, ſi dentem ſua ipſius facultate venenigerum ac peſtiferum ſtatuamus; fruſtra ſic gingiuas, aut harum tuniculas volemus huius eructatrices. Quid enim, quæſo te, aggerare atque apparare tot opifices, & opificia veneno configendo, quorum unus ſatis eſſe poſſit huic muneri perſoluendo? Deinde, ſi dens inſito polleret veneno; profecto ſine viperæ interuentu, ſeu viuentis, ſeu vitam egreſſæ, foret ipſe per ſe venenandi compos: atqui nec venenat ipſe citra viperæ viuentis libitum adactus, nec iam mortuæ, ſub carne cuiuslibet animantis defixus. Igitur nullo venenat modo dens iſte.

Tertio, ſi nulla veneni materia, nullus viroſus humor defluit, aut decurrit in dentem, inficiendi opus & operam adiuturus; qualis amabo conſtructio caui dentis, ventroſi, fiſtuloſi? qualem ad unguẽ nos deſcripſimus, & obſeruare quiſque poteſt. Fabricatio iſta planè deſcendentis, & elabentis humoris uſus declarat: non irrito ſtudio parata eſt.

Hæc quidem ad dentem attinebant. Quod ad alias partes, & quod ad virus ſpiritale gingiuarum: huiuſmodi ſubſtantia, dicat opinator, velim quibus uſibus comparata? Aderit is reſpondens, quod hæc aura te-

nuis ex uſu erit peruadendi facilius; & cordis conficiē-di. Verum ad hæc ego, quid tum miniſterii molitus fuerit dens? Dixerit, ut viam ſternat plagula adaperta. Verum hoc, inquam, conficere valuiſſet dens abſque ſuo veneni contagio, atque adeo nequicquam nactus fuiſſet propriam & cognatam venenandi facultatem. Sunt hæc & alia eius placiti incommoda, quæ compendii gratia ſub ſilentio tranſigam. Reiecti iam diſputatione, quid non ſit viperæ venenum; deinceps quid ipſum ſit dicam, nō quod confidam ſpeciem eius omnem oſtenſurū, verum decem ſequar Galenum, qui, ſi quid aliud, rem hanc diuiniſſime aſſequutus, aut exequutus eſt, exemplo ſingulari referens, quod plerique omnes rem alioqui ſenſibus humanis inexplicabilem minime comprehenderint. Claudii Galeni verba Lib. de Theriaca ad Piſonem Cap. 9. deſcripta ſunt hæc: τῆς τούτων (τῶν κεφαλῶν) φύσεως μεταβλητικὴν τινὰ δύναμιν εἰς τὸν ἰὸν ἐχούσης, ὥσπερ δὴ καὶ ἐν τοῖς παραστάταις ὂν σπέρμα, καὶ ἐν τοῖς μαστοῖς τὸ γάλα μεταβαλλόμενον γίνεται. Quæ Latinè ſunt. *Nam viperarum capita facultatem obtinent veneni conficiendi, ſicuti conuoluta vaſa ſeminis, & muliebria vbera lactis.* Hæc Pergamenus Dictator noſter. In quibus cum Idioſyncraſiam fuerit profeſſus τὸν τῆς οὐσίας λόγον, profecto, qui explicari differendo minime potuit, minime conatus eſt explicare. Verum oblatam ſenſus & ſimilium viam ingreſſus eſt, quæ una tantum non in hiſce caſibus quæſito ſatisfacit. Interea non diſſimulauerim, neque negauerim equidem, quod patentior eſt ratio, qua conficiunt mammæ lac, quam qua conficit venenum caput. Illa quidem ad glandularum naturam, vel ad puris ſimilitudinem, vel ad temperamentum omnino partis reduci, referrique facile poteſt. Capitis vero tranſmutātis facultas, quam Galenus adſtruxit, itemq; ratio tranſmutandi, non pateſcunt cuique, ut quæ abditæ ſunt natura. Sunt inquam de utriſque componendi modis diſpares rationes. Verum tamen in emendicato exem-

plo

ple, quatenus & quo uſu productum eſt, & nihil deeſt, & veneni cōflandi per caput proprietas rite reſtat expreſſa. Verum enimuero non expreſſum eſt, quorum priuatè caput (nam totum omnino nil attinet) ideſt quæ eiuſdem pars hoc ſibi munus prærogauerit natura. Capitis igitur nomine certum eſt, præcipuam, & maximam eiuſdem partem intellexiſſe cerebrum: præſertim quod cerebro qualis mammis adenoſa, ſicut Hippocrati placuit, eſt etiā natura. Quinimo fieri potuit, ut penes notarios plus ſemel transſcribentes pro τὸν ἐγκέφαλον irrepſerit κέφαλον.

Iam vero, ſi quæ ſit haud quidem ratio transſmutandi, ſed transſmutandi principia hæc viperæ, non ſilebimus. Materia quidem prima, primumque elementum peracris, & bilioſi ſanguinis, quæ à virulentis eſcis proficiſcitur, ideſt ſulphureis beſtiolis, quę ſunt ſcorpiones, bupreſtes, aranei, phalāgia, bufones, mures aranei, ſtelliones, cantharides, pythiocampę, ranæ calamites &c. quem chylum amplexum in ſanguinem oportet mutari, eumque mox læua cordis fornax reddit miris modis retorridum, & fumidum. ψολόεν appellauit Nicander, quod ignitum vertit lac. Greuinus vir in hoc argumento grauiter exercitatus. Ex qua cordis fornace ſurſum elatæ arteriæ ſanguinem ſpiritalem deuehunt ad retiformem plexum in ventriculis cerebri paratum, à quo plexu plenius elaboratus hic ſpiritus vitalis redditur demum animalis. Quoniam autem & principio intra fines nutritorios ventriculum & hepar, mox à corde, & ab arteriis magis igneus factus, tandem animalis redditus, multo maxime à cerebri fumoſi arteriis extenuatus, & ad ſummam pyroſin adductus eſt. Qua una puto cauſa perniciter mobiles, & uſque furioſi dicti ſunt à Gordonio ſerpentes: ut iam ſemel oculate videas, & quaſi manu palpes, quod alias affirmaui, poſtrema elaborationis ergaſteria.

Hunc porro mentis, & ergaſtuli ſui uſibus procreatū,

& inſtitutum, ſpiritoſum ſuccum, vel ſucculentum ſpiritum puto, quem ore ac dentibus vipera recipit, venenum à vulgo exiſtimatum, quod venenum tamen reuera non eſt: verum, quia ſic à natura quęſitus, ſic elaboratus eſt, ut paulo poſterius oſtendemus, grauiſſimis, & neceſſariis animantis commodis paratus. Enimuero quemadmodum in teſtibus aſſeruatus, perque corpus uniuerſum diffuſus ſpiritus domini virilitatem, alacritatem, vilium contemtum, & conſtantiam in aduerſis, uno verbo dicam, animi corporiſque vigorem accendit, quo ſine torpidus, eneruatus, hebes, & ſemiuir eſt homo: eadèm plane ratione credam equidē ſpirituoſum hunc ſuccum viperis tributum, ut tot ſenſuum viriumque bonis gauderet agreſtis fera. Indicio autem aperto eſt, quod non ad depreſſum, non ad vilem, non ad expurgatorium aliquem locum deiectus, ſed in ſublime elatus, ſed ad nobiliſſimam baſilicam, ſed ad ſedem internorum, externorumque ſenſuū, per puriſsimos arteriarum venarumque tubos emandatus, atque deuectus fuit hic exquiſitiſsimus naturæ liquor. Quamobrem toto errat cęlo Baldus Abbatius, qui Cap. 4. Pag. 17. F. demandari ſuctum ad viperæ caput tanquam ad ſentinam eiuſmodi recrementum, tantum nō inuento plaudens ſuo, conſtanter enunciauit. Falſus eſt, quoque Sebaſtianus Baſſon in Ant-Ariſtotelea ſua Philoſophia Cap. de Actione, Intentione prima, Art. 4. qui ſecretum & compulſum à condis undique partis venenum ad caput, & ad dentium valuulas tanquam ad patulas lacunas non iniuria procumbere profeſſus eſt. Sic enim inquam ego Seuerinus conficeretur, ut hæc in caput viperæ veneni depoſitio, & collocatio per Baſſonem eſſet fortuita, & citra conſilium naturæ facta: quod dignum ſapienti viro placitum non videatur.

Quod repoſitus in capite præcipuus vigor.

Repoſitus quippe liquor in capite, quo velut armata Pallas galea ſic propemodum inter omnes maxime corporis partes eſſet animal præſtabile. Quam rem ſpectantes Aegyptii, Horo Apolline relatore, colubri ſigno

vim

vim oris adſtruxerunt. Eſt nempe coluber nullis aliis ſui partibus, quam ore validior. Sic referunt vulgo viperam, quum capite in cauum aliquod loculamentum intruſo hæſerit, adnixam nulla hominis unius vi auulſum iri. Neque eſt abſimile, quod Dracones, ut ex Apollonio prodidit Philoſtratus, roſtro ſunt valentiſſimo tanquam ingentes piſces; apros ego potius dixiſſem, quibus unice comparari ſolent à ſcriptoribus dracones. Iam vero quod oſtendi caput ita præcipuum eſſe ſerpẽtibus, eadem quoq; ſedis principis ratione fieri credã, quod hac valenter percuſſa vita belluæ faceſſat. Enimuero cũ vigor, qui ſpiritus eſt, inhærens capiti depereat, deperit & cum eo animal. Sic de Dracone retulit Suidas: Capto, ſi caput verberetur, excuti ſpiritum & ſtamen vitale præcidi.

Narratio de vipera capitis firmitudine mira.

Sed his iã de viperei veneni materia formaq; propoſitis: ceterũ nonnullas eiuſdem conditiones ediſſeramus.

Primum autem ſi memoria retinuerimus ea, quæ proxime tradita ſunt, non dubito vel nolentem te, vel quemcumque præter & ſcepticum admiſſurum ſpiritus emiſſilis viperæ ſubtilitatem, qui conſiderauerit ſubitum huius in cor, & vitæ ſepta tranſcurſum, & vim plane incomparabilem. Quam aduertiſſe Poeta viſus eſt, qui ait:

Parua necat morſu ſpatioſum vipera taurum.

Quo enim pacto cor extinguitur, niſi quod ipſũ configitur? Quo autem modo tã propere configitur, niſi quod virulenta contagio ad ipſum permeat cito? Iam autem ut tam expedite perniciterque permeet? niſi quod apprime ſpirituoſus ac vigens eſt viperinus hic liquor; qua una contemplatione factum eſt, ut ad tantum acumen obtundendum, atque eludendum medicorum prudentiſſimi coagulantium propriam vim medicamentorum opponendam voluerint principio. Atque eo item conſilio peritiſſimus Andreas Baccius coagulum leporis & omne genus coaguli, quod coagulet ſecum ipſo

venenum, itemque genus omne lactis potandum. Sanguinem vero anſeris, aut anatis vorandum propoſuit Lib. ſuo de Venenis Prolegomeno, Cap. de Simplicib. nat. iuuantibus, Pag. 56 quamquam quid Baccium nominaui primum, cum multis ante ſeculis Nicander eius medelæ meminerit hiſce verſibus:

Et teneri leporis, ſimiliſque coagula fœtus,
Qualis Capreolus, preſſanſque graue hinnulus uber.
Ex his accipies bis drachmæ pondera ribus
Quatuor in cyathos antiqui deiice vini.

Cumque hoc quoq; viro Pedacius eſt Dioſcorides qui Lib. 6. Materiæ Medicæ Cap. 55. quod eſt de communibus Ictuum venenatorum curationibus, his & coagulũ, & cerebrum galli gallinacei deuorandum propoſuit. Quod continuo ſequutus eſt Actuarius, qui in Lib. 6. Therapeuticæ methodi fine coagulum item leporinum, & Gallinaceum Cerebellum commemorauit. Hæ ſunt primæ viperei ſucci proprietates, quæ ſpectant ad infectorium apparatum.

Materiales infectura qualitates.

Proſequimur nũc materiales eiuſdẽ qualitates; quarum prima eſt auſteritas, ſaporq; ſorbi prope immaturi Ponticus à noſtris dictus, qualis eſt acerbus ſcilicet, & aſtringens, cũ inſuauitate. Odor vero grauis, fumidus, nonnihil horridus, ſi caloris præſertim vi halet.

Craſſus poſt hæc viſcidusque lentor, ut manu oblitus, & reſiccatus cruſtam relinquat cum leuitate ſplendidam ac prope vernicatam, qua inde & ſuum principium arrhenicum æmulatur; cuius fumus coſmica manu miniſtratus mire nitidam, & illuſtrem reddit cutem. Eiectus item ipſe ichor facile exareſcit per ſe ipſum; fitque friabilis poſtmodum aureis quaſi maculis nitens; quas ob res, & terrei concrementi non modicum ichori ſubeſſe pro confeſſo eſt. Quoniam autem craſſitudinis quæ liquori huic incomparabili ineſt meminimus; hanc naturæ conſentaneam, ac plane neceſſariam iudico; quando conſentientes huic operi cauſæ omnes, finali

non

non excluſa fuere. Nimirum ut breui rem contraham, prima viperæ forma, ſuaque percoctoria organa omnia terreæ craſeos opifices ex terreis item alimentis ſibi ſimilibus formam ut inderent aliam, quam reſpondentem craſſam non video. Itaque indita eſt agreſti feræ craſſa ſpecies, cuius finis non longe poſt edißerendus à nobis erit.

CONTROVERSIAE ADVERSVS MODO PROPOSITA. CAP. V.

INterim non uni noſtram hanc opinionẽ implicant remoranturq; nodi, qui ſunt utique reſoluendi. Horum unus eſt naturalis hic, quod vitalis animalis ſpiritus extremam illam deleteriam cõuerſionem pati ut admittat ſubeatque nõ videtur. Porro repugnat uniuerſæ rei naturæ, ut e diametro non qualitates quidem ſolę, verũ tota ſubſtantia transmutetur. Sic enim quemadmodum ex ſumme benigna potuit reddi ſumme maligna, è conuerſo comparatis facultatibus, & aliis interuenientibus ad id rei præſtantibus poſſet rurſus è ſumme maligna fieri ſumme benigna, quando eadem eſt ratio. Has vero abſurditates quis ferat?

Verum tamen rogo te, ut expendas ea, quæ noſtra nobis ratio ſuggerit. Haud enim dicimus ſecundum unum idemque ſubiectum fieri transmutationem illã abſolutam. Verum ſententia noſtra eſt, quod is, qui viperæ vigor eſt à nobis deſcriptus, ſummus ſit naturæ noſtræ deſtructor: propterea quod vehementiſſime inſolens, & improportionalis. Quæ improportionis ratio, quæ inſolentia, quam magni momenti, quam incredibilis efficaciæ ad vitæ vires opprimendas, explicauimus in eo ſermone, qui modum enarrauit, quo viperæ venenum inficiat, perimatque.

Interim ad aliam difficultatem enodandam deuenio, & ad rationem explanandam, qua quidem in cerebri ſinu magis procreari, quam obtundi vim veneni ſuadetur. Quæ ratio ſcilicet illa eſt, quod nitroſæ pituitæ fermento delibutus ac tinctus ſuccus ille qui in cerebro generatur non alio ſane modo, quam amara bilis cum phlegmate craſſiore commixta cacoethia ſic comparata vel aucta malos ſerpentes parit.

Tertia Quęſtio eſt, qua ratione videtur ſpiritus huius tenuitas cõfirmari. Ac ne diſcedamus à propoſito genere veneni; ſi dipſadis virus expẽdamus; & hoc tũ craſsũ, tũ etiã tenue pernoſcemus. Craſſum quidẽ, quale confitentur ad unum omnes. Primus Lucianus in Dialogo de Dipſadib. qui ſitis implacabilis cauſam ſolam craſſitiem adſtruit veneni. Secũdus è noſtris Santes Ardoynus, qui Dipſadis naturam calidam ſiccam craſſam, ſymptomatum & affectionum, quæ demorſo aduenıunt omnium unam cauſam facit. Confitentur autem propterea, quod ſitis intenſę fomes, ſi conſtans, ſi contumax eſt, ut nullo vel remedio, vel tẽpore ſit placabilis, eius, inquam, pertinaciæ, ut niſi madefacias, vitam non ſuſtineat æger. Si hic largiſſime potet, diſrumpatur. Firmus igitur, & craſſus eſt veneni fomes. Tenuis vero videtur propterea, quod per cunctas particulas penitus peruadit, haſque omnes accendit.

De Aſpide iam habes: accipe nunc de Baſiliſco, qui quod viſu & ſibilatu interimit occurrẽtes animantes, fit utrumq; emiſſis ab utraque parte ſpiritibus, qui tenues utique ſua natura ſunt. At quo, quæſo te, pacto locorũ intercapedine non diſſipantur? Reſpondet docte Cęſalpinus in Lib. 3. Art. Med. Cap. 4. quod ſubſtantia prędıti ſint craſſa, ſub qua perpetuo ſubſunt deleteria omnia. Atque ita quidem ſe habent ſecundum naturam valentia. Cæterum videmus & in aliis præter naturam ſe habentibus, tenuitatem ſimul, & craſſitudinem, quas complexi iam ſumus, conſtare ſimul poſſe,

quando

quando craſſus lentuſque cum habitudine viſcoſa ſuccus idem & ſubtilis minime poteſt eſſe. Quod ſi nihilominus pertinaces nos in affirmando velimus eſſe, modum, & rationem, quaſi deſperatam requiret à nobis quiſpiam acutus diſputator exponendam. Verum nos, qui conſtanter ichoris ſubtilitatem profitemur, & non deſperatam aut impoſſibilem hanc rationem contendimus, & expoſitu facilem probabilemque ſpondemus, eo primum ſuppoſito, quod naturæ, quæ Dei digitus omnipotens eſt, atque ita etiam à pleriſque doctis vocata, in his præſertim rebus, & animantibus, quorum admirabilis architectatio eſt, quæ conſtare nequeunt, conſtantia; quanto igitur amplius in natura? Scribit Hieronymus Fracaſtorius in Lib. priore de Contag. C. 7. & Lib. 3. de Contagioſis Morbis Cap. 2. & 10. *Seminaria contagionis acrimoniam habentia in lentore quodam conſiſtere*. Item contagii materiam putrefactionem eſſe ſordidam, profundam, & bene permiſtam: cuius euaporatio peracris eſt, & acuta. Exemplo ſunt: Syphilis, Phthiſis, Peſtis, Lepra, Scabies, Lippitudo. Quas iam de contagio, contagioſiſque morbis adſcriptas conditiones; ideſt craſſitudinem, & acumen; eaſdem, & venenis profiteri non repugnantes quid vetat? Has enim, & in pleriſque natura conſtantibus reperiri nos obſeruauimus: primo quidem in ſulphure, quod craſſa, pinguique & acuta ſimul eſt ſubſtantia. Deinde in ſtibio, quod plumbum referens pondere, colore, tinctura, ſurdo percuſſu, atque aliis, nihilominus tam peracre eſt interne. Adhuc in alumine, Chalcantho, omne genus Auripigmento, Chryſocolla, nitro, ſale, atque aliis iſtorum quam plurimis. Peracria ſunt hæc, inquã, quod vigor, & acrimonia ſemper hiſce corporibus appareat ſubdita, non ſine extremo tenuitatis cum craſſamento complexu. Hæc e foſſilibus.

E ſtirpium autem genere pleraque diſſimilarium ſunt partium. Quarum plantarum, quæ ſimul has qua-

qualitates complectantur, ſunt hæ: Caphura, opium, aloe, ſcilla, cæpa, allium, cupreſſus, ſemen lini, fex vini: quin, & viſcum arboreum, quo quid craſſius? at idẽ acre, belleque digerens, atque ex alto attrahens eſt Galeno Lib. 6. Simplic. Deniq; tubera terræ, quæ Marcello Virgilio in 11. Dioſcorid. Cap. 134. terreſtri ſubſtantia concreſcere, & conſtare veteres nonnulli dixerunt, & extenuandi aliquam habere poteſtatem. Quam ob rem, & ad podagræ pituitam diſcutiendam cum fructu non modico uſum ſe perhibuit Alphonſus Ciccarellus Mauetanus in Libro ſuo de Tuberibus.

Hæc autem cum de ſimplicibus, & inanimis ſint exẽpla, iuſtius nunc, quæ ex compari ſunt animantiũ partiumque earum genere producam. Ex integris quidem horum corporibus araneus eſt unus, cuius cum craſſa ſaliua ſit, longe lateque ducendi reticuli materia tenuẽ leuemque habitum natura comparauit, ut volare per telam videatur, cum ſuſque deque fertur. Huiuſmodi, & ſcincus eſt, cuius in craſſo corpore ſpiritus plurimus, ſpiritus ſeminis in nobis remorantes promouet ſatyrio par. Quid de torpedine dicam? Cùi cum mucilagineum concrementum naturale multum ſit, ſpiritus tamen in longe diſſitas piſcatoris manus ſtuperaciendas e mari profundo diſpergit. Aliis hoc genus compluribus ſuperſedeo, & ad animantiũm partes deuenio.

Occurritur adverſarijs argumentis.

Qiid humido radicali dignius ampliuſue? Sed hoc pari craſſitudine, & tenuitate conſtat. Craſſum, inquam, id eſt pingue, quo pabulum exhibeat calido natiuo. Tenue vero, ut reſpondeat & viuidæ eiuſdem ſubſtantiæ. Quam ſcientiſſima rerum conſtruendarum natura glutinoſo, & lento corporis craſſamento etiam hærere voluit. Rurſus quid animali ſpiritu ſubtilius, expeditius, purius, abſolutius? Qui ex feruido, leuiſſimo, ac ferme æthereo eductus eſt ſpiritu vitali. At is tamen animalis ſpiritus in maſſæ frigidæ, hebetis, & fatuæ, quale cerebrum eſt, carcere conſtrictus latet. Spermatis itẽ

pro-

prolifici ſpiritus effectores ſtupidiſſimo, & inerti glandularum inuolucro, qui teſtes ſunt, cuſtodiuntur. Ipsũ autem in ſe ipſo frigido, & craſſo hæret concremento, quæ corporea eſt ſubſtantia; hæret, inquit, Fab. ab Aquapendente in Lib. de Formationi Oui,& Pulli Cap. 3. Pag. 57. *Quia in ſubſtantia calida ſi poſitum eſſet, facile digereretur diſſipareturque antequam ex ipſo animal corporaretur, id quod frigiditas prohibet*. Ad hæc oculorum ſpiritus, qui de terris in cælum perque omnes horizontis terminos uno ictus momento circumferuntur, humore plurimo pituitæ, qui tum aqueus exquiſite, tum mucilagineus, tum vitreus, tum craſſus, & denſus, immerſi variè fuerunt: unde & Plato aqueos iſtos bulbos exiſtimauit. Spiritus, qui formandis vocibus & locutioni ſeruit, linguæ humore coactus eſt; item qui pulmonem promouet inſenſili ſpongiformi corpore circumſeptus eſt.

Quæ cum de unis iiſdemque corporibus ſingulatim dicta ſint, oſtendemus etiamnum in diuerſis utramque qualitatem à natura coniunctã, prouida nimirum neceſſitatis & boni perfecti conſeruandi gratia. Neruus enim craſſus recipit ſpiritum tenuem; Arteria vitalem ſpiritum; Cor compage ſolida ſuum ſimilem ſpiritum, æthereumque calidum tuetur. Sic igitur ut natura facile reparabiles & diſſipabiles huius ichoris ſpiritus diu, & in longos penetrationis uſus conſeruare valeret; huic addidit & retinaculum ſiue obligaculum, quo non inconcinne cohiberetur ſpiritus liberrimi fuga. Quanto autem exactior viſa eſt ſubtilitas, & tenaciorem affixit parens ergaſtuli compagem: ſic ut ex aduerſo liceat etiam argumentari, quo maior fuerit iſta craſſamenti obductio ſuper ſpiritus tenuitatem; eo exquiſitiorem huius tenuitatem fuiſſe. Sic me iudice vipera quæ ingenii feruidi fera eſt, cum plurimam à natura retulerit habitus habitudinem, nihilominus in hac ipſa ſeruat nobilẽ animi vigorem. Nedum autem ipſa tota & integra; ſed

ut mirum in modum mireris etiamnum conciſa ſua quæcumque particula ſpiritus gaudet viuido conſortio. Sic autem vere gaudet viuido conſortio, ut diſcuſſi ſerpentibus oculi renaſcantur, itēq; reſectæ caudæ Ariſtotelis ac Plinii teſtimonio, ſed neq; dum conciſa vitalis eſt, ſed & mortua ſi rectè perſpicis. Nam, & cineres calorem noſtrum emortuum refouent, ita, ut recte dixeris hanc

Viuida per omnes modos vipera, etiam in cineribus.

------------ *vitam ſeruare ſepulchro.*

Atque adeo recte opinati ſunt Chymiſtæ, qui ſal fixum, & inſeparabile aſſignant rebus uniuerſis; adeo ſcilicet incredibiliter, & incomparabiliter viuifica per omnes modos eiuſdem & proprietas: quod maxime redarguit eos, qui frigidam viperæ naturam exiſtimant, ſpiritibus abunde fœtam inficiantes.

Difformis, & heterogenea vipera natura.

Iam vero quia difformes duas in vipera portiones obſeruauimus, nunc & compoſitionis huiuſce conſilium inueſtigemus.

Obtuſum eſt & hebes viperæ tegumētum eximia cōditoris prouidentia, magna finis neceſſitate. Quippe par erat viuacem beſtiolam non alia, quam craſſa viſcidaque habitus qualitate donari. Spiritus, enim fugaces & volatiles natura utpote aerei igneique à tenuis habitus complexu facile ſeceſſiſſent, longæuitatemque nullam animanti præbuiſſent. Quapropter prouida natura tenacem illum lentorem carnium farcturæ conſulto ſubdidit: quemadmodum auolantes auiculas viſco ſolet venator comprehendere, ac retinere. Quo craſſamento viperæ iam formæ indito fieri non potuit; quin & conſonæ conditiones fuerint continuo conſequutæ, hoc eſt tarditas, hebetatio, torporque aliquis: quæ tamen inuolucra atque obſepimenta tanti non ſūt, ut ſua non agnoſcant munera ſpiritus, ſuumque vigorem, ubi res feret, prodant. Singulari ſunt hæc exemplo expreſſa Virgilii 6. Aeneidos carminibus, quibus ni plauſeris, ſtipes ſis lector.

Ad formam viperæ craſſiorē acceſſere & eius modi qualitates

Virgilii ſuffragio.

Igneus eſt ollis vigor & cæleſtis origo.

Semi-

Seminibus quantum non noxia corpora tardant,
Terrenique hebetant artus, moribundaque membra.

Ita oſtendimus ſpirituoſiorem feruidioremque quã apparet, eſſe viperæ naturam, ſubtilem in craſſo corpore ſpiritum, maſculum virtute liquorem, qui principibus de viſceribus ad caput, & os meat.

Pyroticus vigor non teterrimum virus, infectura vipera.

Quamobrem longe falſus videtur Andreas Libauius, qui Lib. Alchymiæ Pharmaceuticæ Cap. 7. profeſſus eſt, ſi ratione quapiam ad vitale principium, & ad ſuos fontes relaberetur quandoque viroſum ſegmentum, fieret ſic, ut deleteria ſuo animanti foret. Quemadmodum ſi abſtracta per artem virulentia de ſucco veratri, rurſus quaſi poſtliminio ſub eodem corpore referretur: erraſſe item & alio nomine Libauius eam rem opinatus apparet, quia ſi diligenter aduerteris & viroſũ liquorem re ipſa ſub ventriculum animantis, neceſſum eſt plerunque deſcendere, poſtea quam videlicet dentibus maximam venationem ſuã ideſt auiculã, lacertã, aut murem tuuderit. Sub qua opera conficitur, ut veſiculæ dentiũ inuolucra dirumpantur, quibus diruptis ſaliuare virus cum eſca commiſcetur ſtomachum infectura, atque adeo morte multatura, ſi verum foret, quod arbitratus & commentus eſt Libauius. Quod ſi noſtrę adhæſeris opinioni, difficile nõ experieris, & quod nil noxium futurum ſit productori ſuo recrementum, & quod uſui ſit fermentandi chyli materiã & conficiendi, quam rem ante plenius enodauimus. Falſi quoque videntur hi, qui recrementum hoc liquido cenſuerunt, feciſſeque ex vulgi opinione Cornelius Celſus apparet, qui Lib. v. ſuæ Medicinæ Cap. 27. necnon Galenus qui Lib. de inæquali intemp. ſaliuam hanc nominauit: nos vero qui infecturæ nomine inſigniuimus, nobiliorẽ & cunctis uſibus congruentem appellationem impoſuiſſe videbimur his, qui recte iudicare norint.

Autoris proteſtatio de nominis uſu.

His ſic ante propoſitis, eſt nunc mihi proteſtandum, quoties hoc ego venenum appello, non id ex mea ſen-

tentia, verum vulgato more uſum ſic appellare. Quãquam etiam reuera definitore Galeno venenum id omne eſt, quod alimenti, & medicamenti naturas prætergreſſum, viuentis calorem natiuum corrumpit. Item. ſi quando ſaliuam cum Cornelio Celſo, vel ſaniem cum Plinio; ichorem cum Græcis, liquorem, humorē, ſuccum pro libitu noſtro, ſed frequentiſſime infecturam, minus quam par eſt digna voce vocarim. Id exemplo, auctoritate, uſu, verborum penuria coactum, ac pertractum feciſſe: mea certe mens ubique, meaque ſententia fuit, viperinum hunc ſuccum & dignitate nobiliſſimum, & uſu præſtantiſſimum eſſe ſub vipera.

Sebaſtiani Baſſonis opinio recitata trimū, mox cõſutata.

His ſic conſtantibus, non eſt quod quiſpiam ex me, qui cætera ad veneni pertractationem attinentia tradiderim, expetat aut exſpectet eiuſdem generandi rationem. Hæc porro communis atque eadem eſt, qui ſpiritus anguini procreandi modus. A qua quidē idea, à qua philoſophandi forma, quum longe diſceſſerit Sebaſtianus Baſſon profeſſor homo Gallus in operis de Natura Lib. de Actione Intentione 1. Artic. 4. & deinceps in aliis; huius nos opinionem non debemus aut diſſimulare, aut indiſcuſſam relinquere, quin, quoniam à noſtro diſcrepat ſenſu, ſi valeamus hanc confutare, & preterea maxime quod eo fundamento innititur, ea hypotheſi: quod ſerpentis, ut ipſe ait, frigiditas ſit manifeſta: adeo inquam, manifeſta, ut hanc primordio exuerint & ablegarint à diſputationibus noſtris ſerpentes. Sed præſtat, quæ doctus homo propoſuerit audire, etiamſi longiuſculo ſermone deſcripta. Sunt autem

Vipera frigida.

Senecta vipera ut exuatur ut noua cutis reparetur ut ſit hus adeo medici uſui.

hæc. Porrò ſerpentis frigiditas eſt manifeſta, quæ, ut de adipis auri, cæterorumque mineralium creatione diximus, ſpiritus tenuiſſimos erumpentes coercet ſub cutem, ubi nouam conſtruit, adeò, ut facilè vetus exuatur, quæ quoniam ex eiuſmodi ſpiritibus etiam ex parte contexta eſt, ſic diſpoſita non paruam virtutem retinet.

Iam,

Iam, ut cauſam cur venenum habeat ſerpens indipiſcamur, ea duplex eſt. Pluribus enim rebus pretioſiſſimis excrementum letale cognatum eſt, quod & ſerpenti conuenit: hęc eſt prima. Et quæ ſunt optima talia non euadunt ſine exquiſita purgatione. Hæc eſt ſecunda, ſed expoſitione hoc poſtremum indiget. Vnde inquam hæc accurata noxiorum expulſio tale venenum procreat; videtur potius contrarium. Ex pellis igitur frigiditate, & natura talem excretionem repellente, dum omnis illa colluuies amandatur antrorſum, qua pori, ac via magis patent, fit quod in alio quouis animali contingeret. Quin finge, quæ in homine ſunt noxia, quæque per totum corpus diſperſa ſunt, ac per cutem, reliquoſque meatus exeunt, in unum locum coire, diutius paulatim coqui. Quid futurum ſperas, ubi maligni illi ſpiritus in unum congregati, lentoque calore adiuti maiora impedimenta per concoctionem exegerint: ſi humores excrementitii, dum egeri nequeunt, putreſcentes, faceſſunt in virus, quod hic noxiorum omnium ex omnibus partibus in unum confluxus. Ergo iam habes, quomodo in ſerpente maligna per totum corpus diſgregata, atque inde liberè per cutem quaquauerſum exeuntia nullum ſui ſenſum præbuiſſet: dum in os veluti in ſentinam collecta, non aliã, quam per dentes viam moliuntur, veneni vim ibi acquirant. Qui enim maligni vapores per cutem expirare nequeunt, dum laxiores, qui in anteriora ducunt, poros ſequuntur, extremò dentium, maxillarum, aliorumque oſſium veluti ſepto cohibiti quieſcunt, donec ira exæſtuante exciti per dentes eiiciuntur, quod à ſerpente morſi experiuntur.

Precioſiſſimis quibuſq; rebus excrementum eſt letale cognatum.

Optima nõ redduntur unquã corpora rei per purgationem.

Venenum viperæ quo pacto procreatur.

In homine facilè coaleſceret veneni forma, ſi cogeretur in unũ mala eius quæcunq; materia.

Argumenti auxeſis una.

Argumenti auxeſis ſecunda.

Dictorum complexio, & à contrario perſuaſio.

A deſtinatis, & connexis, quæ via ſunt, & terminus, confirmatio.

Hæc illius viri fuit opinio, quam nos, quia cognoſcimus à vero longe aberrare; rationes eius rei producemus non nullas; ſi primo carptim repetiuerimus theſes eius potiſſimas, & capita ſumma, quę ſunt frigus efficiens, vapores materia generandi veneni. Alias ſpiri-

tus exuuii conſtructores, & expulſores, alias balſamū. Generationem veneni fieri per vim frigoris anguis natiui comprimentis materias venenoſas, & de corpore uniuerſo perpurgantis non extrorſum, ſed amandantis ad caput, & ad dentes: aduerſus quæ omnia audi ſi quę natura valeant ſic obiecta.

Frigidum ſerpentis corpus quo pacto ſpiritus tenuiſſimos creet? Qui ſpiritus cum cohiberi ſub cute dicantur. Auctorem quæſo quomodo cuticulę nouos amictus elaborent, veteres exuuias propellāt, à quibus interrogo rurſus ut partim ſpiritus conſederint concreti, partim auolarint; vel ſi recurrerint compreſſi frigido, quæ, aut qualis iſta varietas, ſeu loci, ſeu materiæ, ſeu effectoris? cum venenum comparetur expurgatione malæ portionis à bona. Perpurgationem iſtam rogo, quis effector paret? frigiditas repellendo per accidens virtus haud ſatis eſt. Calida verò, & efficax Baſſoni nulla eſt. Quis igitur perpurgator? Porro frigidum, nedum non expurgat, verum hebetudinis, & craſſitiei vi comprimit, & compingit, compingit, inquam, eo planius, quod arbitratori noſtro noua generationis huius materia ſunt vapores, qui non ſic facile digeruntur in vias exteriores, ac poros, ut ipſe contendit; verum denſantur appetente frigore per omnes vulgo philoſophos. Adde maximum momentum, quod opinatori noſtro purgatio hæc, & propulſio accurata, atque exquiſita eſſe debet. Quo mihi loco conſidera, cerebro per catarrhos non tam frigore pituitam expurgari comprimendo, quam calore ſecernendo. Præterea frigus ignauum ut ad caput ſuperfluitates propellat, & ad anteriora dumtaxat? Reſpondebit, viæ per ſe patent. At quomodo patulæ ſunt per frigus præſens, quod ſemper debet cogere, non laxare, vel laxa cōſeruare? Quo itē pacto dentes, & oſſa uno ſemper modo, & peruii, ad continendū parati conſtent, non ad permittendum deſcēdentiū prolapsū. Quoniā autem oſtendi, non tantū

in

in caput, ſed & in vias inferiores fieri poſſe propulſus; quid in caput ſolum, vel ut ad ſentinam directa ſit hæc materia? Quiſque aut qualis hic abuſus nulla hæc natura dirigente? quę ſi dirigat, tamen hęc utiq; calor, & calida vis erit. Inſuper ut frigidus potius, quam calidus ſit hic ſecernendi opifex? Quinimmo ſatius id præſtabit calor: quo ego auctore dixiſſem, uti nunc dico, ſubeundam, & perficiendam eſſe ſecretionem. Præterea refert hanc operam, & alias complures ad balſami vini, verum hæc cum frigidi nihil participet, ſic contradicit ſibi ipſi Baſſon. Contradicit, & alias ſibi, quod balſamum hoc eodem capite ſpiritum dixit igneum, ſed frigido ritè temperatum, principium in ſerpente motus, qui, inquam, ſi principium eſt uniuſcuiuslibet in ſerpente motus; quid hanc ſibi iniuriam præſenti, & informanti fieri patiatur? aut patiatur hanc ſibi facultatem à frigido præripi? aut quomodo frigida hæc anguis intemperatura prædominetur præ balſami eiuſdem æqua temperatura? Itemque quid illud eſt, quod igneum ſpiritum in ſerpente ponit Philoſophator noſter, mox verbi ſuæque ſuppoſitionis oblitus, cæteram de frigido repulſu proſequitur argumentationem, conſtans in his principiis, quæ ſupra retuli, ſed vanis ſemper principiis & argumentis. Adeo quidem vanis & caſſis, ut non perſentiat, ſi exacta hæc extet veneni ſecretio ſummo naturę ſtudio facta: confeſtim attactum vel guſtatum idem virus ſit hominem infecturum & confecturũ: quod nos mortale malum oſtendimus experimento non euenire. Quamquam hoc experimentum & hoc arcanum naturę miraculum ante nos ad hanc uſque horam omnes obſeruatores latuit.

Hæc & alia perplura diſſertationis Baſſonicæ vitia, ſi per eandem, qua ipſe utitur, philoſophandi libertatẽ licet, facile pernoſcet ſincerus atque oculatus iudex, qualem ego tota hac in re appello.

DE RATIONE, MODOQVE QVO VIPERAE LIQVOR INFICIT PERIMITQVE VIVENTIA. CAP. VI.

§. I. *De Spiritus venenati energia, & ad diuerſa corpora inæquali ſua vi.*

De facili promptoque philoſophantium noſtrorum ad occultas cauſas confugio.

QVotusquiſque eſt hodierna die, qui de venenis quibuſque philoſophetur, cauſaſque problematum edilſerat, illud habet continuo ſolemne, formam occultam, & ineffabilem agendi rationem prætexere. Quæ ſanè res confugium videtur inertium, & eorum omnium, qui ſuam ignorantiam nutrire libenter volunt: mihi iam in hoc loco, quo referenda cauſa eſt, unde viperæ ſaliua inficiat, conficiatque, eſt animus citra cauſarũ occultarum ambages exponere, veneni facultatẽ, agendique modum, ſic probabilem mea ſententia, ut unicuique cordato viro ſit approbanda. Si prius tamen internoſcendæ ſententiæ potioris ratio philoſophantium communis breuibus exponatur, qua perimat omne venenum. Quod facile reor inuentum iri, ſi methodo procedamus reſolutiua, quæ eſt ab effectu ad cauſas. Effectus quidem veneni mors. Hæc autem ut Ariſtoteli placet Libro de Vita & Morte, nihil aliud eſt quam caloris conſumptio, vel extinctio. Conſumitur autem atque extinguitur calor, vel à ſe ipſo vel à contrario. A ſeipſo quidem quoniam calor aſſidue depaſcens humidum cui innititur, illud tandem abſumit, quo abſumto is ſimul & vita concidit. Ita quidem accidit in animantibus lenta exſiccatione ac tabe ſeneſcentibus. Extinguitur vero calor a contrario, cum ab eodem quaſi iugulatur atque opprimitur, quemadmodum homo debilis à robuſto. Cum igitur utro-

utroque modo accidat oriri mortem quamcumq;, perſpicuum eſt, non perimere exiccatione venena, quia mors ita naturalis, & ſine dolore eſt. ergo potius oppreſſione ac iugulatione. Verũ dices, adhuc deſiderari quomodo fiat eiuſmodi iugulatio. Reſpondeo quidem eadem methodo. Iugulatur calor, cum amittit naturales illas conditiones, quibus manebat incolumis, quę ſunt hæ. Prima quæ propriè ſpectat ad eiuſdem eſſentiam, ſiue formam, qua manente incolumis eſt.

Secunda ſpectat ad eiuſdem quantitatem, ut tanta ſcilicet ſit ipſius menſura, quanta ſufficere poſſit vitæ muneribus obeundis.

Tertia pertinet ad qualitatem, ut ſit videlicet purus & mundus idem calor, non fęculentus, neque aquoſus. Etenim utrumque vitium opprimit, ſicut in ellychnio patet.

Quarta pertinet ad actionem eiuſdem perennem, nimirum, ut non offendatur neque intercipiatur eiuſdem motus, qui eſt ſurſum, atq; deorſum: ſurſum quidẽ ad fuligines expellendas, deorſum vero ad attrahendum alimentum. Si enim alter uter iſtorum motus, vel uterque tantiſper comprimatur, Galeno autore in Lib. de Maraſmo, ſubinde concidit animal.

Collige nunc ſummam, ac diuiſione facta venenorũ, quod alia agunt a proprietate, alia proprietate ſimul & qualitatibus manifeſtis, dic, ſi agunt à proprietate ſic prædominantia calori noſtro, illum euertunt, & motum adimunt, vel agunt à qualitate manifeſta, & hęc ut calida vel frigida, quæ utraque caloris copiam imminuunt, vel ſunt tetris fęcibus coinquinata, & ſic eundem conſpurcant & ſuffocant. Tot igitur modi ſunt, quibus venena perimendi vim habent. Redeo nunc ad inſtitutum.

Eſto autem mihi ad eam rem indubitabile ſubditum hocce principium. Natura comparatum eſt, ut quidquid eſt nobilitate dignius, & ſuperius perpetuò præualeat

Nobilius natura dominatur ignobiliori.

ualcat

ualeat, ac dominetur obſcuriori, atque inferiori. Hoc latè diſſertum eſt, & luculente monſtratum ab Ambroſio Leone in Commentario de Nobilitate. Quę res, quæue præſtantia, cũ tota rerum uniuerſitate, fuſa ſit, in elemẽtis eſt planè apertiſſima. quippe ignis ὑπεργάτατος ſubiecta omnia inferiora elementa ſummis ſuis viribus ampliter obtinet, & abſumit. Quod enucleate monſtrauit Ariſt. in Lib. Meteorm Quarto, ſeu qui eſt de Miſtis perfectis. Quo circa celebris eſt confeſſio, ſi igni ſupponeretur infinitum combuſtibile, in infinitũ pariter abiturã eiuſdem ambuſtioné. Itaq; & terra, quod ſolidiſſimum eſt inferiorum omniũ elementorũ, itemq; aqua, quæ tota ſubſtantia pugnat cum igni, voratorem hunc ſentient, ac deſtructorem; nedum aer, qui leuiore, ac paratiore ad immutandum ſubſtantia facile cedit igni. Iam autem quemadmodum à nobis illud vere ſtatutum eſt de igne, ſic & de igni analogis (πυρετικὰ Græci dixere) quapropter, & ab his, quæ aquæ, & quæ terræ reſpondent, ſimiliter vincentur imbecilliore ſua natura: præſertim autem vincentur, quæ ſubſtantia ſunt tenuiore. Quæ pugna, atque victoria ſi conſtat in genera diuerſa: ea etiam, quę eſt aduerſus eiuſdem generis corpora, itemque conſtabit. Pyrotica, inquam, aduerſus pyrotica inferiora, aut debiliora.

Analoga ſuis principiis reſpondent.

His igitur principio ſic propoſitis, reuocandũ in memoriam eſt illud unum ante definitorum, quod viperæ noſtræ liquor pyroticus eſt, nempè ſulphureus, & arſenicalis reſpondẽs profectò naturæ viperæ, quæ ſulphurea viſa eſt, & arſenicalis. Hæc iam credo, ſatis patuere. Iam igitur cum ex nobis reſcire volet quiſpiam ecquo pacto deperit offenſus homo viperæ morſu, aut quo modo ſanies per morſum inflicta ad mortem officit. Officit inquam. Quod ſpiritus ſaliua conditus, ac deuectus vitalem occurrentem noſtrum ſpiritum vincit. Vincit autem, quia πυρετικώτερος, urentiorque viperinus

Viperæ ſanies pyrotica quippe quæ ſulphurea & arſenicalis.

perinus; ſubmiſſior, tepidiorque noſter aut mitium animantium aliarum. Sic vipera per viperam demorſa nil afficitur. Atque illud eſt quod Plinius alicubi propoſuit dicens, *ſerpentium morſus non petit ſerpentes*. Planius autem id approbauit Galenus in Libro de inęquali Intemp. ac ne caprimulgus item, neſciuerim autem an rubetam ranam, & marinum leporem, ac peregrinos nobis angues morſu peremerit vipera. Fortaſſis, & venenatas paruas beſtiolas, & inſecta peremerit. Propterea quod enectũ à vipera ſcorpionem, quemadmodum pariter hunc ab illo, perhibuit Gaſpar Volfius apud Conradum Tigurinum in Sermone de Serpentibus generali. Quod fit ſcilicet quia remiſſior iſtorum vigor, & ſpiritus eſt, illius valentior. Quod enim canis rabioſus ab altero rabioſo cane quicquã nõ afficitur, Ferrandus Ponzettus Lib. 3. de Venen. Cap. 20. cauſam adſtruxit, quod vires utrorumque ſint æquę. Hactenus vipera, vel alios vi venenandi ſuperat, vel non ſuperatur. Cęterum ſuperatur a paruo Araneo ſuperatur & ab Aquila, quæ poſtquam extracta de viſceribus viperæ venena decerpſerit, ad hæc ſuctu faucium deuorare virus quod inerat, & extinguere calore decocto audet: quæ verba ſunt Plinii. Audi autem quanta volucris hæc cũ fiducia ſerpentem inuolarit, Virgilio XI. Aeneidos hæc canente:

Vtque volans alte raptum cum fulua Draconem
Fert Aquila, implicuitque pedes, atque unguibus hæſit;
Saucius, at ſerpens ſinuoſa volumina verſat,
Arrectiſque horret ſquamis, & ſibilat ore:
Arduus inſurgens, illa haud minus urget adunco,
Luctantem roſtro ſimul aera verberat alis.

Ita crediderim quoque viperæ virus atteri per ceruos orcaden, elephantum, lacertam, ophimachum, ibin, ciconiã, & ſi qui ſunt oppugnatores huius ordinis alii. Inter uniuerſas autem animantes cum valentiſſimus cuiuſpiam thirias eſt vigor, hic omnes omnium ſpiritus ſi-

bi ipſi ſubiicit, ac necat. Vnus hic & ſingularis Baſiliſcus eſt immortalis propterea ſignificatus Aegyptiis, ac ſingulariter Reguli nomine inſignitus, ut aduertit Horus Apoll. in Hieroglyphicis. De cuius ſumma præſtantia Nicander in Theriacis cecinit hæc.

Illius auditos expectant nulla ſucurros
Quantumuis magnas ſinuent animantia ſpiras
Quando vel in paſtum, vel opaca deuia ſyluæ,
Irriguoſque locos media ſub luce diei
Excandeſcentes ſuccenſa furore feruntur:
Sed turpi conuerſa fuga dant terga retrorſum.

Ita vides è ſpiritus maiore, vel minore præſtantia ſuccedere victoriam. Nec porrò difficile fuerit hanc ſeu victoriam, ſeu diſpoſitionis actum mente concipere, ſi vocaueris in memoriam id, quod prodidit alioquin Galenus Libro de Theriaca ad Piſonem Cap. 17. de Puero, cui ſpiritus uſu Theriacæ breui ſunt etiam cum vita diſſoluti, vel ſi volueris cum Thoma Campanella nouo noſtro Timæo Philoſophari, qui Lib. 6. medicinal. Lib. 2. Part. profeſſus eſt viperæ veneno ſuam in naturam ſeminali quadam ratione conuerti, & transmutari natiuã, temperiẽ, non ſecus, ac grano frumenti terram in herbam, ac ſpicam.

Argumento materiali res oſtenſa.

Ad hæc autem præter Principum virorum auctoritatem facile rem conceperis, ſi animo propoſueris, geſtato per domus conclaue prunario ardente ahena, aerem omnem, quicumque circulatus obiicitur accẽdi, igneamque naturam ſubire, ſuamque amittere iam diſſipatam, atque deſtructã. Sic porrò ſe ipſum ampliare, ac propagare unaquæq; facultas quærit. Quærit autem & ſe propagare veneni facultas. Quæ ſententia non ſic quidem noua, nec mea ſolius eſt, ut non fuerit etiam

Fracaſtorius aſtipulatur.

Hieronymi Fracaſtorii ſcrutatoris naturæ profundiſſimi, Libro de Contagione 12. Cap. 17., non miratur, quod pernicioſa cauſa ſic in animal citiſſime penetret, idemque paucis poſt horis perdat: potiſſimum, ſi ad

ſpiritus analoga ſit. quare & cor impetere, arcemque eius expugnare valebit, præſertim quando eodem authore in Lib. eodem Cap. 11. venenorum maxima pars ſpiritali qualitate interficit. Quinimmo limatiſſimo Andreæ Bacc. iudicio in Lib. de Venenis, quibus venena ſæuiant modis Par. 12. eſt unicuique veneno ad ſpiritus analogia: ita ut ab ipſorum ſingulis ſpiritus opprimatur: quippe ſpiritus quidam, aut tenuis humiditas eſt id, quod fere beſtiæ eiaculantur, vel ipſius Galeni ſuffragio in Lib. 6. de Locis affect. Cap. 5. Atque inde fit mea quidem opinione, quod ingeſta caro viperina viperarum ſtomacho lethalis eſt: ſi modo hypotheſis vera ſit: Nimirum quod exploſo veneno, quod fere ſpiritus, & vigor eſt, hoc percunte animal perit. Acceſſit ad meam quoque ſententiam Ambr. Leo Nolanus Prob. 321. per hæc ſerpentum demordentiũ bilis eſt calidiſſima & ſubtiliſſima, quę ſic cito intrat corporis meatus inque eis corrumpit quas inuenit humiditates, vertitque in vapores craſſos ac venenoſos. unde membrũ enim intumeſcere neceſſum eſt. Signũ namque ſuccurrentes eiuſmodi morſis duos treſue deinceps locos, qui ſuperiores percuſſo membro, ſunt arctiſſime ligant, atque frigidis rebus cum aceto miſtis eoſdem liniunt, ut & itinera veneno penetranti præcludant & inſanam caliditatem extinguant, veluti qui percutiuntur ab apibus vel veſpis.

Maxima pars venenorũ ſpiritali qualitate perimit.

Viperina viperis caro deuorata vitam excutit.

Venenum vero canis rabibi bilis atra eſt, quæ ſpiritus adſtringit atque exſiccat, refrigeratq; immedicabiliter. Sed & Prob. 320. Quare morſus omnis maxime ſerpẽtis eſt venenoſus, ait, an quod omne mordens ira affectũ mordet? In irato vero animali bilis ſubtiliſſima in totũ corpus diffunditur. Quamobrem pars illa bilis, quã circa dentes eſſe contingit, in morſu ipſo relinquitur. quę quo potentior eſt, eo magis ac citius contactum corrumpit vertitque in naturam ſuam, atque ita ſe auget, ut ignis urendo creſcit: quæ munera ſolius veneni eſſe

Tt 2 cre-

creduntur. Serpentum autem bilis cum ſit acutiſſima, fit ut eorum morſus maxime venenoſus ſentiatur. Signum fel enim ſerpentium maxime letale, &c. de bile atra canum immedicabiliter arefaciente &c.

Verum reuertor ad vim pyroticam viperini veneni. Cui noſtræ opinioni aut huius oſtenſioni in Cap. XI. in quo pleraque tradidit de Singulari eucraſeos antipharmaca virtute ſcripta reliquit hæc. Cognoſcitur viperæ venenum à qualitatibus vincere, quia optima corporis conſtitutio poteſt venenũ ſuperare ſi vincit. vincit per qualitates, non vincit tota ſubſtantia. Si quis non acquieſcat, eſt & Andreas Cęſalpinus ſcriptor acutiſſimus, qui in Lib. I. Quæſt. Medicin. Cap. poſtremo fusè monſtrauit, quod venena non occulta, quæ iam inoleuit forma, verum qualitatum primarum exceſſu perimunt. Quam ſententiam Andreas quoque Baccius animo non illibenti videtur amplexus in Prolegomenis de Venen. Cap. de Differentiis Pag. 8. & multo planius Capite de Venenorum ex morſibus animantium ſęuitia Part. 13. cuius loci concepta verba ſunt hæc: Deinde ex parte agentis, quia illata venena actualem habent illius animantis calorem, qui tamquam ab ancipiti gladio ſuo veneni vim eiaculatur in ſpiritus patientis, impellitque ad intimas cordis ſedes. Quibus viris aliquãto prior Hieronymus Cardanus in Lib. 9. de Subtil. ſerpentium vim veneficam ad immodicam ſui ſiccitatem retulit, profeſſus conceptis verbis hæc: Venenum aut eſt immodica ſiccitas, aut cum immodica ſiccitate coniunctum. Acceſſit & ad horum ſententiam adhuc ſeculo prior Ferdin. Ponzettus Cardinalis in Lib. I. de Venenis Cap 7. quod inſcriptum eſt: An expediat ponere proprietates occultas. Lege autem, quæ propoſuit eod. Lib. Cap. 12. Ita quidem illi. Verum me deſipientem, quid non Principes viros appellaui, primum Galenum, qui Lib. 3. de Temper. Cap. 4. vim venenorum dixit uniuerſam ſubſtantiam, & temperiem. Idem quo-

Grauiſſ. aliorum ſcriptorũ teſtimoniis cõfirmata noſtra ſententia.

quoque viſus eſt ſentire Galenus Comm. 2. in primum prorrheticorum profeſſus, nihil aut parum differre tria hæc: venenum ſerpentum, venenatorũ peſtis, & quod gignitur in corporibus noſtris. Item venenis pernicioſarum ferarum æquiparat humorem in aliqua corporis noſtri particula epilepſiæ promotorem Lib. 3. de Locis Affectis Cap. 7. & Lib. 5. eiuſdem operis Cap. 7. pariter: itemque veneno epoto, ſic citra venenum corrumpi ſępè humores, quod & repetitum decretum eſt Lib. de Diſſolutione continui Cap. 19. & Lib. de Spermate C. 3. Qui duo poſtremi, & Galenici Libri habentur. Quorum omnium locorum, haud dignitate poſtremus is eſt, qui legitur Cap. 1. Lib. de Cibis boni maliue ſucci monſtrans, *ὡς ἀγνοῆσαι πηλίκον ἐστὶ κακὸν ἐκτραπῆναι τοὺς ἐν τῷ σώματι χυμοὺς εἰς φαρμακώδεις ποιότητας*: *quam facile ſit cognoſci, quantum inſit in eo mali, ſi contenti in corpore humores in medicamentoſas qualitates degenerent*. Quæ Græca Galeni verba eo produxi libentius, ut corrigatur amice conuerſio Iulii Alexandrini, qui *φαρμακώδεις* medicamentoſas interpretatus eſt, quas venenoſas dicere debuerat Latine, quoniam *φάρμακον* apud Græcos promiſcuo alioquin, ideſt tum boni tum mali ſignificato, ſub mali, ſi quis rectè ſentiat, ſenſu Galenus accepit. At qui vero his, quæ conflantur intra nos venenis, quis veneficam à tota ſubſtantia facultatem appingat; non à manifeſtis qualitatibus malignitatem, & vim? Quo ſpectans fortaſſe Plinius profeſſus eſt alicubi venenum, quod ſerpentibus attribuimus, fel eſſe.

Correcta Iulii Alexandrini ex Galeno conuerſio.

Sunt hæc noui noſtri placiti firmamenta, ſunt hæc doctorum hominum ſuffragia, quibus nihil aptius, nil cumulatius eſſe queat.

AMBIGVITATIBVS, QVAE PLACITO NOSTRO ADVERSANTVR, FIT SATIS. CAP. VII.

EX aduerſo nunc ſcirpi quidam, ideſt problemata, quæ quidem huic doctrinę inficias, aut ſuſpectam fidem, aut labem quandoq; ſint paritura, deinceps ſunt exſoluenda. Ex his una eſt ambiguita, qua quæritur, quid tantum opis, ac beneficii conferant antidoti, quidue homini tuendo præſtent per nos oblatæ? Porro tantæ veneni exuperantiæ tam multæ diritati quod plenè reluctetur, vel quod laboranti naturæ adminiculetur, dixeris non eſſe. Cui quidem difficultati præter ea multa, quæ in ſermone duplici, & de problematis venenorum, & de Theriace ſumus propoſituri, ſic occurſum volumus in præſenti. Veneni quidem vi, & inſolentiæ duplicem obſiſtendi rationem eſſe; tum qua venenum ipſum obtundatur, diſſipetur, eluatur; tum qua natura noſtra, & virtus vitalis adiuuetur. Priorem quidem partem exequuti ſunt ſatis ante nos profeſſores omnes, præcipuè Bartholomæus Maranta, qui Cap. 3. Lib. de Theriaca propugnationem huius perſcrutatus eſt. Itemq; Iul. Cęſ. Scaliger & alii plerique, quorũ nos ſententias qua de Theriaca recitabimus. Dilatâ igitur hac in alium locum quæſtionem, Maiori mihi curæ, potiori uſui nunc eſt antidoti auxilium, ac beneficium, quod inueniendum eſt, è confirmandis, augendiſque ſpiritibus, qui, vel vim aduerſarii ſuſtinere, vel depellere queant. Quoniam igitur aduerſarii ſpiritus vis timetur, qui peracris, & acutus plurimum eſt; contra naturalis, ut præſtet, præualeatque repugnando, confertus denſus, & craſſus quam maxime ſit oportet. Confertus, inquam, & denſus, quo minus ab inſultore ſe debella-

ri ſinat; craſſitudine vero firmus, quo acumen impetentis impediat, remoreturque ad præcordia tranſcurrentem. Eiuſmodi equidem mente concipio ſpiritus, qui pro calore noſtro vitali, proque corde depugnent aduerſus lethalem viperæ infecturam; atque eæ ſunt ſuppetiæ, quas antidoti viperinæ natura comparatæ ſunt offerre noſtra nobis ſuaſione, tum veneni vim infringentes, tum ſpiritum noſtrum natiuum vegetiorem, ac valentiorem ad colluctandum reddentes. Quamquam, & illud quoque commodum præſtant viperinæ carnes, ſiue per ſe, ſiue antidotis immiſtæ, quod craſſitudinem præpinguem, quam ad remorandam infecturam requiri dixis, hanc veluti mutuo refundunt continuo ſpiritibus noſtris, quas alioqui carnes, ne dum craſſas, ſed & ſolidas, cognouit Iacobus Greuinus Libro de Venenis. Inde autem fortaſſe fit, quod qui ſerpentium carnes eſitauerit percuſſus ab his, vacabit morſus, & mortis diſcriminibus, ut plerique perhibuere nec non, qui iecur anguis deuorauerit, impune morſum huius incurret, ut memorię prodidit Plinius in Libro 19. Cap. 4. Plutarchus in Libro de Loquacitate, & Diodorus Siculus in Lib. Bibliotheces 9. Omnibus autē modis videris craſſitudinis vi potiſſimum repelli venenum. Sic teſtis eſt Ariſt. in 5. de Animal. gener. ſues ſola pinguedinis obſiſtentia morſibus venenatis haud eſſe obnoxios. Quam noſtram rationem ſi reputaſſet animo Hieronymus Cardanus, haud hercle contra experimentum, & fortaſſe etiam contra rationem Lib. Subtilitatum 9. profeſſus fuiſſet, viperis iam exanimis peſtiferam energiam ſeruari, ſuaſus ab eo, quod huius expertes nequicquam conferrent eædem. Atque conferunt, inquam, abundè multa quæ dixi, facta ſpirituum accenſione, quam certè rem ſpeculati Pythagorici voluerunt, exceptis aure auida Muſicis ſymphoniis, malè habentes ex veneno liberari. Quod primus aduertit

Craſſa ac ſolida carnes viperina.

Viperis mortuis ſeruari cū veneni Cardano.

Theo-

Theophraſtus, ut eſt apud Agelliũ, mox Cœlius Rhodiginus Lib. 6. Lect. Antiq. Cap. 13. qui hoc ab experto fatetur. & Alexander ab Alexandro Lib. 11. Genial. dier. 17. Siquidem à Tarantula Apula, ideſt Phalangio percuſſos haud aliter ex ancipiti morbo conualeſcere videmus, quam ſi tibicen, aut cythariſta iuxta eos diuerſos modos incinat, ut pro veneni qualitate, ita harmonia, & audiendi illecebra capti venenũ illud, vel ex intimo corpore dilapſum effundant, aut ſenſim hoc per venas diffuſum dilabatur. Quo iuſtè iã ab Epiphanio Ferdinando exſibilatus apparet Hieronymus Mercurialis, qui, quæ tanta viri fuit audacia, Libro 2. de Venenis. Cap. 3. Diuinum hominem Theophraſtum tamquam præclarum tot ſapientum virorum chorum falſi damnauit, qui curatum muſica energia viperæ venenum affirmauere. Illud enim qua vi, vel via fiat, præterquam una ſpiritus humani roboratione, qui ſic auctus, & potior factus aduenientem hoſpitem quẽcumque, hoc eſt Phalangiæum, & vipereum ſpiritum inſultantem valeat eludere. Hoc quoque fouendorũ, & cumulandorum ſpirituum vitalium ſtudio commendatiſſimus eſt meri potus. Quod quidem quam generoſum eſt auxilium, Dioſcoridis, cæterorumque Græcorum teſtimonio veneno infectis, tantundem identidẽ uſitatus aquæ potus aduerſari conſueuit. Dioſcoridi autem, mea quidem interpretatione, videtur Paulus Aegineta conſenſiſſe, qui Libro 5. Cap. 11. De communi venenatorum hominum curat *recentibus*, inquit, *vaporibus*, *& conuenienti naturæ caliditate corporis temperamentum replere*, *&c.* Quorum verborum ſenſus quis eſt alius, quam præceptio, ut ea medendi ratione robur afferatur corpori, ſpiritibuſue detrimenta veneni paſſis. Poſt thorexin atque analepticas alias eiuſmodi victus rationes propè ad laſſitudinẽ longe diſcurſus factus homini venenum experto, belle profeciſſe viſus eſt ſæpè, quod ſpiritibus accendendis, ac roborandis ex uſu ſit.

Muſica vi ab eiaculato veneno liberati Pithagoreis.

Di-

§. II. *Altera contra placitum noſtrum oppugnatio.*

DIſcuſſa iam priore difficultate, controuerſiam alterā ſententia noſtra ſentit, quod nos pyroticam ſaniei vim, id eſt exceſſu caloris ſummo valentē ſtatuimus, contra quam nonnulli viri docti ſenſerunt. Quorū primus Cornelius Celſus eſt, qui Lib. 5 Cap. 27. in communibus aduerſus omnes morſus venenatos curationibus profeſſus id verbi eſt, quod maxima pars venenorum frigore interimit. Qui idem & Lib. eodem paulo poſterius; quo de aſpidis morſu curando prodidit acetum ab experto iuuamento præcipuæ fiduciæ medicamentum, confirmans id ratione, quod ſpiſſeſcentem intus humorem ab eo diſcutit, & ſic dari ſanitatem. Atqui ſpiſſeſcere humorem arguet, quiſque frigidæ videt facultatis opus, haud calidæ, igneæque.

Poſt hæc videtur, & noſtro placito refragari Cornelius, qui Lib. 5. dixit, maxima pars venenorum frigore interimit. Quibus utriſque locis occurrerim multifariam; ſi frigus equidem interpreter cruditatem; unumquodque enim iſtorum crudum, incommoderatum, & diſpar eſt, humanæ ſymmetriæ collatum. Licet autem crudum, immiteque ſit, haud tamen tollitur, quin & ſpiritale ut, ut ex Fracaſtorii ſententia ſtatuimus, & affine igni, quemadmodum partim ex dictis, partim ex dicendis planè conſtabit. Altera rurſus expoſitio Celſianæ mentis eſt, ut frigus ponatur terminus motus veneno facti, atque adeo frigore interimit, id eſt ſi calido exuit vitali, exponamus. Tertia expoſitio eſto ad P. And. Matthioli ſententiā, interpretantis ita ferme frigiditatem extimi corporis, ut ex morſu adueniens, haud utiq; adueniat ex veneni frigiditate; verum quod innatus calor ab extimis, & ultimis corporis partibus, ad cor ſe conferat, quodq; etiam veneno ſuperetur, & extinguatur. Quo item conſilio credas à Card. dictum in Lib. 2. de Venen. Cap. x. refrigerari corpus viperæ veneno.

Celſi aduerſantis interpretatio optima.

Interpretatio ſecunda.

Vt cocat fuſus humor veneni allapſu.

Iam vero quod de coitu humoris ex impacto anguis veneno dicemus? Reſpondeo equidem, & coitũ fieri reſoluto calore, ac ſpiritibus excuſſis, ubi frigus ſcilicet priuatio caloris æſtimetur: quæ explicatio item eſt Dioſcoridis, Pauli Aegin. Cæterum volentium Baſiliſci Ceraſtis, Aſpidis, veneno cogi ſanguinẽ, eius qui morſus eſt: quippe ſpiritibus animantis, & calore abſumpto per vim, & malignitatem veneni gelaſcit prope ſãguis. Quibus ſic de Celſi ſententia comprehenſis non ab re puto futurum, ſi paucis oſtenderim, & frigore non interimere viperæ venenum, his ante propoſitis, quod, & pauca quantitate, & cito interimit. Sic igitur quæſo te Lector, quo pacto tam pauca quantitate, quanta eſt guttula una ſaliuæ grande animal necaret? Galeno alioquin monſtrante Lib. 3. de Simp. Cap 18. & 19. Frigida venena, haud quidem genere id eſt abſolute, ſed ſola multitudine lethalia fore. Præterea, quî tam perniciter frigidum venenum hominem tollat, cuius craſſitudo citam penetrandi vim, & actionẽ moratur? Interim vero ſi diu cor nõ attingens moratur, à partibus animãtis ſolidis, & calore immutatum diſſoluitur, & nihil nocet.

§. III. *Diluuntur oppoſitæ dubitatiunculæ.*

Reliquarum controuerſiarũ compoſitio.

COmponendæ nunc ſunt & reliquæ lites, quæ ex phænomenis ideſt accedentibus ſymptomatis profecturæ videntur. Prima diſſenſio eſt, quod ex victoria iſta ſpiritus erga compares alteros demorſorum, non videntur tot tantaque mala manare poſſe. Quod enim ad ſpirituum hunc conflictum, huic non reſpondent, ſed maiores ſunt extumeſcentiæ vaſtitas, maculæ luteæ violaceæ per uniuerſum fere corpus, ut Braſſauola ex Aphoriſm. 62. Lib. 4. prodidit; dolores acerrimi, Opiſthotoni; ut Geſnerus perhibuit Lib. 5. de Animalibus, ubi de vipera; vomitus bilis amarę refrigeratio corporis extrema, ut Iacobus Greuinus in Primo

Qui tanta per unam ſpiritus victoriam adueniãt ærumnæ.

de Venen. Cap. 10. atque alia, quæ Dioſcorides Lib. 6. Cap. 45. prodidit, quæ ſunt hæc: ubi vipera momordit, corpus intumet; vehementer areſcit; ſubalbidumque colorem concipit; ſanies à vulnere profunditur, primum ſubpinguis, mox cruenta; puſtulæ aduſtis ſimiles erumpunt, & antea depaſcens ulcus, quod in proxima repens non ſumma modo corporis, ſed intima quoque corripit. Gingiuæ iis cruore ſuffunduntur; inflammatio circa iecur erumpit, tormina, & bilioſi vomitus ſequuntur, ſopor, & urinæ difficultas accedit, & frigidus ſudor effunditur. Ita quidem ille. Quæ uniuerſa poſt viperinum morſum ſymptomata, ſi probe fuerint per nos expenſa; longe grauiora, & maligniora profectò ſe oſtenderint, quam ut ſpiritui ſpiritum oppugnanti ſint referenda. Quare placitum hoc noſtrum male firmum ſit oportet, ac minus veritati conſonum, ac proinde nobis, aut cuiquam minime retinendum. Hæc de improportione ſymptomatum contra decretum noſtrum aduerſio tam grauis momenti res, tam multum oneroſa videtur, ut aſſenſum planè eruat audientibus. Verum, attendat Lector. Eſt animus mihi leuiori, quã, ut creditur, negotio tantam argumenti vim repellere, atque eludere, ſi negauero primum aſſumptum aduerſarii, quod eſt; ſpiritus debellationi, & proculcationi diſparia videri tot omnia multoque maiora. Porro conditiones, & circumſtantiæ ſunt ob oculos ponendæ. Primum enim non ſimplex ſpiritus hæc extinctio neque vulgaris: verum longe excedens, & inſolens, cum maxime peſtis intus urit, iecur incenditur, caro tollitur ampulis turgidis, quales ab igne excitãtur, ſcriptũ reliquit Scaliger. in Comm. 2. de Anim. Hiſt Cap. 18. quod fit ſcilicet complures ob cauſas. Prima & pręcipua τύφωσις fluoris inaudita, cuius ediſſerendæ laborem non eſt quod pluribus quam quæ dudum expoſita ſunt, rurſus obeamus. Satis ex virulentiæ terreſtris origine, ex inclementi cœlo, ex locis æſtuoſis, ex alimentis viroſis,

ex peſtifera generatione, ex infauſta ordinatione, ex apparatu nocenti, & inſtrumentis, atque aliis adnexis didiciſſe licuit, & comprehendiſſe. Secundus eſt atræ bilis interuentus, cuius malignitas, ſupra quam nota eſt ſupine multis, eſt infra per nos diligentius enarranda. Quo cum biliari atro veneno ſuccenturiatus fermenticius eſt acor, quo ζυμώδης nullus eſt peior ad peruertendum comes: quemadmodum ex nobis audies poſt pauca. Denique irreconciliabilis eſt antipathia ſeu naturalis, ſeu diuinum per decretum agglutinata. Niſi autem inexplicabilem hunc diſſenſum admittas; inteſtinus eſt iuratorum binorum ex oppoſito genere hoſtium conflictus; inter quos œconomia tota ſubuertatur oportet, & miſere deſtruatur, mirifico deuaſtationis exceſſu, in quo ima cum ſummis, intima cum extimis, noua cum veteribus, omnia ſuſque deque conuelluntur, & confunduntur. Talibus hiſce turbis, atque etiam non dubito vehementioribus, quales quantaſque ſtylus enarrare non potuit, nihilo inferiorem eſſe poſtremam & humani ſpiritus à vipereis oppugnationem; liquido iam cognoſcis. Cui demonſtrationi connecto nunc & aliam euidentiorem; ideſt noxam ex inflicto morſu non ſpiritalem tantum eſſe, ſed & materialem, ideſt, materialibus conditionibus inſtructam, ut nuper à me laudatus author diſtinguebat. Materiæ, inquam, qualitates fuerunt nuper à nobis enarratæ: quę ſunt, immitis cruditas, acerbitas inſuauis, ſubditum craſſitiei acumen, & ut cuncta paucis complectar, arſenicalis idea Hæc autem quæ mala, quaſue calamitates inuehere non valent?

Infectura vis non ſpiritalis tantum, ſed & materialis alioquin eſt.

Sed hæc quidem, cum magni ſint, tamen non ſunt quanti futura eſt ratio, quam mox ſubnectam, ſi dixerim in hunc modum. Profeſſi ſunt tum Angelus Abbatius Lib. de Vipera Cap. 4. tum hunc ſequutus Vlyſſes Aldrouandus, qui Lib. 1. de ſerpentibus, qua de Viperei veneni ſignis; omnes percuſſi corporis humores corrumpi

rumpi viperæ infectura ſcribit. Hos item corrumpi contendent hi, qui pro confeſſo credunt viribus inexploratis, & abditis, quas à forma ſpeciali dicunt, dicuntq; ſubſtantiæ totius, leuiter ſic à vulgata hominum opinione traducti, quod aliam efficiendi vim, veramq; rationem non agnorint. Verum tamen eſt explorata & comperta agendi ratio, quæ fuerit huiuſmodi. Vipera, & ſua ipſius propria forma, & aſſiduo, quo utitur victu, ſulphurearum beſtiolarum, plurimum atræ bilis à natura congeſſit concrementum, quæ Galeno authore in Lib. περὶ τῆς μελαίνης χολῆς. acerbitate, & acore vomentibus, & olfacientibus nobis, tum amplectenti terræ ſe prodit adeo acrem, ut ipſam terram affuſa fermentet, id eſt primo corradat, & cogat in unum veluti aggerculum coactum, mox in ſublime trahat, compoſitione quadam ex terreſtri ſubſtantia, aceti humido, & vaporoſo ſpiritu facta. Aceto quidem alias ſimilis ob dictos modo ſaporem, odorem, tenuitatem; alias ſubſtantiæ craſſitudine maxime contraria, proinde quibus corporis partibus atra bilis adhæſerit, eas protinus erodendo exulcerat. Acetum quippè, quod tenuium partium eſt, permeat. Atræ autem bilis craſſitudo cum ſedem ipſi ſtabilem, firmamque prębet, eroſionis fit cauſa præcipua. Hic autem humor ab aliis, ut per dictas notas dirimitur: ita in eo quoque, quod ne muſca quidem aliudue quoduis animal guſtare eam velit, ut neq; etiam guſtarit meram ſalſedinem. Neque enim in ea degit animal: cuius quidem rei mare, quod mortuum vocant, argumento eſſe poteſt. Atque idcirco exitialis eius bilis generatio videtur, ut quę atro humore ſuperaſſato completur. Hac vero multo pernicioſior ęſtimabitur ea bilis, quę ab atra bile ſuperaſſata proficiſcitur. Ex qua materia conflati cancri, elephantiaſis, lepra, theriomata, ſyſtrophe, laborioſa reiectatio ſuperne, infere; bulimia, epilepſia, & apoplexia, melancholia, mania, lycanthropia, hyſterica miracula,

Atra bilis, & Fermentatio- nis ſua vis.

Primò prorr. thit. t. 40.

morbi diuini, & ſi quę ſunt alia vitia, affectiones, ſymptomata, perdunt & occidunt animal facile. Nimirum quod ſpiritus hinc elatus fumidus, amarus, craſſus, denſus, opacus, teter, ſpiritum noſtrum viuificum, qui nitidus alioquin, terſus, mitis, tenuis, mobilis, rarus, & gratioſus eſt, obſcurare, inquinare, craſſefacere, inficere, ſopire, ac extinguere potis eſt.

Rabiem à cane communicatam ad inexſpectatam annorũ longinquitatem erupiſſe.

Cuius item atrabiliarii fomenti indicio fuerit non contemnendo, quod retorridis canis viſceribus apprehenſum rabiei venenum, haud protinus furit. Verum interdum, & ſæpiſſimè, ad XI. dies ſilet, neque non ad ſeptennium quandoque moratur, ut prodidit Albertus Magnus Lib. 7. de Animalib. Cap. 7. Viſam quoque ad XVI. annum hydrophobiam narrauit Ant. Muſa Braſauola Lib. 2. Aphor Comm. 23. Amplius, & ad XIIX. annum educatam retulit Ant. Guainerius in Tractatu de Venenis Cap. XII. Et quod admirationem maiorem, quam fidem refert, ad XL. uſque annos inopine prorupiſſe teſtatus eſt Alzarauius apud Codronchum in Lib. de Hydrophobia. Ita nimirum craſſities, & denſitas ſubiectæ veneno compagis curtas ſemper habenas, id eſt longas moras iniicere valet.

Fermentatio ex vipera infectura monſtratur.

Vipera igitur atra bile perfuſa, fermentoque eiuſmodi maligno modis omnibus aduerſante munita, ubi ſuccum hunc per dentem eiaculata carnibus noſtris inſeuerit; quid mireris ſiquidem admorſo protinus membro tumorem, tenſionem, afflictationes, incendia; corpore vero languorem, angorem, multum denique putridi halitus inuehit in caput, & cor: quibus denique obſeſſis tantum vitæ periculum inducitur miſero quam ignotum omnibus non eſt. Ab his certe principiis, nõ aliis tam peſſime nobiſcum agitur per vipeream infecturam. Quam meam aduerſionem exemplo confirmarim rabidi canis in hunc modum. Compertum eſt per canis rabioſi morſum, quam tremenda, quamue verenda inferantur homini ſymptomata: qualia ſic deſcripſit eo

dem

dem Libello Baccius. Accidentia, inquit, quæ ſequũ- „
tur confirmato affectu, vel pœnis infernalibus compa- „
randa vidimus, præſertim ex timore aquæ, quam ſolo „
conſpectu perinde abhorrent, ac ſi in fornacem conii- „
ciendi eſſent ardentem, clamoribus ac ululatibus ca- „
num ad cælum miſſis, ut ligati etiam fortiſſimis funi- „
bus, non cubile ſolum, & ſtragula lecti ſecum trahant, „
ſed quaſi peſſundare illam domum, & qui aſtiterint ſu- „
ſpicentur. Quo uno quod miſerandũ magis ſpectaculũ? „
Quamquam abhorreant ut cum maxime aquam, pro „
intolerabili tamen ſiti, ac incendio, quo ſe comburi ſé- „
tiunt, inhiantes ad aquas, ac apertis uſque in præcordia „
faucibus, vel inſtar infernalis Cerberi trifaucis, dum „
proiectas per ſyphonem longe aquas ingurgitant, ne- „
que cælo, neque terra locum inuenire dixeris: adeo „
excandeſcunt, adeo ſe iactant, ac cancinantur, donec „
ſeu mortui, aut percuſſi à cacodæmone concidant, „
quamdiu exſiccatis paulo poſtea à rabie ſpiritibus, ad „
eaſdem inſurgunt pænas, & cruciatus. Hæc ille. Quæ „
quidem omnia, quo ſerius aduenerint, eo durius ex-
cruciatum iri languentem faſſus eſt protinus idem au-
tor. Cõflictu nimirum ad quadraginta dies, ad annum,
ad biennium, ad ſeptennium, ad duodecimum annum,
ut dixit M. Albertus Lib. de Animal Cap. 2. & ad qua-
drageſimum, ut prodidit Alzarabius uſque dilato. Id
autẽ omne, ideſt tum affectionum diritas, tum exaltati
paroxyſmi longinquitas, ab una pariuntur atra bile: cu-
ius ut ſera eſt accenſio, ſic grauiſſima eſt offenſio. De
cuius problematis ratione lege, quæ Ponzettus Cardi-
nalis Lib. III. de Venen. Cap. XVIII. propoſuit, &
Riolanus pater in Comm. ad Fernelii Librum de Abdi-
tis rerum cauſis. Similes igitur, ni pares (nam nolim
nunc aſſignare maiores, quando eadem eſt propemodũ
agendi vis, eadem fere nocendi materies) viperinis
ego morſibus aptarim calamitates.

§. III.

§. IV. *Ex Malignitate dentis allatæ comprobationes.*

QVi viperæ dens nonnullas & ſingulares ad atrocitatem comparandam peculiares nactus eſt ſtructuræ ſuæ rationes. Quippe tenuis, acutus, aduncus, ſub extremam cuſpidē hiſpidus, multiplex & fiſtuloſus: de quibus conditionibus differam ſingulis, primum de prioribus dicturus. Dentis quidem viperei cuſpis acicularis eſt, quæ ſolida pariter & acuta, nullo cæteroquin offendiculo præpediente peruadit, quoquo velit. Viſa certè res, quam in angue conſiderarint ſcriptores, è quibus unus id attendit Martianus Capella, per hæc: Et Pontanus: *Spinoſorum dentium acumine venenato.*

Dentis viperæ proprietates.

Cuſpis acuta dentis.

Vulnificos ſpinæ referunt in cortice dentes.

Et ommiſcius Areoſtus Cantici XXXII. præludio ſic acuminis prauitatem attigit:

Areoſtus.

D' un altra più ſpiaceuole, & più rea,
Et di più acuto & venenoſo dente.

Quoniam autem hæc communiora ſunt ſerpentibus de viperæ dentibus acutie malignis meminit Cardanus Libro. 2. de Venenis. Tanti autem momenti eſt huius particulæ mucro perſtrictus, ut cum venenū Draconis nullum ſit, morſu tamen peſſimus eſt Vincentio Bellouacenſi. Atq; inde etiam arbitror, ut auium rapacium ungues, ac roſtra malefica, licet intrinſecus minime venenata, cenſeat Cardanus Lib. 7. de Rerum Varietate Cap. 35. qui & Cap. 37. Venenatos penitus opinatur aculeos omnes piſcium, & Iulidis, Murænæ, colubri, quod dolores, febres, phlegmonas excitent, licet mox huic aſſerto pugnat, quod draconis & paſtinacæ cuſpidibus tacti plurimi liberātur. Sacræ vero Theologiæ atque artium acutiſſimus Magiſter Angelus Aproſius Eremitarum Augiſtinianorū decus in Scuto Renaldi C. & ungues humanos prodidit venenatos. Itemque D.

Quanti ſit acutus mucro mōſtratur. Rapacium Auium ungues, & roſtra venenata.

Sen-

Sennertus Lib. *6*. cap. *36*. De Leoninis unguibus vero dentibuſque Lib. *9*. Hiſtor. Anim. 44. Philoſophus ait: quæcunq; ille momorderit, vel unguibus lacerarit, ſa- „ nies pallens admodũ de his ulceribus effluit etiam per „ faſcias, atque ſpongias, nec ullo pacto reprimi poteſt: „ ad eum ſcilicet modum, quo vipera cõmorſus vehemẽ- „ ter inareſcit, ulcus per ſumma & in profundo depaſcẽs, gignitque puſtulas aduſtis ſimiles, unde & nonnullis iecur manifeſte inflammatur. Quod aduertit Naturæ conſultiſſimus Hermãnus Conringius in Academia Iulia Profeſſor, & ſcriptor abſolutiſſimus in Libro 1. de Generatione & motu ſang. Cap. 17. *ἰχῶρες ἄχρι σφόδρα ſanguinis colliquatum* interpretatus. Hæ quidem à naturalibus aculeis ſunt offenſæ; cæteræ ex arte factis, & exitioſa ſunt experimenta. Diſcriminoſam autẽ gangrænã ab acus ictu premonſtrauit aliquando Galenus in Lib. 5. Meth. & in Lib. de Locis affect. Narrauit vero de feminis duabus Cardanus in Lib. de Rerum varietate ante citato, quæ per aciculas punctæ etiam maximis defenſæ præſidiis occubuere. Verum enimuero de ſpiculis acutioribus rite factis frequens eſt experimentum. Scilicet enarrauit Hippocrates in Libro 5. Epidem. 44. de Sartore veteramentorum, cui ſubula in genu adacta feſtinum intulit fatum. Quam eandem calamitatem ad unguem aduenisſe feminæ per aciculam genu colligatam, quam contruſerat occurrens fortuito puella, narrauit & mihi Reuerendus Sacerdos D. Franciſcus Alexanenſis. Conſimilis ad unguem ſortis, ſed clarior claritate perſonarum continuabitur hiſtoria, quã mihi Generoſus Baſilicæ Marchio narrauit de D. Conſtantia Comiti illuſtri femina Romana Cardinalis Eminẽtiſſimi de Cupis germani fratris uxore, cui ex neglecta aciculæ punctura reſectus primo digitus eſt emortuus: mox progreſſo vitio reſciſſa manus: tertio gangræna longius expaſſa brachium amputatum, & vita poſtremum adempta fuit. Caſus Hercle morbi ſæuitie

De Mucronib. exiliſſimis artefactis comprobationes.

Exanimata acicula punctura puella.

Hiſtoria perſona dignitate illuſtris.

deciſi floris acerbitate, ſpeciei dignitate luctuoſus, & memorabilis urbe tota fuit. Quam rectè igitur & oculatè ſcriptor vitæ Eraſti nouercam eius amore vetito depereuntem, deſperatione compulſam induxit, ut acicula veſtiaria in pectus adacta mortem ſibimetipſi cōſciſceret. Cum autem hi verè euentus funeſti fiant cōplures ob cauſas, illā equidem æſtimo non minimā, quę & ex cœco vulnere, de quo nullus effuſus ad intro reſtibilis ſanguis grumeſcit & veneneſcit, ut ita dixerim, ab Ioanne Fernelio doctus, qui grumeſcentem ſanguinem ad proximam veneno prauitatem deduxit in Lib. 2. de Abditis rerum cauſis Cap. 15. His, quæ viperini dentis ſecundum ſtructuram nocentis ſunt oſtenſiones addiderim equidem aliam meo certe iudicio ſummam comprobationem, quæ eſt: ſi viperæ dentibus maximis, quos alii caninos, alii leoninos appellant extremus apex, & cuſpis extremus, qui ſemilunaris propemodum eſt, per forficulam eximantur, ubi libera vipera pullum gallinaceū, aut canem, aut felem remorderit compertū eſt à nobis & ab Ioanne Branchino Pharmacopœo, quo cum experimentum cæpimus, beſtiolas iſtas haud in occubitum ituras, ſed victuras, & nil mali perpeſſuras. Sēſerunt & nonnulli dentis unam ſtructuram eſſe, quæ letifera ſit. Ex his eſt Ludouicus Locatellus Bergomas Medicus Hermeticus, qui in Arcanorum Theatro, qua de Theriaca multis ad hanc ſuaſionem argumentis voluit nos impellere. Quæ ſunt hæc: Primum memorabo „ aculeos, cortice qui lęuiſſimi cū ſint, nihilominus in cu„ tem adacti dolorem, ruborem, tumorem non contem„ nendos inferunt. Ex animalculis natura armatis apes „ ſunt beneficum alioqui genus, quarum & veſparum „ inter venena per pleroſque ſcriptores reponitur pun„ ctura. His Crabrones grauius ſauciant, ut carnem altę „ extumefaciant, & dolore verberent. Quin vero monſtrauit, quod interdum & homines exanimarint. Hinc ſcorpios aduertit nullo fuſo veneno, ſed tantum aculeo cau-

Adacta acicula una vis mortifera.

Inſtrumenti lædentis vis.

caudę, aut interitum, aut graue negotium percuſſorum vitæ faceſſere. Narrauit autem ſuo cuidam amico rerum ſcientia claro paratam acum ſic improbis ad noxam aculeis rectis, aduncis horrentem, qua perpunctum animal neceſſum erat ſine veneni quidem vi, verum veneno pari vi inflicto perire, quæ proficiſcitur à forma pungentis. Circumforaneos etiam, qui morſui viperarum tam audacter ſe exponunt, dentes earum non experiri niſi reciſa acie. unde vulnere orto licet ſanguis effluat, ſequaturque in carne leuis alteratio, μίασμα tamen illud venenatum abſit, quod mortem inferre poſſit. Conſtitiſſe hac de re Mediolani, ubi cum ad Ducē Feriæ gubernatorem tunc temporis acceſſiſſet Martinus Grimaldus, Strabo dictus, Neapolitanus electuariū contra venena vendens, veneniſq; aliis hauſtis, etiam morderi ſe à vipera paſſus fuiſſet, breui ſanus euaſerat, maximo cum Ducis ſtupore, cui poſtmodum comes iſtius agyrtæ iocis ſcurrilibus populum allicere ſolitus arcanum, quod diximus, detexerit, retuſam nimirum dentium viperinorum aciem, ipſo dein Martino rem ita ſe habere confeſſo. Hæc ex Locatello. Sed ſuper hæc omnia, quod inficiari cuiquā non licet, huius rei fidem fecit Gulielmus Fabr. Hildanus Cent. 5. Obſ. 2. quæ tota eſt de grauiſſimis affectibus per leuiſſimas cauſas exitioſis, in qua legere eſt euentus quātuor letales, quos leues punctiones ex fruſtulo vitri, ex ſpinis, ſeu vegetalium, ſeu piſcium induxere.

Hæ ſunt acuminis noxæ cæterum vero cum feræ plurimæ inſultorium ſuum aculeum geſtent rectum, vipera dentem habuit aduncum hamiformi flexura, primum ut parata ſcilicet morſui ſęuities adhęreat extremè. Deinde expende, quales et quæ anguſtiæ reſtent puncturæ, quæ cum alte penetrauit, acumine incomparabili confecta dentis, tantundem & immedicabilis, aut minimè patens penicillis reſtat anfractus. *Dentis hamiformis teterrima noxa.* *Cæci vulneris momentum.*



G.G.f.

A dentis conflexu deuenio iam ad hirtam eiuſdem habitudinem. quam vnam ob cauſam non vi fortaſſe veneni credere licet, obiter in enſo ſpiculo Paſtinacæ piſcis marini (ὀλόεργον hunc vocauit Nicander) adactum exitio vetulum Vlyſſem. Illud enim teli ſi contemplatus es, aſperrimis alioquin, & ſerratulis denticulis ab ultima cuſpidula ad primum manubriolum obuerſis nitens, ſi quidem in carnem alte defixeris, ac violenter extraxeris, quem non cruciatum, quam non inflammationem partis, & ſpaſmum excitaueris? Simili ſane ratione letalis creditur in retractu conflexus viperæ denticulus aduncus alte confixus ob membranearum, ac neruearum fibrarum diſcerptum ac dilaceratum. Quippe multum facit modus & forma teli lædentis. Sic in dentibus piſcium, & in ſagittis, quæ reuelli, niſi difficile, non poſſunt, itemq; in enſibus lima exaſperatis plurimum atrocitatis agnoſcit H. Cardanus in Lib. 11. de Venen. 11. Mirum autem, quod longe grauiſſimum eſt, ni & cuſpidula, qualem dixi, tenuis & adunca in retrahendo ferientis capite dirupta relinquatur, quæ tot tantaſque membro corporique turbas inuehat miſerabili. Non aliter fortaſſe, quam Stellio & Veſpa Catalanenſis apud Arnoldum Villanouanum, quibus demorſus affatim inflatur locus, & grauiter torquetur, donec extrahantur, ſicut denticuli ſtellionis, ait, & lacertæ. Apes ego & veſpas ſubdo. Sic & Hirudinis remedii cauſa adhibitæ aliquando affixa relinquuntur capita, quæ cauſa vulnera inſanabilia fecit, ac multos interemit, ſicut Meſſalinum e conſularibus patriciis cum ad genua admiſiſſet, quæ Plinius Lib. 35. Cap. 10. Sed hirudinū dentes ſi relicti fuerint in carnem infixi ulcera relinquunt dyſepulota, Rondeletio teſte Lib. de Piſcibus paluſtrib. Ad iſtorū autem exitialium, ſiue morſuum ſiue ictuum commemorationem adiungenda eſt & alia, quę difficilem faceret puncturam, ideſt, hiſpidulus habitus mucronis extremi, ſpectantium quidem oculis

Aculei paſtinacæ marinæ aſpritudo.

Diſcrimen præfert denticuli tenuitas, ne cuſpide fracta nil in vulnere relinquatur.

Relictæ plagæ cuſpides exitiales.

Exempla reſtibilium denticulorū ſtellionis & Veſpæ.

Hiſtoria Meſſalini Patricii Conſularis.

culis

culis haud promiſcuè conſpicuus, verum his, qui adiuti microſcopio contueantur. Quo quidem adiumento ſingulari licuit mihi quandoque teterrimam hanc formam agnoſcere. Problema ſuccurrit in hæc quamuis vile beſtiolarum infimarum ergo, tantundem dignum aduerſione. Quod fecerit, ut formicas, culices, pulices, cimices, ſexcuſpides, & hoc genus in venenoſis repoſuerint Arabes auctores, & Arabiſtę ſecũdi, quorũ unus eſt Conciliator, & Xantes Ardoinus? An ſcilicet, quia beſtiolæ venenum præ ſe ferunt morſu? Adeo ſcilicet infeſti, ac dolore, ardore, prurigine, & inſolenti vellicatu permoleſti ſunt dentes, quibus carnes peruellunt, atque prærodunt. Ita pediculis abſumpti ſunt Herodes Iudæę Rex, Speuſippus Athenienſis Philoſophus, Barcæoræ Regina, Pherecydes Syrus; Alcmæon Poeta, Acaſtus Peliæ F. Calliſthenes, Eunus, Sylla, atque alii quamplurimi. Hæc cum à naturalibus rerum ordinibus ſint oſtenſiones, cæterum ex arte factis parata ſunt & alia non aſpernanda experimenta, quorũ hoc deſcripſit Lodouicus Locatellus Bergomas Medicus in Theatro Medicamentorum Chymicorum, Amicũ quendam ſuum induſtria manu fabricaſſe peronas & aculeos ſic horrentibus ſpiculis nocentes, ut impetitæ inde animantes conficerentur. Octauo tactus eſt acceſſus ad ſimplicẽ percuſſorem, ſed longe multiplex: nẽpe & opinati quidem ad hoc uſq; tempus ſunt pleriq; omnes, numerum male patratorum dentiũ alterutrius maxillæ concludi ad ſummum binario: quæ multitudo excedens in vipera femella videbatur etiam nonnullis. Verum enimuero mihi diu multumque hæc perſcrutato compertum eſt, ex alterutra mandibula ternos minimum atque etiam quaternos, & uſque quinos, ambiguum & ſenos dentes offenſores, ut ſylua quædam, aut dumus ubertim ſpinoſus fuerit viſus, id mecum obſeruantibus diligentiſſimis duobus Theriacopæis & Io. Branchino multoties à me laudato, & Hyppolito ab Auri:

Microſcopii adiumentum.

Ex hiſpidis arte factis experimenta.

Syluoſum viperinorũ dentiũ ſpinetum.

ria, atque etiam Doctore Medico Franciſco Cauſolino. Quę nouitas & exceſſus ſupramodum omnem admirabilis, nec ſatis his, qui nō videre, credibilis viſa eſt. Sed ſcilicet futura de his ſemper inſpectione facilis, modo nouerint rite rectéq; rē adminiſtrare. quippe quod offenſamento plurimo ſint veſiculæ dentium obductrices. Quanti autem ad vulneris grauitatem dentium ſit crebritudo, monſtrat, quod muris Aranei morſus impreſſus veneficus eſt Dioſcoridi, Ariſtoteli, & Aetio.

Dentis viperini cauitas enormis.

Hæc quidem omnia magna ſunt: at illud longe maximum, quod aliorum omnium malorum complementum videtur. Nulli beſtiarum generi ferarum, non, inquam, urſo, non apro; Cani, Leoni, Tigridi, Pantheræ, aut quibuſuis feris inditum dentem cauum, tum ſecundum longitudinem, tum ſecundum amplitudinem, prę terquā viperino; nimirum, ut ſingularis & inaudita foret huic in nocendo prærogatiua, quam cauitatulam edocti ſubdoli agyrtæ, ne viperam ipſi tractantes iaculato inde veneno conficiantur, maſſa viſcida conſueuerunt obturare, Galeno monitore Lib. de Theriaca ad Piſonē. Mireris autē, & animaduerſione dignū fatearis, quod ſicut fiſtuloſus eſt viperæ dens, ſic aculeus ſcorpioni. Quam rem cognouerunt Aelianus, Plinius, Baſilius, Bernardus Gordonius, & ſi qui ſunt alii. Rē tamen minimè creditam Sancti Ardoino Lib. de Venen. Cap. 1. neq; cognitam Galeno, quippe, qui miratus eſt, ut per ſolidum alioquin aculeum pertranſiret veneni corpus, uſque adeo, ut coactus fuerit reputare ſpiritualem hāc ſubſtantiam, mole quidem minimā, facultate vero maximam. Eſt igitur ceu viperæ ſorulata ſcorpio cuſpis. Quamquam longe ſuperatur à viperæ inſolentia. Quæ non per loca infima infecturam, verum per præſtantiora, & directiora, ideſt per ſuperiora, perque caput reiectat. Verum reuertor ad Ardoinum, qui quod fiſtuloſos non agnouerit demorſores dentes, quales hi verè ſunt; ſic abunde falſus eſt Ioan. Bapt. Spontonus vir alio-

Agyrta morderi ſe viperæ dētibus non verentur, quos prius obturant.

Ardoinus non cognouit dentis fiſtulam Viperini.

alioqui doctus, qui quaternis offenſoribus dentibus ſingulis ſuos adſcripſit poros.

§. V. *Ex Hermeticorum ſchola deprompta confirmationes.*

Spiritus fermentator Caſtelli.

HAec quidem omnia, cum producta fuerint ad Galeni, ſuorumque ſententiam; iudico nunc operę precium futurum, ſi conſultis adhuc Hermeticis argumentum hoc noſtrum edifferatur. Demonſtratum eſt à Petro Caſtello grauiſſimo naturæ myſta, quod à doctis pleriſque multis fuit receptum; geſta quæcunque naturæ ſingulariter admiramur, ad unum opificem ſpiritum reuocari: non illum dico, qui cœlum æque ac terras vaſtiſſime complet: de quo primum Aegyptii, mox Plato, & hunc ſequutus Maro prodidere. Verum alterum, qui luna citerior à ſuperioribus orbibus in inferiorem naturam, atque elementa demiſſus penetrandi vi, agendi celeritate, ac vehementia, functionum varietate pręſtabilis ſingulas partes natura conſtantium pręſentiſſime tuetur; Mercurio relatus omnifaber, amplificator, conditor, augmenti largitor, perfector, conſeruator: plerorumque iudicio τὸ θεῖον Hippocrati, ἀνάλογον τοῖς ἀστήρισιν Ariſtoteli, τὸ ἔμβιον τῆς φύσεως Theophraſto Ereſio nuncupatus. Quam autem excellenti prærogatiua medius, aut ambignus inter primas qualitates, & utrarumque particeps, heterogenes uno corpore, ſubſtantias anguſtiſſimis quibuſque ductibus occupatas undique ſubit, aditu nuſpiam & necunde negato? Hanc acoris quidem minus dignam, ſed munia tamen aptiſſime referentem exprimentemque qualitatem poſteriora ſatius effecta ſequi ſuetæ mentes humanæ prudenter accommodauere, atque acidum dicere conſueuere. Nimirum hac forma nulla multiplicior, aut amplior excogitari poteſt. Is præclaras à natura dotes quamplurimas; verum has maxime memorabiles nactus eſt, quod elementarii caloris vires, etſi

lau-

laudatas, longe lateque præcellit ita, ut quæ θερμότης facultas, aut aggredi, aut aſſequi plerumque nequit: contra facilè, expeditè, planè, abſolutè Mercurialis tinctus acore ſpiritus faxit. Deinde mobilis eſt ſuapte natura perpetuo, nec ſolum in ſe ipſo percitus, verum quæ ſua ſibi ſemper eſt inquies, & irrequietus mos, hunc, & aliis omnibus, quibus immiſtus fuerit, pari pacto mutuat, & impertit ἰσορμοῦν, καὶ νύκτωρ καὶ ἀναβολῶν καὶ παραξυνῶν ſui ipſius πολιτείας quaſi excubitor perpetuus, ut qui nimirum perpetuo ſeptus eſt ſatellite turbulento, quod eſt ζύμη ἢ ζύμωμα, fermentum Latine, ſuis continenter uſibus ſubditum, & paratum: unde ſegmenta iudicio Timæi apud Platonem ex putredine attenuata. Hęc eadem ex putredine attenuata anguſtas venas ingrediuntur, coguntque partes interiores, tam terreſtres, quam quodammodo aereas iactatas inuicem commiſceri, permiſtaſque circumlabi alias, & alias ingredi, ingreſſuque ſuo penetratas, concauas, tenſaſque efficere, ubi concauus & ampulloſus humor aeri circumfunditur: iſque humor alias terreus quoquo modo eſt, alias purus, fitque ex aqua concaua vaſculum aeris humidum, atque clarum; ſed quod ex pura naſcitur, perlucet undique, ampullaque vocatur: quod autem ex luculento magis humore ſimul agitato quidem, elatoq; & circumtenſo conficitur, ebullitio, bulla, fermĕtumq; dicitur: harũ omniũ paſſionum cauſa acida qualitas appellatur. Ita quidẽ ille, qui cum περὶ τοῦ καθ᾽ ὅτερον ζυμώματος philoſophatus omnẽ fermenti vim à putrida tranſmutatione deducat; nos ſicut acida pleraq; de putredinis fermento ſubnaſci non negamus, ſic etiam huic ſpiritui τῷ κυρίῳ, qualem Lib. de Flatibus Hippocrates vocauit. Παντοκράτορα vero nos fecimus: nedum non neceſſum eſt, putredinem circumponi; verum diſſentaneum dignitati ſuæ imponi cenſemus, cenſemuſque etiam acorem ſpiritu plenum, vel ſpiritum acore circumſeptum opificem primum eſſe cunctarum fermentationum. Indicio

αὐτοκίνητος percitus in ſe perpetuo ſpiritus.

cio autem eſt magno, quod ſemen primum & præcipuum, ſed tamen exiguum, & exile receptaculum molem amplam plerumque corporis per particulas huius minutiſſimas, atque atomas miraculo quodam omnium maximo ſeſe ipſo inficit; ita ut totum exprimat: quod in ſiccis etiam plantis pleriſque ſentimus odorem, saporem, calorem, & contrectabiles quandoque proprietates, atque omnem primigenii ſpiritus, & ſeminis facultatem referentes. Quamquam autem ſpiritus hic frigidioribus, & ſicci oribus ſui partibus plerumque nititur, quod calidum alioqui à raro corpore facile auolaſſet, ſpiritus ineptus ſpiritui fouendo fuiſſet; nihilominus tamen, & ad calidum accedit ſuus is modus; præſertim ubi vehementior eſt acor, & in quibus veſtigium uſti corporis manſit. Ita quidem acidiſſima ob admiſtā acrimoniā in facile calida ſtatuuntur, & eo magis, quo ad acriorem exaltata fuerint ſaporem. Taceo cum acredo iſta metallica eſt, vitriolata, inquam, ſulphurea, arſenicalis, atque alia huiuſmodi. quo loco vides properare me iam, redireque ad meum inſtitutum. Neque enim amplius prorogarim viperei fermenti demonſtrationem. Quæ mihi quidem, ſi concedatur, eſto hæc.

Dilucide apparuit noſtro longo ſermone iam viperæ procreationem, & ſummam vim ſulphuris & arrhenici principiis hærere. Atqui in utriſq; corporibus plurimū acidi ſubeſſe, & auctores ante relati decreuerunt, & ceteriſis alchymica monſtrat apertiſſime. Qui acor eo vehementior eſt, grauiorque, quo maiori propinquat acrimoniæ. Quod ſolet ter expendit Andreas Cæſalpinus in Lib. 1. de Med. facultat. Cap. 7. Sub liquore igitur viperæ tum acida tum acris vis coniuncta cum ſit, quæ ſint utriuſque futura momenta iam percipis. His accedit quod liquor is, ſi demonſtrationes noſtræ placuerunt, ad ſummum planè acumen exaltatus eſt ab Archæo miniſtro naturæ curioſo.

Quid quum accedit iræ furor? quid cum ſelecta feræ

eiaculantis arbitrio, atque in ſeſe coacta vis tota li-
quoris eructetur? Quid quod eidem liquori quantum
lupis, & agnis, conuenit carni, fibriſque humanis; &
quantum viperæ, atque homini: quorum utrocumque
ſaliuæ mutuo ſe perimunt ἀντιστατοῦντες propemodum, &
principatu contendentes. Etenim natiua gutturis no-
ſtri proluuies viperam conterit, & nos viperina. Quod
attigit Lucretius his paucis:

Eſt utique ut ſerpens hominis contacta ſaliuis
Diſperit, ac ſeſe mandendo conficit ipſa.

Quæ Galenus etiam confirmauit Lib. de Inæq. intem-
perie Cap. 6. & alibi. Quia ſub tanta duorum antipathia,
ſub diſparitate tanta, quando ſic debilis & male in-
ſtructus noſter eſt propugnator, ſic contra munitus,
& exuperans extremè hoſtis: quę non depopulatio, quę
non ærumnæ, quæ non calamitates propere formidan-
dæ, ac expectandæ ſunt apparatibus noſtris? Expli-
care quidem verbis, & ſtylo deſcribere minime con-
fidam ſtrages, incendia, & deuaſtationes miſeræ
Prouinciæ noſtræ per hunc inſolentem hoſtem? illud
memoria repetens: quod quia ſolum non comprehen-
dimus animo rationem, ſæpe ad τὸ θεῖον, id eſt, ad diui-
nitatem referre conſueuimus. Sed enim, ut dixi, ſpiri-
tus acerrimi Mercurialiſq; fermenti præpollentia fiunt
mala omnia, ſeu turgor, inquam, ſiue inflammatio, ſiuè
æſtus, ſeu virium lapſus, ſeu intercepta ſpiratio, ſeu
mentis alienatio, ſeu exanimatio: quibus profecto pa-
ria, non minora, & fortaſſis etiam maiora menſes femi-
næ retenti, magis autem diu retentum homini ſemen, &
venerati, qui noſtro ſæpe corpore procreantur, humo-
res edere conſueuerunt: adeo ut imprudentibus ple-
rumque propinati veneni ſpeciem imponant. Sunt ve-
ro cummaxime, qualia ſunt & multo numero per enar-
ratores venenorum recenſita. Ex his Fernelius memo-
retur primus qui Lib. 2. de Abditis rerum Cauſis Cap.
xv. diſertis hæc ſuis verbis ſcripſit: *In nobis ſimiliter cor-*

Menſes feminæ, ſeu viris diu retentum, veneni vim habent.

ruptionem quandam ſponte gigni poſſe, quæ non modo veneni vires æquet, ſed & ipſa tota venenum ſit. Itaque ſyncope admodum grauis & periculoſa plerumque ſit ex concreto ſanguinis grumo, maxime ſi vel in ventriculo, vel inteſtinis, deinde ſi in pectore vel veſica putreſcat. Idemque poſt paulo de lacte docet: Non admodum diſſimilia ſymptomata tradunt & à concreto putreſcenteque lacte gigni.

Sic grumi ſanguinis putrefacti, ſic lac concretum euadit facile venenũ apud Ambianũ autorẽ, apud Petrũ vero Aponenſem, & apud Ardoynum inter venena cõmemorantur piſces lacuſtres, & carnes aſſatæ continenter concluſę; Leproſi, & hominis rufi furioſi, & tauri ſanguis; ſudor equorum & aliarum beſtiarum, quæ ſunt ſcilicet haud natura ſuapte venena; vel ſi talia fiũt, ab intenſo fiunt putredinis & corruptionis modo, cuius meminit A. Baccius in Prolegomenis de venenis.

Hactenus iam attuli communes & συνδετικὰς interuenientis in veneno fermenti rationes. Deinceps alię pauculæ ab effectu ſunt adnectendæ. Ab effectibus, inquã: quæ ſunt extumeſcens affectus, quem adnotarunt Dioſcorides, Paulus, Aetius, quorum effata fuerunt à nobis ante recitata. Sic demorſo per viperam D. Paulo, ut eſt in Actibus Apoſtolorum 28. venenum à ſolo tumore effectum edidiſſe æſtimari volebant Melitæi. His & teſtimonium adde Statii in Theb. v. qui cecinit:

Tumidi ſtat more veneni
Spuma virens.

Tam multus igitur à ſaliuæ momento turgor, qua demũ ratione prouenerit, præterquam ab unius efficacitate fermenti? à quo item uno ſubſultant undique Puſtulæ, quę ſub venenatis morſibus excitari conſueuerunt. Magis autem has obſeruaueris in venenatis morſibus, quo maior fuerit veneni ſuffuſi vis, atque ſæuitia, atque adeo ſub Ammoditis, Colubri, Ceraſtis, Hæmonrhoi, Dryini, Sepis, Hydri, qui truculentiſſimi ſunt æſtimati maxime. Quemadmodum autem panis maſſæ, ſeu ignem

non-

non expertæ, ſeu coctæ, ſed ante pluſquam oportet fermentatæ, atq; acidę factæ ſolemnis eſt ampulloſa procreatio: ſic & carnes veneni fermento tactas vitium puſtularum ſubleuat frequens.

Cæteras omnes malorum venenato viperæ morſui ſuccedentium rationes ſigillatim enarrauit Santes Ardoinus. Quem tu viſe.

DE ARCANO VENENANDI ICTV ATQVE ACTV OBSERVATIONES, ET EXPERIMENTA NOVA. CAP. VIII.

HActenus de Cauſis omnibus, ac de interiore apparatu viperei veneni: mox breui ſumma comprehendã inſtrumenta, necnon modum & actum proxime inficientis veneni. Pars, inquam, noſtri propoſiti maxima, in qua velut ad Lydiũ lapidem collata comprobabitur tum noſtra omnis tum aliorum, qui nos anteceſſerunt, in conſcribendo opera & enarratio. Confido enim, verbo abſit inuidia, quamplurimos ſic detectum iri errores, quos plerique maiorum, tum ob falſas aliorum narrationes, tum induſtriæ experimentique vitio commiſerunt: ut iam agnituri ſint homines, qui attendere in hanc rem velint, quam neceſſariam, & quam omnino utilem his nos propoſuerimus diſquiſitionem. Cæterum de viperæ partibus in ferendo veneno longinquioribus cum in Prima Libri parte diſſeruerim, de his deinceps quæ proximæ ſunt morſui pronunciabo.

Hæ ſunt gingiuæ, dentes duo maximi & potiſſimi canini ſeu leonini vocati. Ad has veſiculam quę ſub lingua eſt peſtiferam addidit Greuinus. De Dente primũ dicã.

Dentẽ quidẽ iam dudum emortuæ viperæ detractum etiã tactu lethalem perhibuit Baldus modo citato loco. Hæc enim particula, inquit, & mortua, & viuens ſem-

per apta nata eſt lædendo. Exemplum quoq; etiamnum mortuæ viperæ dentem tactu lethalem habet Iul. Cæſar Claudinus in Operis de ingreſſu ad infirmos Sect. 6. quod iudicium hi ambo viri fortaſſe tranſtulerunt ex Aeliano, qui viperæ venenum geri dentibus arbitratus eſt. Vlyſſem Aldrouandum nomino, qui in Libro de Serpentibus implantatum opinatus denti viperino venenũ, quam de vipera lemmate propoſito de Temperamento ut intolerabilem faceret culpam ſuam, primũ inter uſus viperæ medicos commodũ nonnullum, quod dentis eſt amuletum, accenſet ad venenorum diſcrimina præcauenda: deinde Baldo Angelo duce fretus, Galeni teſtimonio reiecto, & in obſcurum incertumue auctorem Libri de Theriaca ad Piſonẽ traiecto, paſſus non eſt dici; ſæpius exhauſto de Veſicula veneno grauem quantumuis dentis impreſſum animanti nil incommodaturum: ut nihil incommodantẽ huius demorſum ſępe nos comperimus. Quapropter iſthãc Vlyſſis animaduerſionem facile ridemus, ut plane riſimus illud Baccii, qui Lib. de Venenis venenatum fecit lupi dentem: quo nedum non ſublatos nouimus equos demorſos, verum etiam hos acriores & vegetiores redditos audiuimus cõſtanti ſtabulariorum & equeſtrium virorum fama. Quin etiam apud noſtros omnes teneris infantibus amuletũ eſt præclarum. Quod & ipſemet Baccius ibidem confeſſus eſt, & hoc viro prior Ferdinandus Ponſettus Cardinalis in Lib. 3. de Venen. Cap. 22. Quo falſum etiã apparet id quod Io. Bauhino, viro alioquin grauiſſimo in opere de Lup. rabie Cap. 77. & Gaſp. fratri Lib. 2. de Corpor. humani fabrica Cap. 17. placuit; luporum morſum etiã non rabientium venenatum eſſe. Nõ venenatũ vero credã ego dentem Muręnæ, licet nõnulli demorſum huius conferant cũ viperino. Siquidem Aeliano marini ſerpentes dentibus potius ſerratis, quã venenoſis videntur. Quod autem peiuſcule ſæpe cedat animantibus demorſis ſit, quemadmodũ ab impreſſis violenter ungui-

bus

bus ulcera venenoſa fiunt, quod propoſuit Ponſettus Lib. 3. de Venen. Cap. 12. Colliſionis plerumque vitio nerueis particulis defixæ quampeſſimam omnium cauſam aduertit Ambr. Pareus Lib. 20. Cap. 9. etiam ex culpa minus dextræ curationis, quæ ſæpe per ſcarificatum, perque medelas abſorbentes exequenda, tamẽ adminiſtrat per vulgaria digeſtiua, perq; certa pinguia lipara Celſo dicta: quæ quam aliena, quamq; detrimẽtoſa ſint uſu, Reſtituta noſtra te docebit Chirurgia. Verum ad dentem viperæ reuertor. De quo primum eſt mihi diſputandum aduerſus Abbatium, & percontandũ ut quid in Cap. 6. Pag. 23. denti viperino venenũ complantatum, gingiuis vero acquiſitum impoſuerit, nil utique aduertens, ſi dens natura venenatus ſit, haud eſſe opus gingiuarum acquiſito veneno, ac fortaſſe nil opus affluente de felle & viſceribus veneno. Oculatius ergo Card., qui in Lib. 1. de Venen. C. 15. conceptis verbis affirmat venenatos ex halitu oris, qui ex corde & cerebro prouenit. Tantũ autem abeſt, ut venenatus ſit viperæ dens, ut Cebes apud illuſtrem Eccleſiæ Neapolitanę Canonicum ſacerdotem Franciſcum cognomento & literis Clarum memoriæ prodidit viperæ dente ſemel contactum hominem quempiam nulla deinceps venena formidaturum. Addidit & Conradus Tigurinus Libro de Serp. viperæ dentem impoſitum denti dolorem elidere: Aetius gingiuarum prurigini ſuccurrere. Plinius vero in Lib. 30. Cap. 5. Viperæ dentibus infanti alligatis dentitionem promoueri prodidit. Ponſettus ut & adultorum dentium ſuperiorum cruciatus adalligatis enhydri dentibus ſuperioribus; inferiorum vero inferioribus leuari comprehendit. Quin & eiuſdem Enhydri maris & albi maximo dente circum ſacrificari vexatos hominum dentes remedio futurum. Hæc illi. Verum enimuero viperæ aut integer aut comminutus & uti libuerit voratus, nedum non lethiferus, ſed neque detrimentoſus experimento comprobabitur tibi, ſeu

Geſn. 69. 50.
Colliſus vis maligna.

Quam magna culpa inepta rũ per unguenta pinguia curationum.

Enhydri ſerpẽtis maximus dens odontalgia remedium.

Experimentũ de non venenato vipera dẽte.

ſeu nuper mortuæ déticulus, ſeu viuentis, ſiuè dum digitis tribus coercitus contineatur anguis capite, in animantis cuiuſpiam carnem tum ipſius opera per vim adactus, ſeu per arbitrium viperæ fuerit defixus. Quod duplex nos experimentū in pullo gallinaceo cepimus.

Abbatii lapſus.

Quapropter errat Abbatius, qui Cap. 4. in hac hæreſi perſiſtens defectæ iam viperæ denti venenum adſtruit, eo quod aculeis paſtinacæ marinæ & Draconis piſcium iam diu mortuorum venenum inſit.

Radius paſtinacæ marinæ falſò creditur venenoſus.

Radium autem paſtinacæ marinæ ipſe ego mihi in meliceridem ſiniſtri carpi dure turgentem intuli, cuius mihi ſalutarem operam ſenſi, qua de ſpiculi innocentia me ſcripſiſſe memini ad Io. Georg. Volchamerum Noribergenſē Epiſtola. Neque Draconis ſpina vel venenata eſt, vel adeo maligna, niſi neruulum pupugerit, aut membranam. Ita fallit experimento, fallit & argumento noſter Abbatius.

In eodem errore noue deprehenſus Aldrouandus.

Falſus quoque cum Abb. Vlyſſes eſt Aldrouandus, qui Lib. 1. de Serp. §. de Temperamento detractum viperæ dentem letiferum cenſuit, qualis reuera non eſt. Hactenus de Dentibus.

De Saliua nunc totidē mihi ſunt verba facienda, quā ſaliuam ab antiqua veneni iniuria vindicabo. qui certus ſim, quantum ad ipſam attinet, hanc veneni vitiū non agnoſcere. Nempe vidi Io. Branchino Theriacopœo Senenſi præcipuo, viroſum hunc, qualem dicunt, ichorē de viperæ viuentis dente collectum, & confidenter lingua libatum ac deguſtatum ſapore, qualem alias deſcripſi, nihilque exinde noxæ perpeſsum: qui retulit & de gingiua viperæ mortuæ viuentis ore ventriculo captatum alii præter ſe nulli ex aqua vel vino potatum nocuiſſe.

Sanies viperæ delincta ſine aliqua noxa.

At neque gallo gallinaceo ad hoc rei deſtinato immiſſum in os ſpathomele ſuccum hunc dentis vidi mali quicquam attuliſſe. Nimirū, quod teſtimonio Galeni in Lib. 3. de Temperamentis Cap. 3. nihil foris, intuſque parem agendi facultatem habet. Neque enim aut viperæ venenum, aut rabidi canis ſpuma, aut aſpidis

dis virus; (quę tamen, ſi extrinſecus corpori occurrant, offendere creduntur) parem vim habent, vel ſoli cuti applicata, vel intra aſſumpta. Hæc Galenus. In quam rem & Cornelius ſcriptum Libro 5. Cap. 27. reliquit; ſi „ ſtupente Colubra (quod per quędam medicamenta cir- „ culatores faciunt) in os digitum quis indidit, neque „ percuſſus eſt, nulla in ea ſaliua noxa eſt. Quocirca de- „ mirari licet Amatum Luſitanum, qui cum retuliſſet de iuuene, qui à vipera demorſum dolentem digitum confeſtim ori admouiſſet, fortaſſis ut ſanguinem labiis exugeret e confixo digito, breui addidit: Infelix ſua culpa mortuus fuit, neque medica auxilia quicquam illum adiuuerunt; euaſiſſet tamen, inquit, ni ſerpentis venenum ori admouiſſet. Ita quidem Amatus. Quo viro prudentior mihi viſus eſt P. A. Matthiolus: qui cum similē ad unguem hiſtoriam narraſſet de homine, qui vipera percuſſus ſecundum digitum hunc ut ſit ore prehenſum illico exſuxit; unde mortuus eſt: mortis tamen culpam non retulit in exſuctum, ſed in vim peſtiferam illati morſus pręter exſuctum. Ita igitur minus prudenter Amatus Luſitanus. Quo viro amplius demiror Corneliū Celſum, qui in ante dicto loco cū docuiſſet, quod quiſ- „ quis exemplum Pſylli (ſequutus vulnus ab aſpide infli- „ ctum) exſuxerit & ipſe tutus erit, adhęc etiam profeſſus „ fuerit, venenū ſerpentis non in guſtu, ſed in vulnere nocere: mox admonuit, ne intereat, ante debere cauere, ne quod in gingiuis palatoue aliaue parte oris habeat ulcus; quaſi nō amplius in morſu omnis vis conſiſteret, ſed præter hunc etiā nocere queat venenum ſerpentis. Quod idē & primus inter Gręcos Dioſcorides in Lib. 6. Mater. Medic. Cap. 40. & Aetius in Lib. 13. Cap. 10. nec non alii quidā admonuerunt. Itē de Paulo Aegin. qui in Lib. 5. Cap. 2. ſucturo homini inhibuit, ne ieiunus ſit.

Celſi dormitatio.

Dioſcoridis & Pauli oſcitantia.

Conſulturū vero ſibi docuit, ſi prius vino os colluat, mox buccis oleo imbutis accedat ad exſugendum. Quę vanę profecto sūt prouiſiones & cautiones omnes, quā-

doquidem haud guſtu ſed vulnere nocere eiuſmodi venena libens volenſque teſtatus eſt Cornelius. Quam tamen luculentam Aurelii ſententiam expende nunc mecum, quam perperam interpretentur Ioann. Tagaultius in Lib. 3. Chirurg. Inſtitut. 11. & Andreas Veſalius in Lib. 2. Chirurgiæ Magnæ principio comprobantes periculum nullum futurũ homini integro, qui exſuctu perſũgeretur; mox vero ſui ſenſus infirmitatẽ perſpicuẽ prodidere, qui admonuerũt, ne quodpiã ulcus in oris ſinu ſubſit: adſtruentes apertam Cornelii doctrinã, quod venena non guſtu quidem, verum in vulnere id eſt ulcere nocent; quaſi vero plagam intellexerit Celſus, non quam inflixerit vipera, verum quæ αὐτομάτως aduenerit. Qua interpretatione cõtradictorius fit Cornelii ſenſus. Itaque quod meam ſubiit mentem libere fatebor. In Chirurgica præceptione Veſalium conari, ut Tagaultium ſupplantet, perpetuo conſueuiſſe. nunc, qui eundẽ imitetur ampliore cẽſura dignus apparet, & quod æmulum ſuum occaſione data digne ſugillare ignorarit, & quid iã ſequatur turpiter allucinatum. Hanc nos rei naturã & auctorum teſtimonia ſedulo ſequuti ſilendas nõ cẽſuimus animaduerſiones. quas ne quiſquã credat impudenter aut temere effutitas, perpendat quæſo conſilii noſtri motus & rationes. Enimuero compertũ eſt compluribus experimentis ſaliuam dente maximo viperæ collectam exitio non fore, ſeu guſtetur, ſeu corpori applicetur. De poſteriore hypotheſi relata pridem hiſtoria fuit Pharmacopœi. De priore ſcire licet, aliquando nos & ſuper manu famuli noſtri perpuncta, & in corona galli gallinacei alte diſciſſa de viperæ dentibus hauſtum malum virus infricuiſſe, nilque noxarum intuliſſe. Quod ſi cumulate, inquam, impreſſa vulneri ſaliuæ met ipſa ſubſtantia nihil officit, quid ad perniciem officiat exſuctus auræ venenatæ: præſertim, adde, quæ longius ab extima cute interius euagatur. Hæc experimenta fecerunt, ac facere certe debuerunt, quominus princi-

pibus

pibus hiſce viris adhæſerim, fidemque veterem derogarim. Scilicet valentiſſima vis eſt veritatis, ut humanas omnes cogitationes facile ſuperet Aeſchine autore apud Stobæum 11. Ac veritas ſane tum diis tũ hominibus ad omnia bona dux eſt; quod ſenſit Plat. Lib. de Legibus. Cæterum, quod falſa quæpiam exciderint viris magnis, id uni ἀναπειρίᾳ, ideſt in experientiæ condonandum. Nil proinde tantæ autoritati derogandum eſt. Age autem iam aperiamus modum, quo deciduum dentis humorem cuique pernoſcendum excipi conueniat. Recipietur hic fluor ex vipera viuente, ſi huius capite ſecundum internodia maxillarum manus digitis prioribus dextre detento curetur ut vipera obiecti cyathiſci ora remordente guttulæ decidentes inde captentur. Hac induſtria & his experimentis ſi quandoq; fuiſſent uſi priores, inter cæteros Amatus Luſitanus, Baldus Abbatius, & Vlyſſes Aldrouandus, haud utique leuiter in culpam fallaciæ lapſi fuiſſent: quam incurrerent & alii, quos recenſere longum eſſet, homines alioqui grauiſſimi naturæque ſcientiſſimi; ut admirandi par non ſit modus. Haud falſus tamen eſt experientiſſimus Andreas Baccius, qui recte diſſoluit problema, quod venenum viperæ per os delinctum non noceat, breuibus verbis ſtatuens, quod venenata animantia, quam habent relationem ac nocendi proprietatem ex morſu vel ictu venenato, non eandem habent in carnibus neque in aliis partibus. Quæ cauſa eſt, ut aſpides ex Libro de Theriaca ad Piſonẽ Cap. 8. toto cęteroquin corpore venenoſos, tamen in Secundi Therapeutici ad Glauconẽ calce ſcripſit Galenus, hos victui fuiſſe Marſis ſolenni. Neq; enim venenum hoc iſtis innocuum uno ſuo priuilegio aut ſympathia inter utroſque naturali, quæ nulla eſt Cornelio Celſo, ſuperſtitioſa mihi & Ponzetto Cardinali in Lib. 2. de Venen. Cap. 5. & Matthiolo: Ne dens de vipera; refragãte quantumuis Hieronymo Mercuriali, ad ſympathiæ vim referente. Verũ quia præter-

quam morſu nil nocent hæ feræ, ſicut enucleate nos docuit Celſus: propterea perceptum eſt nullum ab hoc uſu detrimentum aut vitę diſcrimen. Sic mihi quidē hic griphus reſoluitur. Cui ſimilis & alius, qui ſe offert ex autore Lib. de Theriaca ad Piſonem in Cap. 8. non diſſimulabitur tantumdem. Ibi porro ſcriptum eſt, Cleopatram, quæ mortem ſibi deſtinauerat, in exſectā brachio per ſuos ipſius dentes magnam profundamque plagam, venenum, quod in pyxide parauerat ex aſpide prius, infudiſſe, atque ita veneno corpus ſubeunte non multo poſt inſciis cuſtodibus vitam leniter finiiſſe. Ita quidem auctor ille. Verum aduertas velim, diſertis verbis expreſſum in hac hiſtoria, ſeruatum in pyxide venenum: cuius cum rationem aut ex aſpide apparatū ſimplicem vel compoſitum cum non declarauerit autor, ancipitem eius loci reliquit interpretationem. Præterquam quod fuit communis hiſtoricorum narratio non peremtæ Reginæ ex effuſo in exulceratum ſponte brachium veneno; verum ex aſpide ad brachium admoto. Sic in triumpho imago translata eſt mortuæ Cleopatræ cum aſpide brachio mordicus affixa, non ex infuſo veneno. Narrationem igitur recitando corrumpit autor: quod & in aliis huius eiuſdem hiſtoriæ partibus aduertentium cenſorum opinione fecit, atque in Annibalis Poeni per intortos in hoſtem angues ſtrategemate. Ita quidem occurſum eſto repugnantiæ, ſi quidem hiſtoriam inficiari libitum ſit. Quod ſi fidem enarranti ſeruemus, diſtinguere licebit, viperā & aſpidē longe diſſitas diſpareſque feras. Truculentior, quippe, multis paraſangis eſt aſpis. Quare non iniuria in Theriaces apparatum abſtracta eſt hæc, admiſſa illa. Quia conceptis eiuſdem Galeni verbis eodem in loco deſcriptis præ cæteris ſerpentibus viperæ non tam noxiam in ſe vim habere videntur. Similis eius, quam ex Galeno recitaui dubitatio & cōtradictio eſt ex Gerardo Bouman apud Conradum in Lib. de Serpentibus. qui narrauit de

puel-

puella quadam, quæ cum carnem, cui venenum viperæ exemtum fuerat, admixtam forte guſtaſſet, in Opiſthotonum, aliaque ſymptomata incurrit grauiſſima: ſed mox vino copioſè potato liberata eſt. Ita quidem ille, quę tamen omnia, quãdoquidem illa ex offa noxa haud exitioſa quidem fuit, verum quæ neruos tentare & ſtomacho potuerit incommodare: quæ incommoda vel vinum ſolum emendauit. Ita quidem nos dentes demorſores, ac ſaniem dentibus deciduam non inficere, inficiendo non interimere demonſtrauimus. Quantam veneni vim habere perhibemus, tum impreſſum viperę dentem, tum eiaculatum per hunc & gingiuarum veſiculas virus: cum ſimul uno ſub ictu coiuerint, ambo quippe ad lethalem noxam hæc ſeparare non licebit.

Actus veneni legitimus cum dente, & effuſe comprehenſus.

Quum autem hæc ambo ſimul eodem temporis momento concurrunt; qui remordebitur canis, aut felis vix hora, pullus vero demorſus vix tam diu dum recitetur Angelica Salutatio, detinebitur in vita. Quod adeo verum eſt, ut referat Aldrouandus viperę collo tenus iam pridem exſectæ caput, quod integrum ſit, poſſe demorſum à ſe animal veneno perdere. Cuius rei capto experimento videmus horę ſemiſſe mortuum gallum gallinaceum. De ruſtico quoque factam à ſe obſeruationem narrauit Matthiolus Comment. VI. prę fatione; qui dum fœnum falce demeteret viperam forte ſecundum caput diſcidit: quod creditæ iam exanimis extremum, manu prehenſum geſtienti monſtrare ſociis, cõtinuo perculit anguis digitum; quem homo per imprudentiam, ut fit, exugens repente concidit approperato ſibi fato ſublatus.

Breuicula infectorum vita uſura.

Hæ de inſeparabili dentis & emiſſilis ichoris actu noſtræ fuerunt obſeruationes noſtraque experimenta. De quo genere, ſi placet auditori, narrabimus & alia, quę moſtrent extra morſum viperæ partes aut ipſas aut ſui contagium ad vitę vim extremam incutiendam non nocere: primũ ſi conceſſum, viperę corpus crudũ, co-

ctum totũ aut ſingulæ eiuſdem partes ab animali quouis deuorentur; nulla prius aut poſterius ſumpta in corpus deuorantis antidoto, vel adhibita, venenatum aut mortiferum non futurum: contra quam referunt opinanturq; nonnulli. Verum enim vero nobiſcum conſentit Cornelius Celſus, qui Lib. 5. Cap. 27. qua de Serpentium curatione uniuerſali de ſuctu venenati vulne-
» ris ſcripta reliquit hæc: Neque hercules ſcientiam præ-
» cipuam habent hi, qui Pſylli nominantur, ſed audaciã
» uſu confirmatam. Nam venenum ſerpentis quædam et-
» iam venatoria venena, quibus Galli præcipue utun-
» tur, non in guſtu, ſed in vulnere nocent. Ideoque co-
» lubra tuto eſtur, ictus eius occidit. Quod Celſi teſtimonium confirmant & pleraque experimenta, nempe deuoratam ſcorpionum offam circulatoribus plus ſemel vidit Baccius ut in Lib. de Ven. Pag. 21. nullo vitæ detrimento, vidit & Ioannes Branchinus Senenſis Theriacopœus probatus. Maius eſt hoc quod ſequitur, à pullum gallinaceum nedum eſui non lethiferum eſſe, ſed neque noxium aut detrimentoſum. Quin audio ab experientibus quibuſdam hominibus quartana febre conflictatis aliquoties eſitatos iſtos gallinaceos pullos à viperis demorſos remedio tutiſſimo fuiſſe. Quod autem τοὺς ἐχιδνήκτους id eſt à vipera percuſſos non atingant auctore Cælio veneno præditæ animantes, tam liquido cognoſcitur. Quod nulla fit veneni cautela vel auerſatione, verum tactarum à conſortibus veneratione. Dicam vero, quod longe maximum et admiratione digniſſimum videtur, in cibi uſum ingeſtas gallinas, quas Arſenicum aut Sublimatum è vita ſuſtulerat, nil attuliſſe mali vorantibus. Baccio teſte in Cap. 1. quo diſputatur, an venenum nutriat. Sed & gallinas, in quarum ingluuie ſerpentes reperti fuerant, à ſe deuoratas Rondeletius eſt teſtatus; Cæſalpinus vero Cap. 8. Libro de Venen. adnotauit anſerum, qui venenoſa deuorarunt, carnes etiam eſu tutas, imo & antidotum interdum eſſe.

Celſiani enunciati comprobatio.

Pulli vipera percuſſi quartanæ remedio ſunt.

Carnes à viperis demorſorũ non attingunt animantes venenoſa.

ſe. Quid quod & napelli toxico peremtarum caprearum alpeſtrium carnes nullo venatorum incommodo vorari conſuetas perhibuit Antonius Guainerius in Lib. de Venen. cap. 1. ſicut Helebori toxico infectas venaticorum ceruorum carnes innocuas eſu prodidit Galen. in Lib. de Theriaca ad Piſonem Cap. 10. Adeo frigidum inſipienſq; monitum fuit Simonis Sethi, & Gaudentii Merulæ cauentium ne venatores carnibus ceruorum per æſtatē, quo temporæ viperis imbutæ ſunt, veſcãtur. Dicam adhuc, & quod extremo loco reponi poteſt admirationis, potū aſpidum venenum quantalibet copia non nocere. Non enim eſt tabifica vis. Itaq; occiſa morſibus earum animalia cibis innoxia ſunt: quæ verba ſunt Plinii. Quãto igitur interuallo à vero aberunt hi, qui credunt murænam veneno nocentem, quæ ex vipera mare genita ſit. Porro hanc opinionem præterquam refellit Plinius atque Atheneus, fabula monſtrata coitus terrenorum & marinorū anguium. Confutarim & ego alios, etiam concesſo concubitu generum binorum: quia ſcilicet non communicaretur niſi ſuo generi ſuæque etiam ſpeciei venenoſę ſatio naturalis. Quippe neceſſum eſſet exceptrice ac conſeruatrice pari matrice, necnon victu, habitaculo, atque aliis paribus fouentibus cauſſis. Adde præterea, quod uteri diſpares & difformes & diſparia item conceptacula & calor, qui inde exultat minimo minus retineret humorem in ſua natura; quandoquidem & diuerſitate ventriculi non fit metamorphoſis. At de his pluſquam ſatis. Interea vera eſt ſcilicet Cornelii Celſi ſuaſio, non in guſtu, ſed in vulnere nocere venena quæ ſunt ex dente morſiue. Quod ſi legimus apud Amatum Luſitanum Cent. 2. Curat. 65. famulum Arubas (fuit hoc hero nomen) carne gallinæ vipera enectę guſtata peremtum: nihilominus cognoſcimus ad annum lente tabefactum hominem obiiſſe. Quare vel non vi certe veneni, vel veneni ſaltem occaſione procatartica, vel huius qualitatibus manifeſtis,

Fatua Simonis Sethi, & Gaudentii Merulæ cautio de non edenda Ceruina, quæ viperis fuerit iã paſta.

Potum Aſpidis venenum quantumcũq; innoxium.

& ſubinde febricula, aut interiore aliquo, ſicut ſæpe fit, alio vitio prius torpeſcente, mox in conſummationem euecto ſublatũ. Quę ſi Baccii narrationes, quæ Cornelii Celſi aliorumque teſtimonia vera ſunt, ut certe ſunt veriſſima, quid audiamus nos eos autores, qui ſuaſere mactatorum veneno, quod conditæ pelles in calceorũ constructum venientes earumq; ſeuum in candelas detortum, aut lanam, aut alias quaslibet iſtarum partes pernicioſas utentibus futuras. Quidue fidem habeamus ei narrationi Ferdinandi Ponzetti in Lib. 1. de Venen. Cap. 10. Euſtachii Rudii in Lib. 2. de Morb. occulta Cap. 2. qui id Gal. autore voluere perſuadere. Dixi iam vi veneni peremtum hominem, qui deſcenderat in ſolium aquæ percalefactæ ſuccendiculis lignorum, quæ ſuper cauis ſerpentium cubilibus fuerant excepta: demortuæ viperæ nullo veneno: de viuente nunc reſtat; quæ ſtomacho recepta detrimenti nil intulit Marco Gatinaria teſte in Cap. de Præfocatione matricis, cuius hiſtoriam in curatione præfocatæ matricis relatam audi ſuis verbis: Fumus ſotularium, ideſt corii combuſti, cũ ſemine lini ſuffito fugat ſerpentes viuos, ut vidi in uno exiſtente in hoſpirali Papiæ, qui habebat viperã in ſtomacho, cui fecerunt multa remedia, ut eam expellerẽt, ſcilicet, ponendo lac ad os & multa alia. Veniebat enim ad ſe & nolebat egredi: tandem factis faciendis æger fuit ſuffumigatus ex tali fumo, & ſtatim vipera viſa eſt egredi per anum. Ad hos omnes, qui viperæ venenum communicandum aliis modis præterquam dente inuenit, fuit & Andr. Libauius ex Abbatio Cap. 12. Alchym. Pharm. itemq; Iul. Cæſ. Claud. Lib. de Ingreſſu Med. ad infir. Section. 4. qui de viperarum remediis ſcripſerunt, interituras viperas aut alios angues, quibus viperinæ carnes fuerint deuoratæ. Falſum enim illud compertum, cum etiam vinum, in quo vipera immortua ac tabefacta fuerit, nedum non exitio, quod credidit Hieronymus Mercurialis Lib. de Venenis, non exi-

Verba Gatinaria.

Vinum viperæ elutriatum conducibile elephanticis.

tio,

tio, inquam, ſed & remedio fuit elephanticis, ut per complures Galeni hiſtorias fuſe recitatas in Lib. 2. de Simp. medic. facult. Cap. 2. docti ſumus.

DE MODORVM INFECTVRAE, INSTRVMENTORVMQVE PLENITVDINE PROBLEMATIS ENODATIO. CAP. IX.

NVnc admirari, & quærere facile ſubit, ecquid abſtractæ de toto venenandi cõplexu cauſæ ſingulę inſtrumentariæ veneni viperini, quæ dens ſunt, & virus, vim aliquam nõ habeant; complexim vero exercitæ vim habeant. cuius quidem quæſiti non una me iudice eſt enodatio, ſed multiplex; varia ſcilicet ad varias conſiderationes relata ratione.

Prima petitur ex infecturæ deſcriptione, quæ eſt huiuſmodi. Infectura eſt actus feræ difigentis in aliud animal dentem, & inde virus emittentis pro ſua ipſius tuitione. In hac porro definitione nil videtur abundare, nil deficere. Comprehendit autem duos effectus præcipuos inſilientis viperæ, qui ſunt impreſſio dentis prima in carnem aduerſarii, vel pro aduerſario habiti animantis, & ſaliuæ immiſſio ſecunda. Licet autem utrique effectus diſtincti ſint natura, nihilominus coeunt in unã à nobis appellatã infecturã, aut ſi mauis remorſum, aut inſultum, libeat utcunque nominare; unus modo conſtet conceptus, qui eſt offenſa viperæ iraſcentis, & per iram laceſſentis.

Infectura definitio, & ab hac petita enodatio.

Iam igitur, cum eadem ſit ratio comprehenſioq; definitionis, & definiti: porro definitio perhibet, quod utraque ſimul inſtrumentaria cauſa requiritur, ut infectura conſequatur: igitur & utraque ſimul cauſa requiritur inſtrumentalis, quatenus infectura conſequatur. Hęc logica quidem ratio eſt, quæ & phyſicam includit;

quæ eſt huiuſmodi:

Ratio phyſica, ab actione itē phyſica, organica, & materiali.

Deſtinati ad unum opus producendum duo, vel tres rerum ordines agendi rectè per unum authorem, ut opus producant finale, non adhibentur, neque exercentur, præterquam exordio fuerunt ordinati: atqui ad agendum fuerunt ſimul utrique coordinati: quare non ſeiunctim adhibendi, neque exercendi.

Porro Actio Phyſica materialis & organica confici nequit, niſi per materiam atque organa. Nam neq; organum ſine materia, neque materia ſine organo; neq; hæc ambo ſine agente cuiquam uſui fuerint; neque hęc alioqui ſine effectore, aut effector ſine organo, ac ſine materia quicquam operentur phyſice. Ad hunc plane modum viperæ dens nil ſine viroſa ſtilla, neque viroſa ſtilla quicquam ſine dente, neque hæc ambo ſine vipera, aut vipera ſine ambobus quidpiam attigerint inſtitutæ operæ, ideſt infecturæ. Hæc ex phyſico principio ratio noſtra eſto. Huins autem prope exegeſis & exemplum fuerit, & altera ratio παραλλάλα: quā minime quidem ſubtilis, nec adeo ingenioſa, tam multum etiam accommodata, & quadrata, quæ ambiguam, & incertam difficultatis expediendæ mentem ipſa edoceat, atque componat.

A ſimili petita ratio.

Generatio animantis, quæ primum à maris facultate prodit, proditque in agrum excipulum fœmellæ, per duo ſemper adminicula perficitur: per emittentem inquam penem, perque emiſſile ſemen formæ condum & promum: nec præter αὐτίματον maſculi principium alicuius momenti eſt exercitus penis ſine ſeminio, neque ſeminium ſine pene, qui conformatione, & cæteris conditionibus ſatisfaciat. Ad hunc omninò modum infectura viperæ per duos officiendi modos abſoluitur, & per mordentem denticulum, & emiſſile toxicum; nec dens ſine toxici materia; nec toxici materia ſine dentis miniſterio quicquam expectatæ exhibet operæ.

A dentis ſtructura.

Noſcis autem & aperte vides à natura ſtudioſe copulatum

latum utrumque opificium, quod dentẽ apparauit cum idoneo canaliculo, apertoq; ductu, per quẽ refuſum delabitur toxicum: quaſi docuerit dentem viperæ ſeruire quidem ad mordendũ; ſed morſum hunc inſtitutum, ut guttula parata deſcenderet ad transfuſũ ſui ipſius. Ita iã apparet generationis proprie dictæ exemplo duplũ & indiuiſibilem eſſe uſum tum toxici viperini, tum dentis: quæ utraq; media ab una diriguntur viperæ voluntate, atq; arbitrii libertate. Quoniam autẽ memini libertatis & arbitratus, facit hoc, ut & aliud ſuccurrerit animo. Prẹter has ẹnim & alia reddi ratio poteſt quod effectrix viuens non impedita, ſed ſua utens animæ facultate & libero inſtrumẽtorũ miniſterio, ſic infecturam adornare & conſummare pro voto valebit: quod faciet ſcilicet ſpiritus ſuos omnes concitando, veneni materiam agitando, atq; irę follibus perflando, ſic ut extenuet, extenuatã accendat. Quemadmodũ enim inſtructi veneno ſerpẽtes torpidi cũ ſint, non percutiunt, niſi quando caluerint, ut Olaus aduertit: ſic cũ verẽ caluerint, venenũ armare atq; euomere queunt. Confirmatio maxime comprobans hoc exemplũ eſto, quod demõſtrationis cuiuſdam loco ſit. Exploratũ eſt, ſi ludo delectatus alterum alter homo momorderit, vulnus, & intutã ſalutem eſſe. Quam ego rem cum uſu medendi compererim aliquando, non grauabor in præſens huc referre Carolo Piſacani Neapolitano adoleſcenti bene habito corpore, quũ mordicus ab iniquo ſodali contritus grauiter inde digitus fuiſſet, nulla noſtra prouiſione fieri potuit, quin accederet vulneri gangræna. quam ut curaremus, & medicamẽtis & Chirurgia; ex agitata perdiras febres, perque longos labores vita vix tandem ſeruata eſt. Quales & alios caſus Collegis noſtris obſeruatos audio.

Apud Geſnerũ de Serp. G. par. 2. p. 12.

Eſt enim dentibus hominis virus Plinio autore Lib. 11. cap. 37.

Hiſtoria rei per autorem comperta.

Hæ quidem ſecundum communia & vulgata ſcholarum placita rationes fuere. Cæterum ex profundiore philoſophia nouam & reconditam interpretationem

Ex Hippocratis principis deducta ratiocinatio.

iam accipe. Legendus eſt Hippocrates Lib. de Veteri Medicina: qui prodidit hominis viſceribus ineſſe intimis ſubſtantias inditaſ quaſdã à natura præcipuas: quæ ſunt; dulce, amarum, acerbum, auſterum, denſum, & hoc genus: quæ cum conſiſtunt, & conquieſcunt, nil corpori officiunt: cum vero motione in corpore aliqua facta ſegregantur, ſuo de ſedato more ſublata, tũ vim habent comparantq; nocendi. Hæc ille. Quæ miris modis obſeruarunt, celebraruntque Spagirici, inter cæteros Petrus Seuerinus in Idea Medicinæ. Iam igitur admirabilis facti cum cauſa requiritur, unde viperę dẽs ſolus innocuus, & ſanies ab eo collecta ſola per ſe innocua eſt; quæ coniugata ſunt mortifera: eo mihi referendum videtur, quod nullis deficientibus ſubſidiis, ſed coactis in unum omnibus, quę natura ſagax ordinauit; ſuccus ille, qui toxici materies eſt, uſu naturę decernente, ac mouente ſuis de ſedibus, ſuaque de quiete abſtractus, ſeparatuſque acuitur, & exaltatur; ad eum ſane modum, quo ſpiritus ſtibii maſſa ſua cruda obrutus potui datus etiam excedente doſi nil officit. Quod ſi aeris igniſque beneficio ſeparetur, in eam veniet acrimoniam, ut veneni vim comparet. Pari ni fallor pacto ſuccus ille viperinus cum ſuis de ſcatebris coactus abſtrahitur & eleuatur, veneni vim ſuſcipit. Illud autem eſt quod Libauius in Alchym. Pharmaceuticę Cap. 7. profeſſus eſt, venenum à ſanguine, ſuo naturali ſucco, qui eſt vitæ naturalis, per ſuos canales in ſua receptacula ſecretum, ibi fieri nocentius.

Qua quidem via & ratione homo, cuius mitiſſimus & leniſſimus inter omnes animantes ſuccus eſt, in rabiẽ ſępe numero cietur. Qua item via & ratione fit ut, quod retulerunt apud Io. Schenchium de Hydrophobia viri multi præclari, remordens lupus rabidus nunc veneno afficiat, nunc ſeens animalia: prout nimirum excitatur in furore virus, & ſub conatu confercitur. Neque enim probabitur illa ratio, quod ſpecialis dentis eſt infectio

fectio. Porro quæ ſub iram dentium diſcretio? Imo neque etiam, ſi velit, queat animal per hunc dentē inficere, per illum non item. Verum audi nunc quoddam Abbatii decretum Lib. ſui 1. Cap. deſcriptum: præter viperæ unam animam informantem, quam veneni confectricem, & verè ſecretricem nos nuper oſtendimus, veneficam certam quandam virtutum beſtiolæ noſtræ dentibus impoſitam: quam minimo minus neceſſariam & confictam iam plane cognoſcis. Equidem mihi videri videor hanc veluti ſublimationem eſſe liquoris viperini, cuius principia quidem, & fontes primus hepar, ſecundus cor, tertius canales ad gingiuas deducentes, quartus caput, Galeno autore Lib. de Theriaca ad Piſonem Cap. 9 quintus veſiculæ, ſextus dentis recurui ſtructura: in quibus quidem duobus poſtremis conceptaculis quater quinquiesue circulatus ſuccus poſtremam & abſolutam recipit veneni formam: quemadmodum varie deductum ſemen in teſtibus. Plurimā autem opem confert ad exactam vim veneni parandā viperæ caput: quod ex veſicula veluti piſciculorū bilem more ſublimatorii nōnulla parte recipit quemadmodū felis cerebrū, quod veneni genus eſt omniū ſcribentiū calculo, aut cauda ſerpentis, aut ceruix, in qua virus etiam ſubeſt: non alio ſane modo, quam quo ſerpenti Porphyro, quod Ael. & Volaterranus literis prodiderunt, ſecluſis omnibus aliis partibus in ventriculū virus ablegauit natura, & quo itē pacto Columba, ἄχολος alioquin ſecundum viſcera, cholen tamen ipſam uropygio ſeruatam habet, ut Hieroglyphici notarunt apud Valerianum. Præ ſe fert autē ſpeciem ſublimatorii capitelli: ad cuius apicem ſublatus humor, & plurimum extenuatus transfertur, atque deciditur. Hac ego ratione nihil euidentius æſtimo: præſertim, ſi reuoces in memoriam ſubtilitatem eiuſdem ſucci: quam ego ad ſuperandum aliorum animantium ſpiritalem ſubtilitatem dixi præualentem.

Venefica dentium viperarū virtus nulla.

Viperina infectura elaboratio ſublimatio quadam eſt.

Con-



Confirmatur quoque cum memoratæ ſubtilitatis, tũ ſublimationis uſus, quod præſectis dentium utrorumq; cuſpidulis, quemcumque vipera remordeat, non interimit. Quare & callidi agyrtæ qui rem nouerunt ut vulgo imponant, præcipuam & ſingularem antidotum apud ſe eſſe aduerſus viperæ venenum ementiuntur, viperæ reſciſſis dentium utrorumque cuſpidulis, vel eliſis per forficulas gingiuarum finibus. Sic pectus manuſue ſui ipſorum remordendas ab angue curant. Quod fit quidem poſtmodum citra infecturam. Illa nimirum cauſa, quod reſeratis ample viis reſoluitur liquoris ſpirituoſi vis, in qua infecturæ opera fecerat reſeruata. Sic iam oſtendimus meteoram veneni in viperis ſublimationem & ſeparationem: ſic inuenimus arbitror problematis enodandi viam: ut mirum in modum conſenſerit nobiſcum Sebaſtianus Baſſon, qui operis de Natura Lib. 11. profeſſus eſt, quemcumque hominem, ſi ad unum quempiam corporis locum vitioſa eius uniuerſa colligantur, venenoſum hac parte futurum. Verum enimuero præſtat pleraque, quæ Baſſon hac de re omni propoſuit, hic repetere: quæ ſunt.

Præciſis dentium cuſpidulis nulla eſt, veneni vis.

Iam ut cauſam, cur venenum habeat ſerpens indipiſcamur: ea duplex eſt. Pluribus enim rebus precioliſſimis excrementum letale cognatum eſt: quod & ſerpenti conuenit. Hęc eſt prima. & quæ ſunt optima, talia non euadunt ſine exquiſita purgatione, hæc eſt ſecunda. Sed expoſitione hoc poſtremum indiget. Vnde, inquam, hæc accurata noxiorum expulſio tale venenum procreet? Videtur potius contrarium. Ex pellis igitur frigiditate & natura talem excretionem repellente, dum, omnis illa colluuies amandatur antrorſum, qua pori ac vię magis patent, fit quod in alio quouis animali cõtingeret. Quid? Finge, quę in homine ſunt noxia, quęq; per totum corpus diſperſa ſunt, ac per cutem reliquoſq; meatus exeunt, in unum locum coire, ibiq; diutius paulatim concoqui, quid futurum ſperas, ubi maligni

Articuli IV. Sebaſt. Baſſonis aduerſus Ariſtotelẽ, quæ de actione. De puluere, qui fit ex ſerpente: & de vipera.

ligni illi ſpiritus in unum congregati, lentoque calore adiuti maiora impedimenta per concoctionem exegerint? Si humores excrementitii, dum egeri nequeunt, putreſcentes faceſſunt in virus; quid hic noxiorũ omnium ex omnibus partibus in unum confluxus? Ergo iã habes, quomodo, quæ in ſerpente maligna per totum corpus diſgregata, atque inde liberè per cutem quaqua verſum exeuntia nullum ſui ſenſum præbuiſſent, dum in os veluti in ſentinam collecta non aliam quam per dentes viam moliuntur, veneni vim ibi acquirant. Qui enim maligni vapores, per cutẽ expirare nequeunt, dum laxiores, qui ad anteriora ducunt, poros ſequuntur, extremo dentium, & maxillarum aliorumque oſſium veluti ſepto cohibiti quieſcunt, donec ira æſtuante exciti per dentes exeunt: quod à ſerpente morſi experiuntur. Cæterum, quam facile vis eorum ab ambiente frigore ſopiatur, teſtatur eorum, ſerpente extincto, extinctio. Vnde Galenus teſtis eſt, vinum, in quo vipera mortua ſit, præſentiſſimum aduerſus lepram eſſe remedium, nedum venenum. Hæc ille. Quæ ſi cum noſtris comprobentur, plurimum etiam concordare ſentientur; niſi quod nos de principiis interioribus, ideſt viſceribus ſeriatim ad extremum os venenũ deducimus; ille ex uniuerſo plane corpore virus ſuperuacaneum, quod ad habitum exteriorem, & ad cutis poros explodendum & amandandum fuerat, ab hac eadẽ peripheria frigore vires eiuſdem exercente ac retrudẽte in patulas oris vias, ad imos denique dentes ablegari, & ibidem, donec animanti commodum fuerit, aſſeruari ait: aſſeruari autem, dum uſus efflagitarit effundendi; quod indignationis & ultionis tempus eſt.

I. Eadem ratione factum cenſeo, ut quod caſibus variis ex morſu venenato Pag. 8. Prolegomenon de Venenis retulit Andreas Baccius, gallus gallinaceus annoſus rufo plumarum habitu, roſtro atroci, inexplicabili ferocia varios hortulos colenti olitori, incer-

tum qua ſua ſorte, ex improuiſo icerit læuam manum, mordicitus proſciderit, vitamque abſciderit, ſanguine nonnihil educto, qui homo miſer antequam moreretur ore ringens nullis vel ferri, vel ignis præſidiis adiuuari potuit, tertio vero ab ictu die galli pugnacis ſpecie, id eſt minacibus oculis, hiſpidis ſuperciliis, & hianti roſtriformi rictu vitam reliquit, horrore magno per totam loci viciniam diffuſo.

II. Quod autem exactius nunc diſquiri velim: primũ autem conſidera mihi gallinaceum ruri natum: quo loco, ſicuti Baccius ait Pag. 19. ſerpẽtibus bupreſtibus, & bufonibus veſcuntur, viuoſq; deuorant ſcorpios. Occurrunt autem ſæpe numero lacertę Chalcidicæ: quibus equidem nec domeſticas gallinas vidi parcere. Secundo conſidera volucrem uniuerſim gallinaceum corpore ruſum: quo coloris amictu donatos leones, lupos, vulpes, canes, apes, veſpas, viperas, & animantes alias peracres, & in uſu medendi acutiſſimas prædicauit Aureolus Theophraſtus in Chirurgiæ Maioris opere.

III. Statuas oportet hunc annoſum non decrepitum, cuius præter natiuam ſulphuris & nitri ubertatem, qua una ſalaciſſimus eſt gallinarum maritus; ad hæc longa humidi primogenii reſiccatio plurimam eiuſmodi ſubſtantiã exerit in caput, & roſtrũ, quemadmodum acerrimo aceto plenũ fictile, nitroſas undiq; bullas reiectat in vaſis extimã faciem. Poſtremo fieri potuit, ut imperioſus & glorioſus generis ſui cuſtos, erga ſuas concubinas iniurium ſenſerit, æſtimaritque olitorem prudentem imprudentem, nihil attinet inquirere. Potuitque etiam facile fieri, ut æſtu aliquo antecedente cum riuali gallo pugnæ concitatus extiterit forte fortuna bipes alioquin pugnax & zelotypus.

Quas ob cauſas omnes accenſis præcordiis ſtimulatuſque furore Martius dimicator criſtas tolleret in miſerum herum, qui minus cauens & fortaſſe contemnens inſilientẽ familiarem beſtiolam ictum ſuſtinuit, & vul-

nus ab hoſpite immeritum concepit; concepitque verius luem, quam non veritam demum vereri debuiſſet, viditque alium in terris extare baſiliſcum, vel hoc certe peiorem. Vtinam autē multa & ſcitiſſima, quæ de memorabili caſu in vrbe Romæ, & Italia ferme tota vagante fama, per viros doctos cōdita fuere poëmatia nunc nobis comperta forent, excellens aliquis iſtius rei ſenſus mihi iam & lectori meo foret communis, unde nonnullam delibaremus animo voluptatem. Verum ad argumenti caput redeamus.

IV. Aliam ab his rationem commentus eſt Andreas Baccius in Lib. de Venenis. §. An venena nutriant, & quatenus aliquid morſu ſit venenum: aſſumptum vero per os non item: quia dicens eiuſmodi animalia, quam habent relationem & proprietatem nocendi ex morſu, vel ictu venenoſo, non eandem habent in carnibus nec in aliis partibus. In qua ſententia plerique conueniunt & autor de Theriaca ad Piſonem, quia talium ſerpentium venena non niſi in eorum morſibus habentur, & ſimiliter in cauda ſcorpionis, qua ferit tantum, cæterum ſubſtantia carnis innoxia. Immo tam ſcorpiones contritos ſuper horum punctione, quam abſciſſa capita viperarum ſuper earundem morſibus imponenda iubent pro amuleto, quod attrahant vim veneni. Habes iam multiplices unius contradictionis propoſitæ reſolutiones: quibus etiam agnouetis falſas multorum hominum interpretationes: agnoueris & frigidam argutiolam inanemque animaduerſionem Iulii Cæſ. Claudini, qui non patitur obtruncari viperæ caput ſimul cum viſceribus ſubiectis, propterea, quod diſſectis ſic ductibus, qui de fellis folliculo viperinū virus ad dentium veſiculas deferunt, facile fieri poteſt, ut defluens hoc virus carnes inficiat proximas; quæ ſint exinde guſtantibus mortiferæ corruptelæ, non ſalutiferæ medelę. Ita quidem iſte. Verum non videt præter enarratas hypotheſes, & oſtenſiones noſtras fideles, adhuc neque vi-

Iul. Cæſ. Claudini frigida animaduerſio.

ru-

rulentiam ullam adhæſuram aut manſuram carnibus, quæ elixentur, & cũ ſale,& anetho depurgentur. Claudicat igitur Claudini ratio, non uno nomine, ſed multis, & quod corrigere alios voluerit corrigendus ipſe multo ſatius cum ſuo ſuffragatore Minadoo.

SVBTILIORES ALIQVOT DE VENENIS DISQVISITIONES. CAP. IX.

Diſquiſitio I. Vt foetæ veneno viuant incolumes diu feræ.

COniiciemus hoc capite de Venenis, venenatiſq; feris præſtabiles inſigni ſubtilitate quæſtiones, quæ partim fuerint de Sympathiis, & antipathiis, partim de venenorum erga animantes viuentes vi & energia; partim de antipharmaco ad ſe, ideſt ad belluas venenoſas antidoto reflua, atque reciproca, partim de humana audacia aſſuefaciente ſe veneno, deque in ſeipſis cluſa virulentorum efficacia. De his quidem omnibus deque huiuſmodi aliis hic ſermo communis erit.

Primũ igitur quęſitũ, ut viuant incolumes diu beſtiæ, quibus præſens perpetuo ſubeſt venenũ? Huic ambiguitati ſatisfecit And. Libauius in Alchym. Pharmac. Cap. 12. dicens: *His eſſe ſuum antipharmacum natura paratum, quandoquidem ubi vehemens venenũ, ibi vehemens aque medicina: & ibi reconditum alexipharmacũ fortius, ubi venenũ præſentius.* Quod adeo verum eſt, ut placeat nonnullis, neque aſpides Aegyptias in Theriacam aſpernandas: reſpondent alioquin hæc tibi continuo. Natura porro remedium voluit promtum, ubi noxa parata eſt: illo demum conſtante, quod mala ſunt vicina bonis ſummo Dei conſilio ac prouidentia. Sic viperæ capite, felis cerebro venenum fouentium beſtiolarum ſunt carnes eſitantibus innoxiæ. Ceruo vero in cauda collectum eſt,

Diquiſitio I.

Aſpides in theriacam admittuntur.

Inductio venenatorum animãtium cum præsẽti ſuo remedio.

cætero corpore etiam ad eſcam commodo. Draco piſcis, cum aculeo noceat anguifero, reliqua caro nulli reiicitur ad alendum, quodque demireris etiam magis, hæc eadem animantia, cum ſuum ipſa ſibi ſeruent alexiterium, ſeruant, & præterquā ſibimet aliis ab ſe percuſſis. Viperæ caput ſuum ipſius venenum alteri impactū eximit; lacerta Chalcis, ſiue Chalcidica vino pota morſus ſuos ſanat:. Hydri iecur ſeruatum aduerſus percuſſos ab ipſo, auxiliū eſt, ut ſpondet Plinius. Scorpius terreſtris ictui ſuo medetur, itemque marini ſcorpionis hepar applicitum è veſtigio, quem violauerit, ſanat, quod Rondeletius ab experto teſtificatus eſt. Radius paſtinacæ marinæ ſuo ipſi vulneri antipharmacus eſt. Siquidem in cinerem redactus ex aceto fuerit impoſitus. Ad hæc Araneus Aranei morſus nullius facit. Item Migale ſuos. Mel apum ictus expellit. Crocodili morſus eiuſdem adeps: Denique Bufonis venenum, bufonis lapis diſcutit. Præſtat hæc Ariſtoteli, Dioſcoridi, Aeliano, Plinio, cæteris. Principio enim, ait Rondeletius, nullum fere venenatum eſt animal, quod veneni ſui antipharmacum in ſe non contineat. cum enim partes diuerſæ ſint, diuerſo quoq; temperamēto inter ſe aduerſari neceſſe eſt. Deinde duplex antipharmaci genus eſſe comperio: Antipathiam, & ſimilitudinem ſubſtantiæ: ut hepar venenatorum animalium vulneri impoſitum ſimilitudine ſubſtantiæ venenum retrahit, maximeque confert ea parte, qua fel continetur. Carnes vero impoſitæ idem præſtant per antipathiam, ut viperarum, caro morſui viperarum remedio eſt, utraque dixi ratione corporibus alienis præſtant venenatæ tutamen, ſibi verò ipſis aduerſus propria venena, non tam antipathia pugnant, quam hæc à corde retrahunt ſympathia. Enimuero idem principium, eademque virtus ſuis in matricibus condita, præfixaque ſemel fuerunt. Sic igitur ſe tuentur pernicioſæ feræ ſuis à propriis venenis. Quamquam huic noſtro placito

Lib. 11. Cap. 4

con-

contradici credidit Andr. Libauius, quia ſcorpius per ſuum in alios animantes inflictum ictum coemtam ſibi letiferam noxam fuerat redemturus antidoto profecto ſub ſemet latitante. Verum tamen inquam ego Seuerinus, eo primo propoſito quidem veneni, quod eſt veneni genus, ut ſcorpii, qualitas quædam eſt; illud vero quod effluxit à ſcorpio percuſſore ſubſtantia, vigor alioquin maximus animalis, ut Cap. huius Commentarii XIV. monſtraui: ad hunc modum non pugnant in hac hypotheſi binæ antipharmacę qualitates; nec antidoti qualitas ſubſtantiam ſemel excluſam valet inſtaurare: ut ne mirum quidem ſit, quod non adiuuet antipharmaca virtus, depereat exhauſtus ſuo vigore ſcorpius; nimirum aduſque nerui ſubiectum fit eradicatio. quippe qui ad articulorum caudę agitatum, & ad ictus miniſterium appenditur aculeus, hic violento raptu diſcerpitur, ut ait Plinius. Altera ratio eſt monſtrans quod genera lõgo diſtant hæc interuallo; illato veneno occurrere, & cum exempta particula vulneri mederi: prædeſtinationes alioquin dicunt Theophraſtæi, ideſt, medendi munera ſua ſunt natura, non alio conſilio, comparata.

De Alexipharmaco Saliua. Diſquiſitio II.

CAeterum, & homo, qui digniſſimum, abſolutiſſimumque eſt animal, à venenatis hiſce ſerpentibus ſua ſe antidoto ſoſpitem ſeruat: quæ antidotus eſt ieiuni ſaliua. Dixi autem ſua antidoto, non oſcitanter illud intuens, quod adnotauit A. Libauius, Alchim. Pharmac. Cap. XII. Pag. 152. ſub his: *Virtus Alexipharmaca, & aduerſa veneno ſerpentium etiam per naturam non deeſſe homini videtur, quando ſputum eius pluribus ſerpentum aduerſatur*, ut inquit Ariſt. Lib. 8. hiſt. An. Cap. 29. & Plinius Veronenſis in Lib. 4. nat. hiſt. Cap. 4. & Lib. 7. Cap. 2. ubi ait, *omnibus hominibus contra ſerpentes ineſſe venenum, qui dicantur ſaliua icti, ut feruentes aquæ conta-*

ctu

ſtu fugere, mori ſi in fauces ſaliua penetrarit.

Hæc quæ retuli ſunt Ael., qui Lib. 2. Cap. 24. præfatus aliqua dixit, ſed in homine quoq; venenatis ſerpentibus incredibiliter pernicioſum ineſſe venenum deprehenditur. Quod ſi viperæ collum ſumma cautione contineas, in oſque illius diductum expuas, ſputum in eius ventrem delapſum tanta ei pernicie exiſtit, ut inde vipera contabeſcat. Alia per Matthiolum eſt obſeruatio, quam Lib. 6. Comm. 40. ſcripſit; viperas capite per venatorem ſaliua perfuſo, nec manibus contactas adhuc non parum vileſcere, ac veneni feritatem amittere. Scire autē licet multo pernicioſiorem ſerpentibus hominis ſaliuam, ſi ieiuni, famelicique fuerit, ut eſt apud Galenum, Lib. de Vſci Theriaces ad Pamphilianū, qua properat ad finem liber. Quamquam vero priuilegium hoc antipharmacæ ſaliuæ attribuerunt alii Pſyllis, aut his qui carnes viperinas eſitauerint; nihilominus tamē uno omnes ore prædicarunt prærogatiuam hanc hominis fuiſſe à prouiſore Deo inditam, non Pſyllorum, & Marſorum priuatam. Hi autē eximentur eo certius, ſiquidem arte comparatum, qui aquam corporis ſui viſceribus inſeuerint: poſt quos etiam non tacebo celebratam Rufo Puellam, cuius veneno diu nutritæ ſaliua conſputas quaslibet animantes exitio dabat: quam ſaliuam neque attingebant gallinæ, ſeu quidem halitu virulento monitæ, ſeu natura doctæ. Iam vero nedum ſerpentibus, verum etiam venenatis omnibus animantibus aduerſatiſſima noſtra ſaliua eſt, tradentibus primo quidem Ariſt. Lib. 8. hiſt. anim. Cap. 2. mox Nicandro; tertio, Lucretio. Poſtremus autem Galenus ea de re iucundam auditu narrationem intexuit Lib. 5. Simplicium hiſce verbis: *Mihi ſane pollicitus quidam incantationem oſtenſurum ſe, qua ſcorpiones occideret, ore ipſam pronunciauit, ſed ſingulis vicibus in ſcorpium inſpuebat, quo facto mortuus eſt. Ego poſtea ex ſolo ſputo ſine incantatione morientes vidi ſcorpios, idque ſtatim ex alicuius fame-*

Hiſtoria Galeni de vi ſaliuæ.

lici, & ſitibundi ſputo, tamen ab iis, qui cibo & potu ſaturi erant, à mediis inter illos ſecundum proportionem. Præter ſcorpiones, etiam ab homine conſputæ male ſe habent araneæ, & hoc genus. At vero ſicut venenatas animantes conterit humana ſaliua, ſic & ipſorum venena pariter profligat. Quocirca Lybicus Pſyllus apud Calliā hiſt. Agathoclis Syracuſii ſi vipera percuſſum offenderit ægerrime dolentem intra dentes aquā multā hauſtā, inde ore diductam, & in poculum reiectā, vulnerato exſorbendam dederit. Nedum autem noſtra nos ſaliua tutatur aduerſus inſultores ſerpentes, ſed & urina veſicæ noſtræ per nos pota, Varrone auctore, apud Plinium Lib. 29. Cap. 4. Aſpidum ictus efficaciſſime curat, immo & omnes ictus, morſuſque venenatos Cardano Lib. 11. de Vene. Cap. x. quod fiat neceſſe eſt, ait Libauius, aut quia veneno reſiſtit lotiū, aut aduentitia immutatione ex accepto veneno. Et ſane pergit Libauius: idem ſibi ipſi poſſe quadamtenus remedio diximus à natura Mercurii ſublimati. Si n. hoc potetur Mercurii, ex quo factum eſt: mox vero ſublimetur, denuo venenum omne deponit: adeo ut hinc argumentum capi poſſit remedii dandi aduerſus ſublimatum aſſumtū. Quamquā alias lac, decoctum maluæ, altheæ, & ſimilia item corroſiuis opponantur. Idē probant ſcorpiis, rubetis, phalangiis, & ſimilibus ſuo vulneri impoſitis. His rite diſcuſſis offert ſe problema: quid humanæ ſaliuæ ſubſit, ut tantopere ſit infenſa ſerpentibus? Cui quæſito nōnulli credunt ſe continuo ſatisfacere per id, quod decuit hominē penes ſeipſum habere propugnaculum, quo & ſuos ipſe hoſtes exterminet. Alii, de quorum ordine Pierius eſt Valerianus, cenſuerunt fieri propter magnam inter utramque animam contrarietatem. (Audi Balde, qui magnam inter hanc, & hominē Cap. 8. poſuiſti ſimilitudinem) ſi quidem ſerpens frigida, & ſicca eſt corporatura; homo vero calida, & humida: hinc alterum alterius viſu, tactuque exhorreſcere, hu-

Vide Sextum Philoſo. de animalium medicina.

manoque

manoque ſputo tactum anguem æquè ſugere, ac ſi feruentem in aquam incidiſſet, idque, ſi penetrauerit in fauces, etiam extingui. Ita Pierius. Galenus vero Libro x. Simplicis Medicinæ ſcripta reliquit hæc: ſputum uniuerſa ſua ſubſtantia venenatis animantibus quã aduerſiſſimũ eſt, etiã Nicandro teſte, & quæ ſequntur. Poſt quem magnum medicinæ magiſtrum probabiliter ratiocinatus eſt Ferrandus Ponzettus Lib. 1. de Venen. Cap. xi. dicens: quia in ſaliua eſt impreſſa virtus membrorum totius corporis, ſic perimit ſerpentes, ſicut complexio temperata ſuperat euincitque venena. De cuius complexionis optimæ antipharmaco fundatę lege quæ conſcripſit idem ibidẽ, & quæ Lib. 3. Cap. 21. Pag. Baſilienſi 572. Sed Hier. Fracaſtorius in Libro ſuo de hiſce rebus præclaro philoſophari nos docuit per antipathiam. Quam antipathiæ vim admiſit quidem Thomas Cãpanella Locrus, nouus Timęus, pręceptor meus in Phyſicis venerandus. Verum altius contemplatus, atque Phyſicis finibus egreſſus cauſam omnem retulit ad exceſſum, & exaltationem quamdam primordiorũ mundi uniuerſalium ſuæ doctrinę ſolemniũ, ideſt appetitus ſenſus poteſtatis, quas ipſe planiore vocabulo primalitates appellauit. Sunt autem eius viri verba hæc: *His conſideratis, arbitror peruerſionem qualitatum in qualibet re, ſeu magnitudinem eſſe, vel venenum; ubi in temperamento nobis contrario in vehementiam eleuantur; vel nobile adiumentum, ubi in conſimili mirificantur. Videmus enim viperam viperæ non eſſe venenoſam, ſed homini, cuius ſputum è contra viperæ eſt venenoſum; quoniam in contrario illi temperamento ſit vehementia aliqua primalitatum noſtrarum. Et in omni ſemine eſſe hanc mirificentiam patet, quoniam tellurem etiam tranſmutat in ſe paulatim. Canes, niſi in rabiem agantur, unde mirificentur primalitates, non habent in nos venenum, nec ſubito nos immutant ut aſpis, ſed paulatim. Hoc autem verum eſſe antipathia rerum admonet. Magnes enim ſpirituoſus trahit ferrum, & non è contra, & chalybes*

etiam

etiam trahit, & non è contra: nec ſtannum, ſed ferrum; ita ut vehementia primalitatum in benefaciendo, & malefaciendo; attrahendo & pellendo, ſit quarundam ad quaſdam res vicini ordinis, ſicut in Libro 5. dictum eſt, & inter has tantũ fieri contagia morbifica, vel ſaluifica. Actiones autem eſſe à rebus, non quatenus corpora ſunt, ſed quatenus calida, & frigida immediatè; ſed nec qua calida, frigidaque, ſed qua calor & frigus conſtant appetitu, ſenſu & poteſtate. & hæ ſunt cauſæ diuinæ, & virtutes occultæ, quas Hippocrates olfecit, & quæſiuit, & non inuenit. Ita de Hippocrate Stylenſis noſter. Cæterum ſi quæſieris, ubi principiorum iſtorũ meminerit Cous ſenex; equidem mea ſententia produxerim præludium Lib. de Arte, in quo inſtitutæ ſuæ orationi attribuit ſapientiã, poteſtatẽ, atq; amorẽ; quẽadmodũ & Lib. 1. de Diæta n. x. & ſequẽtibus Harmonia, fatũ, neceſſitas, rebus omnibus mundanis, ſeu procreandis, ſeu gubernandis conſtituta ſunt: qui dicti ſunt influxus magni Campanellæ. Sed hæc quæ ſtrictim & obiter dixerim condonata mihi ſunto. Condonetur itẽ mihi poſt tantos viros, ſi quidẽ adiecerim interpretationem meam, quæ ſeruit ſale armoniaco innixa, quo ſale ubertim conſperſa eſt ſaliua omnis, potiſſimum humana, quod comperiat is facile, qui impuberis lotium igne congruo deſtillabit. Adſtipulatur noſtræ ſententiæ Petrus Io. Faber Monſpelienſis Chymiatros ætate noſtra maximus, qui Lib. 1. Myrothecii C. 30. de Cornubus Rhinocerõtis, etiã cerui diſſerens: *Valent*, ait, *potiſſimum ad venena, cornua illa, quod ſal eorum, quo turgent, vim habeat veneno contrariam. ſal enim ex ſe ipſo propter ipſius vitæ fundamentum venenis omnibus aduerſatur, hinc hominis ſaliua ſerpentes necat.*

Quo pacto vitalia beſtiarum veneno armatarum viſcera inoffenſa patiantur ἀντίστροφον propemodum caudæ venenum ſic ut maneant tuta. Diſquiſitio III.

HVic difficultati ſatis fecit Cardinalis Ponzettus Lib. 2. Cap. 26. Pag. 547. adſtruens hos eſſe habitus inter ſe connaturales. Quaſi velit illud inſinuare Melphenſis heros, quod hæc utraque principio aſſueuerint nil aduerſari: quemadmodum canis, & felis ſuapte natura ęmula, quę una in domo natę ad inuicem exordio conſueuerint, non inſidiantur ſibi inuicem, neque aduerſantur: verum pacatè degunt & una victitant patina quandoque. Aliter Ioſephus Quercetanus in Pharmacopœa Reſtitura, qua de Antidotis & Theriaca, cauſa omni etiam relata ad balſamum antipharmacum, quod ex terræ viſceribus ad vernum tempus hauriunt viperæ.

Quod ſi inſtes arguendo, quod hoc eodem balſamo ſerpentes debent omne de ſe venenum excutere; tuebitur ſe Ioſephus exemplo apum, quæ melle & balſami liquore aliàs affluentes, interim venenum aculeo fouent: præterquam quod nouo quocunque additamento firmum characterem obliterare natura non patitur.

Quid facit, ut idem ſuo ſit generi pernicioſum. Diſquiſ. IV.

Caro viperina compares viperas ut necet vorata.

ENimuero viperæ carnes viperis, aut aliis anguibus depaſtę vitam eripiunt. quam quidem rem experimento ſuo primus affirmauit Abbatius Cap. 4, ſecundus me numeratore Iul. Cæſ. Claudinus, qui & Theriacos Trochiſcos mortiferos perhibuit viperæ, ſub Sect. 6. Lib. de Ingreſſu med. ad inf. qua de viperis. Tertius autor Ioan. eſt Baptiſta Spontonus, qui Lib. de Pul.

Vi-

Viperino Cap. x. his ipſis viperas vidit enectas intra ſtomachum ſeptem horarum ſpatio receptis; quamquã hypotheſis hæc haud facile ſuadetur iis, qui aduertunt quod viperæ ſe inuicem admordentes minime necant, atteſtante Gal. Lib. de Theriaca ad Piſonem, & Libro de Inæq. Int. Cap. 6. Verũ nos neutri ſuppoſito incommodantes utriq; ſatisfecimus agnito inter hæc nõ leuiſſimo diſcrimine, ac diſparitate. Nimirum in irrita viperarum ſe inuicem admordentium energia, ſpiritus quędam qualitas attenditur; obſędentium vero carnium ſubſtantia eſt, quæ mortis eſt autor. Non occidit, inquã, vipera, quia ſpiritus parem ſpiritum exſoluere nequit: ut nos huiuſce Libri Cap. 14. monſtrauimus. Iam vero, quod viperas exanimet carneus earundem cibatus; id fieri credam ratione, quam alias expoſui: id eſt, quod viperinarum carnium compages haud venenata quidem facultate, verum antipathia venenum e feræ corpore propellit: illud autem animantis maxima ſubſtantia præcipuusque vigor eſt: quo cum polleat pręſente, ne mirum quidem eſt ſi langueat, concidatque iam abſente. quam ſubtilitatem, quamue cauſam ignoro num agnouerit Baldus Angelus, quum hoc problema tractans, illud emiſerit verbi, quod viperina viperis oſſa venenum propellat. Sed enim proximam, & coniunctiſſimam cauſam, quam ex nobis audiuiſti, non expreſſit.

Diſquiſitio V.

QVæſitum eſto, quo referas, ut aſſueti veneno, velnti Mithridates noxę non ſint ſuppoſiti venenorum. Audaciores quidem fuiſſe neceſſe eſt Ophiophagos, Pſyllos, Marmoridas, Marſos, quos nominat Ariſtoteles Lib. 8. de Hiſt. Anim. Cap. 29. & Bufoniuoros, qui iſta ſibi venenata etiam in cibum quotidianum verterunt. Item Aegyptiorum Sacerdotes, qui ſicut in epiſt. S. Hierony. refert, impune ſe caſtrarunt mo-

dicis cicutæ ſorbitionibus diutius aſſueti. Verum tamē illo præterito diſcrimine primo, quod tamen nullum fuit modicis momentis adiecto veneno conſuetudine: quod Gal. & Lib. 3. ſimplicium Cap. 18. notauit, poſt modum inducta familiaritas eſt; atque adeo conſuetis nulla fit paſſio. Deinde actio eſt inter contraria ſpecie: iam autem aſſueti veneno minime cōtrarium hoc agnoſcunt: quod autem pleriſque beſtiis eſt natura ſuſtinens veneni, cum nobis eſt aſſuetudo. Porro beſtię pleræque venena concoquunt, præſertim aues, anates, ibides, ciconiæ, gallinæ, ac præterea piſces. Quin etiam pleriſque mortalium ea fuit ſtomachi viſcerumque vis, ut venena digereret. Qualis fortaſſe femina fuit, quam Libro cōtra Manichæos Diuus Aurelius Auguſtinus narrauit vel nullo vel leui incōmodo venena hauſiſſe; quæ nullus reorum ſuſtinere quiuiſſet. Contradixit de conſuetudine placito huic Steph. Rodericus in Lib. v. de Met. Microcoſmi C. 12. credo Ponzettum imitatus in Lib. 1. de Venen Cap. 8. ſcribentem conſuetudine quidem mediocres inimicitias cōciliari, maximas & omnino aduerſas nō poſſe: quod etiā ſcilicet ab minutis deterioribus aſſidue captatis facile fieri poſſit ut minus lędatur quiſpiam: verū haud euenire, ut à veneno ſimiliter ingeſto per unam aſſuetudinis vim minime violetur. Aliter & τῶ ἀδυνάτω conſtantiam comment. Lib. Hip. de Alimento Sect. 2. Art. 4. Pag. 293. ſub calcem expoſuit idem vir, minime paſſus induci familiaritatem, aut amicitiam conciliari: quia ex parte naturæ fuga eſt, ex parte veneni furor. An ergo inter furentē & fugientem modus ſit contrahendæ familiaritatis? Statuit ergo fieri per aliam rationem, quæ eſt; venenum à principio in exigua quantitate ſumtum poſſe à natura noſtra ſuperari, & ſeparari, atq; in longinquam regionem, hoc eſt in aliquod emunctorium relegari, atque nullam noxam inferendo per annos permanere, ut Galenus de Innato veneno ſentit. Cæterum, cum iterum,

atque iterum paulatim idem venenum aſſumitur, ſemper quod repoſitum eſt per ſympathiam aliud quod denuo ingreditur ad ſe vocat à cordis municipio vocatũ. Hæc Autor Luſitanus: cuius & alia ſupra rem hanc diſputata legeris eodem loco; legeris item & hanc eãdem repoſitionem in dicto cõmentarii loco, quod præſumpta antidoto venenum expellebatur, vel ignobili loco ſeruabatur. Cauet autem hic autor erroris ſe diſſimulatorem profiteri, quod Mithridates aut alter homo quiſpiam aſſueuerit veneno, propterea quod extremam e diametro hoſtilitatem minime patiatur natura: quod tamen facile factum negotium luculenter expoſuit Sanctorius in Lib 4. Methodi vitand. errorum Cap. 6. quam ſuam diſſertationem lege. Nempe longior hęc eſt, quã ut hic inſeri liceat. Licebit autem addere quæ Sennertus Paralipom. Inſt. Cap. 9. ſcripſit. Sunt autem hæc: *Quod vero quibuſdam venenis homo adſueſcere poteſt, ut cicuta, & aliis plantis, ut & animalibus venenatis cauſa hæc eſt, ut hoc alleg. docuimus, quod venena quædam, ut plantæ, & animalia, etiam quid alimentoſi in ſe continent; quod cum corpori hominis apponi poſſit, cum eo & venenum ſe ſenſim inſinuat: alia vero, ut arſenicum, auripigmentum, & ſimilia, cum nihil alimentoſi in ſe habeant, iis nullo modo homo adſueſcere poteſt.* Hæc ille. Nunc audi, quæ de hac re opinatus Thomas Campanella Calaber, Stylenſis, Pręceptor meus venerandus in Libro ſcilicet Medicinaliũ, quã de eſſentia & cauſis Peſtis. Mithridates ait ſapiens venenis veſci ſolebat, ne poſſet ledi, vehementia primalitatum in antipathia qualis autem aut quæ ſi hæc vehementia, ex hoc autore dudum in hoc ipſo Capite ſignificaui.

Alia ratio nixa in ſubſtantia craſſa denſaque carnis ſerpentinæ ac ſimili victu: qua una comparat hoc ſibi quiſquam ſuetus his alimentis, ut facile reſiſtat iniuriis & inſolentiæ venenorum. quippe cor & præcordia reddita firmiora, ac ſolidiora, & impulſum aduenientis *Viſe Cap. 13. de ratione infectura.*

ho-

hoſtis ſuſtinent, & repellunt, non aliter quam homo quiſpiam armatus thoracem lorica, caput obductus galea quoſcunque hoſtiles inſultus tutus accipit, deridetque. Alii crediderunt, fieri repulſum aduenientis hoſtilis veneni, quia particulæ ſecundi ſtudioſe vorati per hominem veneni illæ ſunt, quæ noua iam & alexiteria natura parta ſede præoccupata contra nitũtur inſultanti, & ne noxa ſubeat refragantur. Nedum & altera problematis pars eſt diſſerenda nobis, quo lucide exponamus, ut tutus iam ſuæ ſalutis homo, qui aggerauit in ſe ipſo venenum, deleteriam huius vim in alios immittere queat.

Reſpondit Ferdinandus Ponzettus in Lib. 1. de Venen. Cap. 8. Pag. 52. Venenum tranſmutari in corpore ſumentis, ut perdat formam, & venenoſitatem: dum tamen permanet in ſtomacho, antequam digeratur, ſuo prauo vapore inficit os, & labia, quæ medio gulæ continuantur cum eo. Quare cum ſaliua infecta poterat de facili veneriare oſculantes. Habebat igitur illa puella ſemper aliquam partem napelli in ſtomacho, & in hunc ſenſum venenum ſpoliatũ à ſua malitia potuit verti in ſubſtantiã nutritam excepta parte quę erat in ſtomacho non adhuc digeſta. Iam de ratione, qua cõparetur ad venena aſſuetudo, & ex aſſuetudine venenorum apathia, dicendum eſt paucis. Ferdinandus Ponzettus in Libro 1. Cap. VII. de Venenis, cuius autoris doctrinæ dextrè ſuffragatus eſt Daniel Sennertus, in Paralipomen. Inſt. Cap. 9. & Parte 5. practicæ Sect. 7. Cap. 1. ut aſſueſcat quiſpiam veneno, requirit mea quidem interpretatione tria: unum eſt, ut materia venenifera tentetur in ventrẽ dimitti puſillulis momentis. Enimuero, ſi modicum ingeratur, hoc tantillum quaſi contemnens natura per inde ut nihil incommodi laturum, concedet, & non aduerſabitur illi. alioquin pugnam illico ſuſciperet de obiectis grauioribus male offenſa. Secundum eſt, ut gradatis in

dies modicorum ponderum augmentis progrediatur homo in aſſuetudinem uſque conſummatam propter πλῆσον ut ait Galenus δύνασθαι τὰ ἔθη, ϗ φύσεις ἐπικτήτους. Tertium eſt, ut offæ veneni delatrices ſubditam aliquam alibilis materiæ portionem comprehendant. Ita quidem plantæ mites in locum translatæ venenoſum aluntur, & augētur feliciter. Omnibus autem modis alienum eſt ab aſſuetudinis antipharmacæ conſilio genus omne, quod exſuccum & ἄτροφον corpori futurum eſt. Quartū animaduerſione maxime neceſſariū admonuit nos Pozettus dicens: *quia experimenti, ac periclitamenti verius quam artis hæc eſt aſſueſcendi peritia: ſi modo peritia dici debet. ea propter ad experientiam uſu longo comprobatam referenda eſt tota*. Quamquam ut ego interpepetror huic experiendi, tentandique praxi parum aut nil confiſus videtur Heros Melphitenſis. Siquidem,
» inquit, hominis vita neceſſe habet organis ac ſpiritibus »
» certa temperatura fotis. hæc autem ſanguine, aut hu- »
» more veneni infecto, nec generari, nec conſeruari »
» queunt, quod facultates naturales nil obiectum in ſub- »
» ſtantiam vertunt nutribilis corporis, præterquam ma- »
» teriam, unde animal conſtare poteſt; reliquum vero de- »
» pellunt omne. Atque adeo ſi vita conſeruatur alimen- »
» to. Hoc autem ipſum ſimile corpori eſt in fine coctionis. »
» In talem certè conformationē euadere materia vene- »
» noſa non poteſt, utpote quæ digeri atq; afformari non »
» poteſt. Prȩter hȩc incommoda fieret quoq;, utſi vis at- »
» tractix initio attraheret, retentrix retineret, cōcoctrix »
» concoqueret ſubſtantiā veneno inſolentem: inter hæc »
» expultrix minime ſubſeruiret hiſce virtutibus, quibus »
parere fuit parata. Hæc fere ad Auguſtinum Niphum ſcribens Cardinalis Melphitenſis: Quam de expultrice quidem prȩſente, nec expulſo tamen veneno difficultatem agnoſcens Steph. Rodericus loco dudum à me citato haudquaquam paſſus cum utili appoſito alimento coire veneni portionem, hanc prouide de ſele-

ctis

ctis orporis locis ad ignobiles, & ad inguina ablegauit: non aduertens tamen veneni vim ubilibet corporis haud poſſe ignauiter detineri. Atque ubi pro Roderico dices, & luis venereæ venenum diu deſes & torpidum ſæpe morari: continuo produxerit quiſpiam Syphilium venenum, haud vere, ſed analogicè uſurpari. Sed nihilominus Rabidi canis venenū, quod propriè dici fatentur omnes, ipſum ad 7. & ad 18. item, & ad 40. annos, nedum ad 40. dies iners & inefficax perſiſtit. Hæc nos obiter pro Roderico: cui tamen obſiſtit altera difficultas indicata verbis Ferd. Ponzetti, qui Lib. 1. de Venenis 1. Capite non admiſit ſub viuentis corpore remanſiſſe venenum; ſi quidem, ait, eſſet aptum inferre mortem. Quam ob incommodi cauſam Ponzettus aliā iniit viā, & ad præſtantiā optimæ temperationis confugit. *Cū nihil magis* (verba ſunt illius) *aduerſetur, & reſiſtat cuiuſuis diſcraſia & malitia veneni, quam bona & temperata complexio, quæ ſola reſtituit corpus in ſanitate: ideo eſt potius præbenda fides experientiæ, quam perſuaſionibus ſcribentium.* Ratio etiam ſuadet, quod maior contrarietas ſit inter venenum & cor, quam inter venenum & venenum. Non enim eſt dubitandum, quod virtus & robur cordis una cum ſpiritibus, & naturali calore aduerſantur magis non ſolum veneno, ſed cuilibet imaginabili diſtemperamento. Si enim ſaliua hominis interficit ſerpentes, & ſcorpiones, quia forte in ea eſt impreſſa virtus membrorum totius corporis, quanto fortius complexio temperata &c. alia, quæ digna ſunt lectu cum appendice Cap. XII.

Cæſalpini opinio conſultiſſima. Sic quidē iſti omnes: poſt quos placet adnectere ſententiam And. Cæſalpini, qui in Lib. 3. Artis medicę C. 6. non inficiatus conſuetudini magnam vim ineſſe: tamen putandum eſt, inquit, Mithridati atque alijs nō ſine antidotis huiuſmodi conſuetudinem tutam & abſolutam.

Sextum. Quid facit, ut, cum quid venenoſum intruſum eſt interno corpori, incontaminatū hoc offenſum peſ-

Cadmæus prope frater fratrem peſſundat, & letaliter habet, ſi aliud inuenerit, quod in homine oppugnet, cum eo congreſſum nihil infert mali? Aconiti porro, ſicut eſt apud Plinium Lib. 27. natur. hiſtor. Cap. 2., ea eſt natura, ut hominem occidat, niſi inueniat quod in corpore conculcet, cum eo ſolo colluctatur quaſi compari intus inuento. Mirumque, exitialia cum ambo ſint, duo venena in homine commoriuntur. Hoc de venenis, quæ intrinſecus accipiuntur veterum experimentum fuit. Aliud quoq; memorabile eſt de externe interneq; oppoſitis antipharmacis; quibus ad vulnus venenatum hinc atque inde adminiſtratis, ideſt horum parte vorata, parte applicata, venenum media via interceptum facillime deſit. Quod adnotauit Laurent. Iubertus Parad. 9. paulo priuſquam ad capitis finem perueniatur. Putauit autem eximius hic vir ab impoſitis topicis alexiteriis, non ſimilitudinis quidem vi, ſed contrarii pugna venenum trudi. Sed quæ produxerit ſcientiſſimus Auenrhoes referamus. Hic quidē Lib. 5. Collect. Cap. 23. quod eſt, de Bezaharticis: Sed cauſa, " ait, quare bezahar occidit, ſane non eſt, niſi quia " non habet prodeſſe, niſi quoniā in corpore eſt diſpoſi- " tio venenoſa. Ratio inquam Arabis Philoſophi, quæ quatuor negatiuis innixa nil explicat preterquam interminationem negatiuam, & in ſeipſam recurrentem ὑμνητικ ideſt, Cur bezahar pellit venenū tantummodo, cum corpus occupatum eſt aliqua venenoſa affectione. Reſpondet, quia tantūmodo habet hominem ſeruare occupatum, aliqua venenoſa affectum. Quæ reſponſio, queue definitio fert iudice me negatiuam definitionē, nil profecto ſatis fauentem, aut exprimentem. Quare nos ingenioſiorem, & luculentiorem, ſi conceditur, excogitamus. Summa autem rationis noſtræ capita sūt duo. Alterum: ſicut alimentum ſua ipſius natura rapitur ad nutribiles carnes: ſic venenum ſuopte nutu, non auocatum, recta fertur ad eorum obiectum, vide-

licet ſuum hoſtile & aduerſarium: quemadmodũ mors & mortifera vitæ aduerſantur, & vitalibus. Quamquam enim pleraque venena cerebro, ut cicuta; pulmoni, ut lepus marinus; veſicæ, ut cantharides, comparata ſunt afficere: nihilo tamen minus, ut Gentilis Fulginas aduertit, id propterea fit, ut cor in ſua regia tentent, quando, ſi cor præterirent, ne quidem mortifera forent.

Ad cor igitur, & ad huius arcẽ oppugnandam dirigitur recta venenum, niſi quid ipſum auocet & impediat. Impediũt autem plerumque multa: inter cætera occurrens quid ſubiectum, ut ſuccus quiſpiam vitioſus: cuius obiecto gaudet velut amica luto ſus. Verum quid exempla capeſſam extera; quando & Mercurii corallini & meteorumenum medicamentum, ſeu quidem internè, ſeu externe adminiſtratum accomodatiſſimam exhibet obſeruationem? In Camarina quippe Syphilia, in pituitoſa ſynouia, in colluuie ſuccorum putrida quã vi quaue præſtantia ſeſe exerceat alacritas Hermetica, ii ferant, qui quotidie medentur in Noſocomiis iſtorum hominum ingenti numero: quam ſi conuertam & in abſceſſus hypotheſin monſtrabo luculentiſſimam eiuſdem rei demonſtrationem. Coniectus enim in ſinus putrium excrementorum alter puluiſculus, quem præcipitati vel ſublimati dicunt: quantum dolorificus principio, tantundem exitu frugiferus comperietur. Cuius opera factas quis referat expurgationes, tum continuo fluidas, tum mox cruſtularum internis ulcerum oris, & emmotis obductarum, ſic ut veluti ſubuculas repræſentet: quas nulla alia medicamenta, ſed neque ignis ipſe, produxerint.

Ad alterum nunc deſcẽdam caput: quæ eſt una quaſi imperii ſolitarii cupiditas, & collegii impatientia, ſiue ut verius dicam inſolens & tyrannica poteſtas: quibus ſtudiis diuertens ad corporis infeſtamẽta cordis inſultationi facile ſuperſedet. Sic igitur Aconitum præcordii limine, quod inſectaturum erat, morbidum quid & pe-

-ſtiferum adoritur, atq; expellit: in qua occupatione decortus à corde furor medio ſub corpore refrigeſcit & elangueſcit ad inguina, ſicut Stephano Roderico Luſitano, vel extra corpus, ut Sebaſt. Baſſoni placuit eliminatus, demum à natura ſuperatus.

Hęc prioris hypotheſis & problematis eſt enodatio: alia & promta Paracelſeis eſt nodi ſolutio: qui adſcribunt medicinis ſcientiam & prędeſtinationem ſingularem, qua non agant niſi inueniant in homine inimicũ; ſicut nec magnes attrahit, ubi non eſt ferrũ; & ſtibium peculiariter ferrum adoritur. Quam tamen ratiunculam multis argumentis infirmat A. Libauius in Alchym. Pharmaceut. Cap. 14. quæ lector adeas velim mihi laborem eximens recitandi.

Quod vero ad poſteriorem ſpectat, agitatum ſeu cõtrarii vi, ſeu antipathia venenum, & à cordis tramite abſtractum, mox in medio inter bina alexiteria conflictatu tandem hebeſcit atque fatiſcit: aut fit illud propterea quod accenſum ſuum furorem καὶ ὁρμὴν ſatis eſt ut exerceat ubilibet corporum, quod occurrerit: occurrit autem primum id quod in propylæis cordis & in partibus naturalibus offendit; more ſcilicet furentis hoſtis qui cum aduerſario inſultare non poſſit, ſi eius induměta & ſupellectilem diripere & diſcerpere potis ſit, expletur ſua libidine ac prope ſedatur; aut veluti canis rabioſus, qui cum hominem mordere deſponderit, ſi baculum momorderit, contentus eſt. Hæc de problemate nos. Cæterum quid cauſæ ſit, ut venena ſtomacho aſſumpta vitioſos humores exerceãt, eſt tibi diſcuſſum à Mercuriali Lib. 1. de Ven. Cap. 12. quem viſe.

Cũ non liceat in aduerſarios, ſæuiunt in horum ſudaria quandoque hoſtes.

Hoc quoq; cordis aberrati principio & hac Analogia, ſi recte aduertis, conſequitur ex his: quod inter duo venena cum alterum alteri adiectũ fuit, deperit illud, altero per alterũ rapto, & à cordis oppugnatione abſtracto. Atque ex his quoque principiis profecto fit, ut inter duo pugnantia Antipharmaca depereat ſalutaris

eſſentia. Quod notauit Libau. Alch. Pharm. Cap. 5. nimirum aberrato tramite, quo cordi opis egeno ſuppetiæ fuerant ferendæ. Atque hinc etiam fit, quod admolientibus euacuationem pharmacis ex veneno ſuo domitis ſi Theriaca acceſſerit, vi catharticorum eliſa euacuatio interciditur, ſi Galeno credimus Cap. 14. tũ ad Piſonẽ tum ad Pamphilianum ſcribenti: Item Iacobo Syluio in Lib. 4. de Com. Medic. §. de Theriaca, necnon Hieronymo Mercuriali Comm. 4. Lib. Aphoriſmorum 15. qui tam extreme aſſenſus eſt huic Hypotheſi, ut profeſſus fuerit Theriaces vim & integritatem ſic demum explorari, ſi ſumpta ſuperpurgationes finiat ſtatim. Cum his quoque viris eſt Ioan. Coſtæus, qui ſuper Canon. Vniuerſalium Auic. 5. rationem eius rei tradit his verbis: Sanè illud etiam aduertendum hoc in lo-
» co, Theriacam antidotum non recentem ſolum cohi-
» bendæ purgationis habere vires, ſed idem etiam præ-
» ſtare antiquam, alia tamen ratione; tum quod vim ve-
» nenatam medicamenti oppugnat, tum quod humores
» ad ventriculum confluentes in cutem reuellit. Hæc iſti omnes: quæ admittit quidem, verum illud etiam addidit aduertitque Fallopius Empiricorum experimen-
» tum: ſi Theriace catharticis immiſceatur, eorumdem
» catharſin adiutum iri. Itaque antidota, inquit, mixta
» cum ſoluẽtibus agunt per virtutem ſoluentium, exhibi-
» ta autem poſt ſoluentia impediunt actionem illorum.
Secus autem A. Libauius, qui Cap. 14 Facto alio, ſicut ait, experimento inficiatus eſt hanc Theriacæ vim ineſſe. Verum, qui placito priori adhęſerit, hic facile vitioſum Theriacæ apparatum adſtruet in hypotheſi Libauiana; præſertim quando & legitimis careant hi populi: nempe viperas in Germania ſe nunquam vidiſſe refert Cordus in Comm. ad Dioſcoridem, hiſque angues oblatos quoſcunque ſubſtituant, ut idem Andreas teſtis prouocatus confeſſus eſt. Quanto autẽ diſcrimine, quam ingenti ſæpe malo ſit incurioſus & prępoſte-

rus

rus Theriaces apparatus, diſces ex his, quæ teſtatus eſt Aldrouand. Lib. de Serpentibus in ſermone de Vipera §. de Theriaca. Hæc de adulterina. Cæterum tam acribus in agendo viribus eſt legitima Theriaca, ut huius plenior admixtura virtutem alexipharmacam deſtruat aliorum, Antonio Guainerio cenſore Lib. 2. de Venenis Cap. 5. Lib. 5. Meth. Med. Cap. 13. & Lib 12. eius operis Cap. 7. & Auic. 6. Tertii, Tract. 2. Cap. ult. & Aetio Tetrabl. 2. Serm. 4. Cap. 6. & Paulo Lib. 3. C. 40.

Diſquiſ. VI.

QVo naturę decreto bina venena iuuant, quæ præter modum affectura forent intento bifariam veneno, ut inquit Ponzettus, furore materiam facienti. Verum tamen inſequitur ſalutis effectus, priore quidem à poſteriore abſtracto. Tradit exemplum Kircherus in Parte 7. Cap. 4. §. 2. ſicut frigore vitiata membra aqua impoſita niuali reſtituuntur. Iuxta illud Hipp. Lib. 5. Aphor. 21. & flamma caloris deflagrantia membra ſpiritu affuſo vini refrigeſcunt, ut experientia docet. Itaque frigus excedens frigore, calor calore delectatur.

Diſquiſ. VII.

QVo pacto fieri credas, ut ex peſſimo veneno optima eliciatur medicina? Quia ſcilicet ex mero veneno paratum arte alexiterium ſi reſpondere principio ſuo debet recte, quo letalius venenũ, & vitalius alexiteriũ exurgere inde debebit. Quo fortaſſe conſilio Germani, de quibus refert Libauius in Alch. Pharmac. C. 7. qui ſcilicet oblatos ſerpentes pro puluere captant nil curantes etiamnum ſub corylis hoſpitatos atq; alios venenatiſſimos. Nimirum in hoc alexiterio præſtantior reſtitit vis euocandi veneni, propterea quod, ut alias alio retulimus, viroſum ſit oportet, quod viroſam vim *Theriaca virtuoſus apparatus.*

euin-

euincere ſibi permittat: ſicque antidotorum exceſſus æquiponderans venenis.

Diſquiſ. IIX.

PEr quam cauſam ſit, ut ad primos Euphratis ortus, Aeliano teſtante Lib. de Animal. Cap. 29. ſerpentes naſcantur hoſpitibus non item indigenis inimiciſſimæ, atque uſque eo infeſtæ, ut aduenas morte multent. Ad hæc in Syria circa Euphratis maxime ripas, & dormientes Syros non attingunt angues; à vigilantibus vero conculcatæ, ſi momordere, nil lædere conſueuerunt, in alios cuiuſque gentis odium alentes, cumque indignatione vim letalem inurentes. Quam ob cauſam & Syri, quaſi ſcelus ſit, eorum nullo modo tulerint necem. Ita Plinius: qui addidit ſerpentes in Tiryntho puſillos, quos terra naſci proditur, inquilinis innoxios. Hac una quæſiti parte propoſita: cæterum & altera difficiliorem facit explicationem; quod in Latino Cariæ Monte tradat Ariſtoteles, à ſcorpionibus hoſpites non lædi, indigenas vero nec dari.

An hæc igitur ſympathias, aut antipathias vi fieri credas? Verum, ut hæc prompta ratio ſit, iners tamen & ſupina videtur. Ingenioſior ergo, & probabilior eſt excogitanda. Qualis fortaſſe fuerit eiuſmodi. Scripſit Agatarchides in parte Syrtium maiorum eſſe Pſyllos à Pſyllo Rege dictos, quorum corpori fuit ingenitum virus exitiale ſerpentibus, cuius odore ſopirētur angues. Aliis vero familiis genere Marſis datum eſt, ut corporis tactus aut ſudor venerationi ſit ſerpentibus. Sic horum unus Exagon dictus à conſulibus Romæ in dolium ſerpentium coniectus experimenti cauſa circum mulcētibus linguis miraculo fuit. Signum eius familiæ fuit, ad verna ſudoris virus. Iam autem ſicut in Cyrenaica regione Pſylli natiuam quandam vim nacti ſunt contra ſerpentes; ad hunc item modum, ait Strabo, ſunt Teu-

Aeliani teſtimonium.

tyritæ contra Crocodilos.

Huc mihi tota diſſertatio producta eſt, ut appareat ex his, prouidere ſerpentes ſua quadam ingenii perſpicacia, quibus parere ſubmittique debeant, quibus inſidiari: atque hoc utrumque affectione aliqua corporis & qualitate a ſenſibus tactus, guſtus, olfactus, exultãte; quas acri alioquin animantes ſagacitate percipere ipſæ queunt, nos vix coniicere, vix diuinare valemus. Fit autẽ, ut inſint hæ gratuitæ affectiones municipibus, quos reuereri debeant angues, atque adeo reuerentur. Cæterũ in exteris non exiſtẽtibus eiſdem, non abſtinẽt antiquo impulſi impetu naturę, ut omnibus iniuriam vel ſuſpicionem inducentibus continenter inſultent. Poſſunt alias exteri quid gratiæ, ſpecimini ſue boni præ ſe ferre; quibus nominibus conſultum eſt natura, ut quicquam mali non intentent angues. atque adeo non intentant. Quibus ipſis cauſis credo fieri, ut ictus ſuos ſcorpii multo pernicioſiores, quam viris infigant femellis, præſertim virginibus, quibus ſemper letales fuiſſe teſtificatus eſt Plinius Lib. 25. Cap. 9.

Vnde accidit, ut venenata admota ſint aſſumptis periculoſiora & calamitoſiora. Quod Lib. de Humor. notauit Hippocrates. Ludouicus quidẽ Duretus in Lib. 1. de Morb. Inter. Cap. 43. confirmata iam re ſibi obſerſeruatis experimentis dixit aſfici partes aut τὴν γειτονίαν ἔχειν· aut τὴν κοινωνίαν, aut propter vicinitatem propterque officii communicationem.

Addimus in hac hypotheſi nos eſſe hinc, quod eleuet veneni vim, hinc quod adiuuet. Porro quod ſpectat ad veneni vires retundendas, pleraq; multa poſſunt extare: primum pituita ſtomacho ſuffuſa, quæ ſi acidula ſit, longe potior erit; deinde robur eiuſdem ſtomachi, quod nonnullis hominibus eſt tale, ut non una venena eludat: tertius calor ulterior viſcerum atque halitus ex arteriis, quorum vigor ſæpenumero ſequeſtrat extraque fert venena, vel portionem eorum tenuiorẽ. Om-

nibus

nibus ad ſummam partibus inditum eſt ingenium, ut ſe ſuoſque compares tueantur.

Iam vero quod ſpectat ad externe receptum venenum, primum concluſum in auguſto loco vires cumulat, nedum detrectat ſuas. Secundo comprehenſos in veſtibulo ſpiritus nil obluctatos continenter extinguit: inde ſuccos, quæ receptacula fuerant, eadem expeditione inficit & corrumpit, tum ut integritatem ſuam conſeruent partes ſolidæ: tertio interim quid non moliatur ſtipantium undique carnium calore eodemque deductus ultra vectore. Adhærens quippe arteriis harum diaſtole attrahitur & cordi communicatur. Quanto igitur expeditior exterioris quam interioris infecturæ facultas eſt?

Diſquiſ. IX.

SVmptis ex vipera medicamentis nullus uſque alio, tum veneno inficitur, tum Libau. ibidem loci 161. Nimirum, quod valentiſſimè corpora immutat viperæ medicamen: ſupra quam alia non eſt immutatio. Hinc equidem autumo fieri, quod qui iecur ſerpentis ore attigerit, hunc neque attingunt ſerpentes: aut ſi attingunt quidem, nullam exinde inferunt noxam: quam nos rem doctos fecit Plinius Lib. 29. natur. Hiſt. Cap. 4.

De Helenii veneno. Diſquiſ. X.

HActenus Alexipharmaca ſalinæ facultas diſcuſſa eſt, ad Helenion hinc tranſeo plantam, quæ toxicum quidem eſt extrinſecus, ſtomacho vero recepta, commodum utentibus alimentum. Quippe Dacos, Dalmataſque prodidit Galenus Lib. de Theriaca ad Piſonem Cap. x. cuſpides telorum ſolemni hoc inficere veneno, quibus confoſſi cerui ſtirpis eiuſdem ſe paſtu tueantur. Quod problema cum primus Galenus in eo loco propoſuerit, haud tamen abſoluit. Noſtrum igitur erit, ſi noſtrum modo ingenium ferat abſoluere.

An

An igitur obtruſerimus ſimile, quod alium, & ſinapi extimo corporis habitu pyrotica, interno ſtomacho alimenta; Lithargyron contra, & Ceruſſa medelę ſunt ulceri, venena vero intus aſſumpta: Mandragora deniq; Hyoſcyamus, cicuta, externo corporis medicatu commoda, intrinſecus homini peſſima ſunt. Itaque ſitus corporis plerumque contraria facit, quod & ipſe Galenus in Cap. 3. Lib. Tertii de Temperamentis aduertit, cum ait: Nihil foris, intuſque parem agendi facultatẽ „ habet. neque enim, aut viperæ venenum, aut rabidi „ canis ſpuma, aut aſpidis virus, (quæ tamen ſi extrinſecus corpori occurrant offendere creduntur) parem „ vim habent, vel ſoli cuti applicata, vel intro aſſumpta. „ Quam ob cauſam non mirari non poſſum id, quod idem ipſemet Galenus oblitus eius, & quod modo memorato loco, & Libro ad Piſonem docuerat, Cap. eiuſdem operis de Theriaca adnotauerit: Cleopatram Aegypti Reginam Cæſari redditam captiuam, ne viuens in hoſtis manus veniret, & per ludibrium in triumpho circũduceretur, aſpidis veneno in brachium per ſuos ipſius dentes alte defoſſum infuſo concidere voluiſſe. Quod venenum equidem aſpidis ſaliuam interpretor. Quam abunde collectam in gutture mox hinc expuere ſcripſit Olaus Magnus. Equidem dico, ſi aſpides vorati, venenumque ipſorum epotum, ut Plinius fatetur, exitio non ſunt, quid offecerit non à libero quidem aſpide iaculatum, verum ex ipſo captum, & impoſitum? Dicerem, quod exterius applicata venena diriora ſunt, Hippocrate autore, Dureto comprobatore, item & Cęſalpino, qui Lib. 3. Medic. Quæſt. quod eſt de Venenis: an „ virus, ait in vulnere, in venas arterias, & neruos ſtatim ingreditur, comeſta vero caro in ventriculo concoquitur: ut ſi quod virus ineſt cum excrementis eiiciatur. „ Ob hanc cauſam ictus ferarum citius interimunt, quam „ venena aſſumpta. nam in vulnere ſincerum ſtatim ſubingreditur &c. Verum id intelligas oportet de viuis,

Eee idest

ideſt viuidis venenis, non autem de iam emortuis: atqui emortuum eſt virus, quod extra libertatem, & voluntatem anguis adminiſtratum eſt. Viſe autem, & hæc alia, quæ de dentium viperæ veneno dicta ſunt in Cap. 13. quæ quidem ubi minime ſatis fuerint, ad alias enodationes denuo capeſſendas deueniamus. Petrus Andreas Matthiolus videns necunde fieri poſſe, ut ex Helenio vis prodeat exitioſa, qua lemma fabuloſum, qua gramma mẽdoſum arbitratus eſt. Fabuloſum inquã fortaſſe, quod talis fuit ortus credulitatis, quem Aelianus narrauit. Eſt autem eiuſmodi. Cũ Thonis Aegyptiorum rex cuſtodiendam accepiſſet Helenam à Menelao per ſuperiora Africæ circa Aegyptum, & Aethiopiam oberrantem, inque eius amorem incidiſſet, & vim illi inferre conaretur, fama eſt, illã uxori Thonidis Polydamnæ rem omnem aperuiſſe. Polydamnam verò, & metuentem, ne propter formam ſibi aliquando præferretur Helena, ſimul miſerantem in Pharum expoſuiſſe, & donauiſſe herbam ſerpentibus illic abundantibus aduerſariam. Cuius ſenſus (ut ferunt) quamprimum perceptus eſt à ſerpentibus, illi paſſim in terram ſe abdiderunt: Helena vero herbam plantauit: quam cum comprehendiſſet, ſuo tempore ſemen ſerpentibus inimicum protulit, & Helenium, ut harum rerum periti aſſerunt, appellata eſt, & in pharo prouenit. Hæc Helenii fabula. Vnde Matthiolo ſuſpicio fuit alias etiam ſuſpicato pro τὸ ἐλλέβορον irrepſiſſe in codicẽ τὸ ἑλένιον: propterea quod Hiſpani cõſueuerint ſagittas albo veratro venenare: quod toxici genus ſic atrox eſt, vt animal interimat ante horam, nec alio medicamento ſanari vulnerati queant, quam deuoratis Cydoniis malis, vel eorum ebibito ſucco: quippe qui vim radicis reprimit. Verũ enimuero cumularit quantumcumq; ſciuerit probabilitatis Matthiolus; tamen haud aduertit, & internis viſceribus letale venenum eſſe veratrum album. At vero in hypotheſi Galeni conſtituta eſt helenii planta vitæ nil aduerſari. Verum quæſo non aduerſetur ſincerum,

Hiſt. anim. Lib. 9. Cap. 21.

cerum, ut natura prouenit, ſtrangulatorium, & conuulſorium medicamentum? Satius igitur fuerat, ut inficiis Senēſis homo conſiſteret, quas & nos conſulto ſequamur oportet, propter vulgatas alias codicis ſuſpecti cauſas, atque alias rationes. Enimuero Hier. Cardanus Lib. 1. de Venen. Cap. 18. tradens, quæ aſſumuntur, quod non ſemper exterius admota perimant, præter experimenta, & rationem ſuadere, cum minorem vim habeant: quod vero venenorum, qua exterius admota perimunt, ullũ interius aſſumptum non occidat, ſe nõ dum nouiſſe, & neq; nunc inuentũ eſſe, neq; in poſterum uſq; in ęternum inueniri poſſe, quod interius aſſumtũ non perimat tanquã venenũ. Verum amabo te Cardane ſiſte tantiſper, neq; ita ſententiam tuam pręcipites impoſſibile pronuncians hocce negociũ. Sunt quippe primę notæ viri, qui tibi contendenti velut Harpocrates ſilentiũ indicunt. Plinius, inquam, qui potum aſpidum venenum quantalibet copia dixit non nocere. Non enim eſt rabifica vis: itaque occiſa morſibus earum animalia cibis innoxia ſunt. Et Galenus in Lib. ad Piſonem teſtatus eſt Marſos aſpidibus veſci ſuetos ſine ulla noxa: qualium nihilominus ſerpentum ſic pernicioſum venenum eſt, ut per excellentiam dici ſolitum ſit, δῆγμα τοῦ ἀσπίδος. Nec vero tamen ictus viuentis anguis peſtiferus eſt, verum etiam venenũ ex eo captum, quo Cleopatrã Aegypti Reginam in brachium per ſuos ipſius dentes alte defoſſum infuſo ſublatã perhibet Gal. in eodem Libello. Sed multo maximum eſt Ariſtotelis teſtimenium; qui Lib. 1. de Plantis, Cap. ult. ſcriptum reliquit βελένιον, quod pernicioſum eſt, in Perſia natũ, in Aegyptum & Palęſtinam tranſplantatum edendo eſſe. Iam autem quia in Ariſtotelis Belenium incidimus; hoc ipſum puta fuiſſe Galeno, quod toxicum externe feris tutum eſt edulium internè. Quare ſi placet, pro Helenio Belenium ſubſtituens ſic emendabis Galeni locum hactenus offenſum.

Potum aſpidũ venenũ haud letalem.

Galeni locus offenſus nitori ſuo reſtitutus.

Cur Inſularum indigenæ ſerpentes innoxii ſunt. *Diſquiſitio XI.*

Ponzettus de Venen.

HActenus enodaui multa. Sed enim hîc unum expediendum reſtat ad calcem problema: quod antehac à nobis ſæpe fuit conſtitutum: Inſulis quibuſq; venenum abieciſſe ſerpentes. Cuius rei cauſa cum requiritur, hanc ego continuo doctis ingeniis memorarim; quod materia gignendorum malorum anguiū una colluuies corruptæ ſit aquæ cum terra: cum qua colluuie coniungitur & lentus ſitus, ſuam exhalans mephitim. Quæ bina vitia duplici tolluntur inſularium aquarum beneficio; & quod ſale digeritur natura ſeparatorio lentor, & quod fluore diluitur corruptela: interim vero diſperſa materia tota conſumitur, & aboletur. Sic nuſquam in inſulis concipitur venenata ſerpentium lues, licet ipſę concipiantur. Vnum tamen difficile ſidit, quod Sicula terra tetros mittit ſerpentes, ſed nihilominus inſula vaſtior continentis eſt loco, quę ad Auſtrum expoſita æmulatur auſtrales venenoſorum anguium feraciſſimas. Qua equidem ratione reſolui nodum oblatum ab D. Ioanne Rhodio Dano, incomparabili Latinorum principum autorum inſtauratore, dū apud Scribonium Largum Compoſ. 171. percontatus eſt, ecquid in Sicilia plurimi fiant rabioſi canes.

M. AV-

M·AVRELII SEVERINI VIPERÆ PYTHIÆ PARS TERTIA;

QVÆ EST DE EIVSDEM MEDICINA.

DE INDICIIS IVDICIISQVE VIPEREI VENENI. CAP. I.

CVm equidem in hoc Pythiæ Viperæ Libro, ad hunc uſque locum de Viperæ natura, deque huius venento, variiſq; problematis ad hanc rem attinentibus & numero plurimis, & grauiſſimis contemplatu pro virili pertractarim; video iam aduentare particulam Therapiæ ſeruientem. Quam tractationem equidem, quod ad me attinet, verè non inſtitueram, utpote quam alii ſatis ſuperque enarrarint. Verum quia cognoſco pleroſque id mihi vitio daturos, meoq; penſo non expenſo totum hoc opus hac parte deficiens æſtimaturos; ſatius hoc fore putaui, ſi compendio, quo fieri poteſt maximo, rem reliquam tranſigam; ſic facturus, ut ne videar huic muneri defuiſſe, cum tamen parce & ſobrie ſim hanc operam perfuncturus. Vtar igitur *Inſtituti ratio.*

tur

tur in pleriſque Nicandro, Dioſcoride primis, mox Galeno, Aetio, Paulo, autoribus Græcis omnibus, prout res feret, nunc fideliter adductis, nunc interpretatione noſtra donatis. Nicander eſto primus, qui cecinit hæc:

Tu modo vipeream ſpeciem, variaſque figuras
Aſpice: longa illa eſt, breuis hæc diſcrimine tanto
Fert Aſia, atque Europa, pareſq; haud videris vſquam.
Namque per Europam curtæ, queis tubera ſummis
Naribus exiſtunt, albæque, & cornua geſtant.
Hac Seironia ſaxa colunt, canumque Aſelenum.
Aſt Aſia unam aut plus turgentes paſcit in ulnam,
Quales ſaxoſum Bucarteron, Aegageeſque
Culmina celſa tenent, & Cercaphus educat ingens.
Latior eſt harum vertex, tractuque ſupremo
Corporis exigui, non longa volumina caudæ.
Squamarum ſerie aſſidua, nexuque rigentes,
Et piger inceſſus dumeta per hirta vagantum.
At mas hic longus, breuis ille; ſed omnis acuto
Vertice conſpicuus, gracilique aſtrictior aluo:
Cauda quoque in nodos ſenſim tenuata minores
Porrigitur longo pendens de corpore parua,
Squamiſque attritis: quod ſi furor aggerat iras
Lumina rubra micant, & linguis ora biſulcis
Lambens extremum caudæ finem aſperat imæ.
Vipereum proprio Cocytum nomine dicunt.
Huic gemini apparent dentes in carne venenum
Fundentes, verubus ſub femina pluribus atrox.
Ore etenim toto mordens illa hæret, & icta
In cute gingiua lato ſignantur hiatu.
Pingui inde haud diſpar ſanies emanat oliuo
Sanguineo interdum, vel pallida, tum caro ſeſe
Attollens viridi, rubroue infecta colore,
Aut liuente grauem dat magna mole tumorem:
Hic modo turget aqua plenus, bullæque frequentes,
Quales ignis edax ambuſto in corpore tollit,
Erumpunt ſparſim, fœdoque humore redundant.

Pu-

Putria mox plagam circumſtans ulcera & ipſam
Depaſcunt, ſanie tetroque fluentia tabo,
Flagrat & ardenti corpus conſumitur igne,
Et denſo crebri ſingultus agmine guttur
Concutiunt, ſonituſque cient per colla ruentes.
Membra rotat cæca vertigine, robore nullo
Stant lumbi, magnoque artus languore fatiſcunt;
Caligat, premiturque caput grauitate, ſitiſque
Interdum fauces arentes aſpera torret:
Sæpe rigent ungues, atque æger corpore toto
Horreſcit gelido, ſeu grandinis obrutus imbre;
Sæpe etiam in ſtomacho collectos bilis aceruos
Pallidus ore vomit: ſudor fluit undique riuis
Frigidior niuibus, quas cæli nubila fundunt.
Nigricat ipſa cutis, plumbi modo fuſca colore,
Cærulea interdum eſt, æriſue ſimillima flori.

Hæc Nicandri placita poſt ſuum Scholiaſten ſecundus Iacobus Greuinus in primi de Venenis Libri capite pleraque explanauit, quem adi poſt Nicandrum.

Secundus Pedacius Anazarbeus eſto, qui Lib. 7. C. 10. ait: *Si vipera momordit corpus intumet, ac vehementer areſcit, ſubalbidumq; colorem concipit. Sanies à vulnere profunditur, primum ſubpingus, mox cruenta: puſtulæ aduſtis ſimiles erumpunt: & antea depaſcens ulcus, quod in proxima repens, non ſumma modo corporis, ſed intima quæque corripit: gingiuæ iis cruore ſuffunduntur, inflammatio circa iecur erumpit, tormina, & biliosi vomitus ſequuntur.*

Ex his verbis illud comprehenſu difficile videtur, quod habet: τοῖς δὲ ὑπὸ ἐχίδνης δηχθεῖσιν, οἰδεῖ καὶ ἐφ' ἱκανὸν τὸ σῶμα ξηραίνεται. Qui porro extumeſcat magnopere corpus ſimul, & exſiccetur, animo complecti non poſſum. Nempe tumor immodicus repugnat exſiccationi, atque exſiccatio viciſſim tumori. At neque intelligo citra tumorem, quid ſit exſiccari corpus. Quas ob cauſas mendum irrepſiſſe in codice neceſſum dixi principio, cum difficultas hæc occurrit. Mendum equidem opinatus

ſum

ſum illud, quod pro [σῶμα] debet reponi [στόμα]. Sic enim ſuus omnis conſtat ſenſus: quando & os extumeſcere, ac ſimul exareſcere poteſt. Oris quippe ariditas, & ſqualor adeo notus eſt affectus, ut vulgo dicant os exardeſcere per febres, perque alias ab alto corpore profectas inflammationes. Iam vero, quod mea non diuinatio, ſed recta Dioſcoridis interpretatio ſit, facile declarabit Aetius, qui Dioſcoridis verba mutuatus, dixit Tetr. 4. Serm. 1. Cap. 21. *os adeſt exſiccatum.* Itaque recte Marcellus Virgilius Florentinus conuertit: *tumet, exſiccaturque à vipera morſu magnopere lecus:* ſeu quod incommodum illud, quod dixi, rite agnouerit, ſeu quod Cornelium Celſum fuerit imitatus, qui ſæpe locum, partemue corporis vocat. quo ritu & Pedacius corporis membrum corpus appellauit. Sed nos aliarum apud hunc autorem ambiguitatum enarrationem proſequamur. Primo Dioſcoridianæ hypotheſeos ichor à principio quidem ὑπολιπαρὸς *ſubpinguis*, ſiue id quidem eueniat admixtione diſciſſæ eius, quæ pingue quid reuomat carnis humanæ; ſiue rectius infectura ſaliuæ, quã nos viſcoſam, & leuem principio deſcripſimus. Id quod fortaſſe præſtat opinari. Neque autem te perturbet, quod ſic fieret, ut emitteretur in exteriora virus, non ſubiens alioquin interiora corporis, infecturæ inquam alioqui perficiendæ; ad quem finem ſuæ ipſius naturæ proprietas tendit. Enimuero, præterquam quod intro quæ permeat eſt portio ſpirituoſa, ad hanc tamen micula quantacunque materialis proportionis ſatis eſt, aut extra cadentem de vulnere humorem ſe ipſa tingere, aut intro etiam ſe propagare. Nimirum infecturæ vim, qualis, quantaue ſit, rite iam expreſſimus.

Ex Aetii verbis noſtra ſententia confirmatio.

Dioſcoridis ſenſus veſtigatio, quoad excrementum oleoſum.

Cæterum prodit ſanguis, quem plaga naturaliter exhibet, dicente Celſo, quod exit ſanguis ex vulnere iam recente, vel ſaneſcente. Prodit, inquam, ichor, ſeu ſanies cruenta, quem cum ſanguine tranſmeantem, ſed ſubſtantia diſcretum natura condidit ad eum modum,

quo

quo in dies e recentibus adhuc plagis quotidie cernimus prodire. Quam rem cum dixerim de hypotheſi Dioſcoridis, id & de cætera Pauli, atque Aetii ſimiliter intelligi velim. Sed illud nunc non omittam, quod Paulus ait: *poſtremo etiam æruginoſus*: quem nonnulli virus viperarum eſſe dicunt, nos fortaſſe rectius manãtem de vulnere miſtam cum ſanie utraque materiæ portionem. Eſt autem hæc poſtremum æruginoſa, propagante ſe in horas exuſtione atque incendio per virus alioquin igneum inducto. Meminit & ad pallorem declinantis liquoris Nicander primus. Exponit autem Greuinus, quaſi medii inter album & nigrum. Id quod ob veneni contagium accidit. Dum enim corpus occupauit atque obſedit, humores partium nutritioni deſtinatos corrumpere incipit. *Alius Pauli nodus explicatus.*

Hactenus hæc nos ferme perfunctorie de indiciis iudiciiſque veneni: cæterum ſi plura libeat audire conſulas And. Baccium hæc fuſe diſſerentem à Pag. 39. ad 44.

Aetius Amidenus Tetr. 4. Serm. 1. Cap. 21.

Reperiuntur igitur in eis, quos vipera mas momordit, vulnera in plaga bina; in his vero, qui à femina demorſi ſunt, vulnera quatuor. Primum autem ex eis excernitur ſanguis, deinde ſanies ſanguinolenta, & oleoſa: adeſt tumor birioſus, feruidus, bulloſus ſubruber, deinde liuidus, & denigratus, & proſerpens: os adeſt exſiccatũ, ardor, exſolutio, & frigidi horroris inſultus; aliquando & bilis vomitus, tormina, capitis grauitas, vertigo, pallor, ſingultus, febris, ſpiritus & anhelitus celer, color plumbeus, ſudor frigidus, Mors in horis ſeptem, aut ut longiſſima adſit tertia die in his qui non ſeruantur, & maxime iis, qui à vipera femina ſunt icti.

Paulus Aegineta Lib. 5. Cap. 12.

V. In viperæ tum maris tum feminę morſu ſimiliumue animalium virus iaculantium, dolor loci ſtatim ab initio ſequitur, mox totius corporis. Apparent etiam

in morſu duo foramina parua inuicem ſpatio diſcreta, fluitque ex his ſanguis, humorque ſanioſus, deinde oleoſus, poſtremo vero æruginoſus, quem nonnulli virus viperarum eſſe dicunt: præter hæc tumores iuxta morſum ſubrubri, liuidique, corporis color perit, vertigines oculorum, ſtomachi reſolutio & animæ defectus oboritur: quibuſdam etiam vomitio biliosa, urinæ anguſtiæ; inſuper puſtulæ in demorſa parte erumpunt, veluti ex ambuſtis. Item depaſtio ipſam inuadit, ad viciniam procedens, gingiuæ his cruentantur: accedit etiam tumor, ſopor, & frigidi ſudores: minori autem cum periculo liberari quos vipera mas, quam quos femina momordit, videntur. Ex his ipſis minus periclitantur hi, qui cibum præſumſerunt. Plerorumque ſymptomatum cauſas & rationes enarrauit Eminentiſſimus & Philoſ. & Cardinalis Ferdinandus Ponzettus in Lib. 3. de Venenis Cap. 8. diſertis his ſuis verbis: *Ex loco demorſo à vipera exit viris ſpumoſum, quoniam calidum & acutum cogit humidum in loco ulceris ebullire, unde vertitur in virulentiam, & ſuccedente putrefactione aſſimilatur ærugini æris. Exuſtio enim, quæ continue tendit ad nigredinem, tranſit per viride, velut per minus opacum, & interdum color occupat totum corpus, quando humores, ſeu humiditates, quibus nutritur, uruntur, vel putreſcunt. Sudor vero ſuccedit quando vires regitiuæ ex labore relaxant humiditates, & eſt frigidus, quando ſpiritus & calor prohibentur expandi; & interdum accidit ſingultus ex defectu digeſtionis, vel quia vapores vertuntur in ventum. Anhelitus vero coarctatur, quando muſculi pectoris exſiccantur multo calore: & tandem cum accidentia augentur, ſine præſidio moritur æger intra tres dies, & interdum prius, quando cholera æruginoſa hærendo muſculis & lacertis, cauſaret ſpaſmum; aliter poſſet differri.*

VI. Ad noſtra nunc ſcholia redeamus. Conuenerunt quidem omnes ſcriptores in tradendo primo, quod exit, excremento, quod Dioſcorides ὑπολίπαρον dixit, Paulus vero Aegineta & Aetius ἰχῶδες. At vero diſtant

in

in alio Dioſcorides & poſteriores hi duo Græci, quod Pedacius primo fluentem ſcribit humorem oleoſum, deinde ſanioſum: contra vero poſteriores, qui & inter ſe diſcreparunt in pleriſque. Aetius primus dixit: ex iis vulnuſculis excernitur ſanguis, deinde ſanies ſanguinolenta & oleoſa complexis, ut notare potes, uno commate, ſanguinolenti, & oleoſi, ſiue cum mixtura, ſiue ſine mixtura rerum appellationibus. Paulus vero, fluit, inquit, ſanguis & humor ſanioſus comprehenſis uno commate: ſiue ut miſcerentur, ſiue ut ſeponerentur ſanguinis, & humoris ſanioſi notationibus; deinde oleoſus. Audiſtis iam Aetii, Paulique diſerta verba; de alia nunc magiſtrorum iſtorum in rebus pleriſq; tradendis diſcrepantia & varietate quid dicendum non video; niſi quod pro corporum ſuſcipientium varia diatheſi, & multiformi habitudine cuncta hęc fieri poſſunt, canente Nicandro:

De autorum diſſidio iudicium.

Porro ipſo in vulnere quadam
It ſanies, quæ nunc pinguis, nunc eſſe cruenta
Cernitur, & nullum præfert quandoque colorem;
Sed quæ circumdat plagam caro, turgida mole
Tollitur, interdum rubicunda, ac palma videtur,
Liuida nonnunquam quodam velut hydrope gliſcit.

Sed & Vlyſſes Aldr. in §. de Viperę veneno; vipera demorſis, affirmat, aliis quidem atrum, aliis colores alios excitari; atque aliis quidem hæc ſymptomata, aliis alia fieri: quæ res non accidit, præterquam corporum, & naturarum ſuſcipientium ergo. Verum omnium enarrantium pleniſſime tum ſymptomata tũ notas viperini morſus expoſuit Albertus Magnus in Lib. 25. de Animal. per hæc: *Accidentia huius ſerpentis dicit eſſe Auicenna: quod ex loco morſus duorum aut plurium dentium egreditur à principio ſanguis; deinde virus feruens; & aliquando eſt ſanguis primum aquoſus, deinde ſpumoſus, & poſtea ut ærugo erit: & tunc conuertitur ad veneni ſubſtantiam, & colorem; & do-*

Aldrouandi ſuffragium.

let locus vehementer: & poſtea apparet apoſtema calidum, rubeum, habens bothor & veſicas, ſicut fit ex ignis aduſtione, & dilatatur, & deinde fit viride apoſtema totum prope morſum, & ſub foramen; & accidit infirmo in viſceribus inflammatio: & in corpore rubedo: & cum rubore deinde erumpit ſudor frigidus, & corruptio coloris declinans ad viriditatem, & commotio capitis ad vertiginem, & frequentia anhelitus, & nauſea, & ſingultus, & aliquando euomit humorem cholericum; & incidit in difficultatem mingendi, & grauatur caput; & quandoque aduenit ei fluxus ſanguinis narium; & ſentitur grauitas in dorſo, & erumpit ſudor frigidus, & tremor vehemens, & ſyncopis: & ſecundum plurimum moritur in tribus diebus; aliquando tamen manet uſque ad ſeptimum.

Calidi an frigidi temperamento magis obnoxii veneno?

Quod autem ad recipientium temperamentum, hoc eſt, an calidæ, an frigidæ temperaturæ homines facilius à venenis vincantur, hac de re diſputauit Andreas Baccius Lib. ſæpius laudato de Venenis; quo loco controuerſum eſt, an irrita reddi venena queant; Articulo 5. » Pag. 36. dicens: An calidæ ergo, an frigidæ tempera» turæ homines facilius à venenis afficiantur? Ex prædictis Galeni 3. ſimpl. Cap. 18. ſententia eſt, quod calidiores magis lædantur, tum quia venas hi habent natura latiores, tum quia impellentem habent ipſum met calorem naturalem, qui dum repugnat obſiſtere contra vim præpotentis veneni, venenum acrius inſurgit, ac ipſum calorem repugnantem perſequens uſque ad intimas ſedes, citius opprimit. Et contra, quæ minoris eſt caloris natura, ea minus repugnat, minuſque ſtimulatum venenum tardius afficit. Adde tamen Galeni dictis alteram cauſam, unde frigidiores poſſint nihilominus cito affligi: quia ut hi minus excitant veneni vim, ita & minus roboris habent renitendo pugnæ: citius igitur hos ſuccũbere, quã calidiores neceſſe eſt. Hæc vir Elpidianus de corporũ ſuſcipientiũ ad venenũ habitudine.

Ita Valles. Comm. Epid.

Aliam quæſtionem, qua dubitatur utrumne homo calidæ naturæ veneno frigido citius enecetur, quam

ſi

ſi alter naturæ frigidæ ſtomacho id receperit, diſputauit Ferdinandus Ponzettus in Lib. 1. de Ven. Cap. 6. qua diſceptatione ſi placet apud hunc auctorem utere. Cæterum non de abſolute maiori noxa, verum de curſu infectionis expeditiore differens Hieronymus Capiuacca in Lib. 1. de Venenis Cap. 11. ſuis hæc verbis ſententiam deſcripſit: *Siue venena ſint calida, ſiue frigida, celerius nocent corpori calido, quam frigido: in calido enim vis ipſorum citius ad cor perducitur*. Cuius eiuſdem ſententiæ fuit & Franc. Valles. in Comm. 6. Section. 6. §. 1. de Morbis populariter vagantibus omni efficacia relata ad valentiorem in calidis attractionem. Sed & pro efficientium cauſarum, id eſt, ætatum, temporum, locorum, victuum, materiæ venenatæ maiori minoriue vi, & acrimonia, diſcrimen multum recipere venenatos ictus certum eſt; viſumque, quod ad locos attinet, viperas inſulanas morſibus illatis nil nocere. Qua naturæ benignitate gaudere Pithecuſanas, & Capreanas Melitæis pares narrabat mihi Iulius Iaſolinus grauiſſimus præceptor meus. De Anglicis vero morſu innocuis teſtificatus eſt Ioannes Hougton vir egregie doctus probatiſſimus Medicus, meus amicus. De Creticis vero alii, licet in hac inſula nullas naſci viperas ſcripſerit Ariſtoteles. Ad hæc autem tanta eſt loci benignitas, ut neque venenatas beſtias ullas, aut natas aut aduectas in vita ſe tuentes admittant Hiberniæ loca; de quo naturali priuilegio geographi ferme omnes. Sed hæc nos obiter: qui ſummam iam conficientes, ſtatuimus pro vario cauſarũ efficientium & recipiẽtiũ more & concurſu varia itẽ ſerpentiũ, id eſt innocuorũ, & lethiferorum diſcrimina contingere. Quas ob res & in venenis ſubſtantię plurimũ, & qualitas, & affectio, modus, ordo, & pleraq; alia accidentia immutentur oportet. Sic ſuſpectus falſarũ aſſertionũ aut peccantis experimenti quiſpiã iſtorum autor videri non debet.

Prȩter hãc & alia diſſẽſio eſt de alterutrius ſexus maiore

iore malignitate ; volẽtibus nonnullis apud Conradũ in Vipera qua de Sexu, conuulſione corripi eũ quẽ ἔχις percuſſerit, ſedquẽ ἐχίδνα, non item. Atq; aliis huius album morſũ, illius vero liuidũ. Præterea ſentientibus aliis feminæ virus pernicioſius eſſe. Quod ſi daretur : id fieret quidẽ me iudicãte ſola cruditate veneni feminæ maiore, quã maris, licet mas ſpiritus præſtantia & excellenti vigore præpotentior eſt. Ob hanc cauſam, quam Pauli Aeginetæ codex à Guinterio conuerſus tradit, *Minori cum periculo liberari, quos vipera mas, quam quos femina momordit, videntur*. Fortaſſe ſatius, & integriori codice uſus Cornarius vertit: *minore vero periculo liberari videntur, qui à vipera femina morſi ſunt, quam qui à mare*. Baſil. & Aldi quidẽ ſic habet; ἀκινδυνώτερον δὲ δοκοῦσιν ἀπαλλάττειν οἱ δηχθέντες ὑπὸ ἐχίδνης μᾶλλον ἢ ἔχιος. Ita quidem Paulus contraria inter enarratores ſententia; quẽ autorem ſequutus eſt Auicenna Libro 4. Tract. 6. Cap. 32. dicens feminas incolumiores. Apertius vero profeſſus eſt Aetius grauiores viperę feminę, quã maris morſus, conceptis his ſuis verbis: *Mors in horis ſeptem, aut ut longiſſime abſit in tertia die, in his qui non ſeruantur, & maxime his, qui à vipera femina ſunt icti*. Apparet, inquam ego Seuerinus, ex his diriores feminę, qaam maris ictus. Eius rei cauſam referunt nonnulli pluribus ictibus, quos femina facit per quatuor dentes percuſſores caninos, vel ipſo Aetio narratore, qui ait: *Vipera femina quatuor habet caninos dentes, mas vero caninos solum duos*. Et deinde clarius: *Reperiuntur igitur in his, quos vipera mas momorderit vulnera in plaga bina; in his vero, qui à femina ſunt demorſi, vulnera quatuor*. Per hoc igitur inquiunt Mercurialis & Aldrouandus feminarũ, quam maris ſunt ictus deteriores. Cæterum ſi ex auctiore vel pauciore dentium numero maioris aut minoris diſcriminis & mali pendet iudicium; eſt mihi de hac ipſa re propoſitum examen, qua de Viperæ partibus.

Verum hæc non patitur Abbatius in Cap. 15. qui ſenſit

ſit tam mari, quam feminæ dentes percuſſores eſſe quaternos; quamquam feminis ſunt ſtabiliores & firmiores, quam maribus. Quibus maribus duo ſic hærent laxius natura, ut ſint plerunque decidui. Verum de dentiũ numero in utriuſque ſexus viperis in Sermone de Partibus veneno delibutis peculiariter diſputaui.

Cæterum, quod ad prænotionẽ attinet; victurusne ſit ἰχιδνηκτὸς, indicio hoc tentandum propoſuit Aetius, quod nolui reticeri. Centaurium cum vino tritum bibendum præbeto. Si quidem enim pharmacum euomet homo, morietur: ſi nõ autẽ, viuet. Hoc generale præſagium Aetio fuit. Cæterum ad Euſtachium Rudium in Lib. 3. de Morbis Occultis Cap. 18. ſunt & ſpecialia videlicet hæc: Si vipera percuſſus in ſyncopen incidit, ſi illi ſanguis e naribus profluit, ſi labia virorem adſciuere, ſi digiti extremi gelidi redditi fuere, ſi corpus omne concuſſum eſt tremore, &, ut Nicander ait, veluti grandine percuſſum ſibi videtur, certum eſt inquit ille.

Hæc omnis de Viperæ natura, & veneno ſententia noſtra eſt. Quam ipſam ſi forte fortuna doctus homo quiſpiam non approbarit, illud pro certo ſciat velim, non grauate me laturum, verum honoris, & beneficii loco ab eo accepturum, ſi tantum aliam ſuam probatiorem docuerit ſedate & candide uni & ſingulari publicæ utilitatis bono rem proponens: cui viro precor interim afflatum Muſarum.

DE

DE HIS QVAE ORDINANTVR AD THERIACAM APPARANDAM. CAP. II.

Qvemadmodum extrema in os cauda arrepta conuolutus in orbem coit anguis, Aegyptiis τοῖς βραχυγραφεῦσι recurrentem annum indicans: ſic etiam poſt longas rerum diſquiſitiones in Therapeuticam pragmateian iam deducta vipera noſtra Pythia redit in ſe ipſam demum, id eſt, in enarrationẽ ultimam de ipſius delectu per ſexus diſcrimina perque utriusq; præſtantiæ iudicium facienda. Quare & hæc pauca cum aliis quibuſdam à re propoſita non diſſentientibus, quæ cæteri profeſſores, vel nullo pacto, vel perperã attigerunt, huius loci coniectanea velim eſſe.

Nicander, qui primus omnium de vipera, & hoc genere ſcripſit, notas illas ſexus prodidit, quas in Cap. de Iudiciis recitaui. Gal. Lib. de Ther. ad Piſonẽ viperas eiuſmodi habitus voluit ſuis, ideſt Græcanicis, verbis: ἔστω δὴ καὶ ὑπόξανθα τὰ ζῶα, καὶ εὐκίνητα σφόδρα, καὶ μάλιστα ἐπανατείνοντα τὸν τράχηλον, καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς ὑπερύθρους ἔχοντα, καὶ ἀναιδῶς, καὶ θηριωδῶς βλέποντα. καὶ τὰς κεφαλὰς πλατυτέρας, καὶ τὸ πᾶν σῶμα, καὶ τὴν γαστέρα προκαληπότερον καὶ τὸν πόρον πρὸς ἄκρα μᾶλλον τῇ οὐρᾷ ἔχοντα, καὶ τὴν οὐρὰν μὴ περιειλημμένην. ἀλλὰ μᾶλλον συστρέφοντα, καὶ ἠρεμαῖον τὸν περίπατον ποιούμενα. τούτῳ γὰρ τοῦ ἄρρενος ἡ ἔχιδνα διήνεγκε καὶ τῷ πλείονας τῶν δύο κυνοδόντων ἔχειν, ὥσπερ δὴ καὶ Νίκανδρος. Quæ nos omnia ſic conuertimus: *ſint autem bæ beſtiæ* a *ſubfuluæ, & ad* b *motum agiles valde, maxime ſecundum collum* c *verticoſa, oculis* d *ſubrubentibus maculis diſtinctis,* e *audaces,* f *ferinè reſpicientes;* g *capita latiora,* h *ſinuoſius corpus, & venter;* i *alui meatus plurimum ad caudæ extrema diſpoſitus; cauda minime conuoluta in ſeſe, ſed potius ad ſuperiora reflexa,* k *remiſſiorem & quieti proximũ init femina motum: in hoc enim à mare differt, & quod plures duobus dentes habet caninos: quemadmodum Nicander aduertit.*

a Quia ſulphureæ.

b Quia ſpiritu viuido fœtæ.

c Sic prudentes dictitatæ.

d Quod bile vitellina reſperſæ.

f Toruæ. Torua leæna Virgilio. Atroces viperæ oculos dicit Gratarolus.

g h De femina dicta eſt fortaſſe.

i Seruicte cætera cauitate productiore fœtationib⁹.

i Vt generoſitas ſeruetur. Secus enim vermes, & lumbrici faciunt.

i Quippe quæ plus carnoſa, quam ſpirituoſa.

k Ἠρεμαῖον Greſſu incedat quieto, Iulius Martianus Rota Interpres Libri vertit. Segni vero tractu ſerpit Gyllus ex Nicandro. Inceſſus motuſque celer attributus eſt viperæ per Cardanum. Motu fertur temperatiore Scaligero in Comm. 2. de Animal. Cap. 18. Quin vero per Nicandrum, qui viperam femellam cum mare conferens de ipſa ſic ait:

Et plus gliſcenti ſe cauda & corpore tollit.
Vnde citatior hac ictos mors occupat artus.

In quo quidem diſſidio iudicium ut interponam meum ſic diſtinguendum eſt, ut duplex viperæ ſit inceſſus: lętus, inquam, & concitatus: hic ſit curſorius, is progreſſorius. Concitatum viperæ motum indicauit porro Nicander antecedentibus tribus verſibus, qui ſunt:

Porro ex vipereo quod noris germine prima
Femina; quæ veluti maiori accenditur ira:
Sic vehemente magis fert noxia vulnera morſu.

Sed & Aetius Lib. 13. Cap. 21. has notas tradidit omnium luculentiſſime dicens, vipera femina colore quidem eſt ſubflauo, multis inſtar rotarum notis exornata, magnitudine cubitali, longiſſima vero palmos tres æquat, caudam autem habet aceruatim in tenuitatē deſinentem, non paulatim imminutam; eſtque omnino carne nuda cauda, & aſpera; oculi vero ſubrubri, & caput latius, & anguſtius collum, ventrem autem ſinuoſiorem habet, & in greſſu ad ſummum caudæ nititur, ſenſim vero inambulat, & quatuor habet caninos den-

tes. Vipera vero mas eiuſdem eſt coloris, verum caput anguſtius, & collum craſſius habet, & uniuerſum corpus tenuius, & quodammodo prolixius; greſſum autem ſuperne, & circa ventrem firmat, & alacrius mouetur; dentes autem caninos ſolum duos habet. Paulatim vero cauda ei imminuta eſt, quemadmodum & reliquo ſerpentium generi, non aceruatim, velut in vipera femina dixi, & per hoc ſane à femina differt.

Hæc nos, ut abunde dignoſcantur, iudicauimus maris, & feminę diſcrimina ex aduerſo reſpondentia, quaſi per tabulam diſponenda in hunc modum.

Feminæ	Mari
Caput latius, collum anguſtius, ut plenitudinē cætero corpore reſpondentem ſeruent.	Caput anguſtius, collum craſſius cordis, utpote feræ viuidioris, ſeruiens amplitudini.
Venter ſinuoſior eadem corporis craſſitudine, & fœtationis diſtentione.	Vniuerſum corpus tenuius & quodammodo prolixius. acrius quippe.
Cauda aceruatim in tenuitatem deſinens, nō paulatim imminuta. cauſa fuit, quod hæc refert coccygem feminis alioqui latum.	Cauda paulatim gracileſcens, quemadmodū reliquorum ſerpentiū generi.
Ingreſſus ad ſummū caudæ promouetur. cuius cauſa dum quæritur, an illud fortaſſe fiat, quod curtulū alioquin ergaſtulum vel ab imo ſpirituoſa beſtiola fauētibus ad hoc muſculis nauiter propellere ac commouere valet.	Greſſus ſuperne circa ventrem firmatur, non impedito, ut in femina per fœtationem ſic alacrius mouetur.
Quatuor canini dētes, quare maleficentior ictu eſt ipſa.	Dentes canini duo tantū: quamquam deciduos duos alios dicit Abbatius in Capite xv.
	Genitale duplex. Extabūt autem appreſſis ad meatum digitis primoribus dextre.

Hæc diſcrimina & hæ notæ, ſi recte iudicaueris, omnes phyſionomiis utriſque bene perpenſis ab una ſexus forma deduci queant. Hactenus de dignotione ſexus; reſtat nunc expendendum, utrius ad Theriaces apparandæ commoda, maris, an feminæ, potiora ſint momenta?

Feminas quidem approbarunt tum communi conſenſu plurimi, tum Vlyſſes Aldrouandus Pag. 164. Quorum ratio mihi rem inquirenti videtur duplex. Altera, quod iratior & nocentior vipera, ut §. de Differentiis idem cenſuit; eo videtur aptior oppugnando veneno. Nempe ſi confeſſum eſt Crollio Lib. de Signat. approbatum, And. Libauio Alchym. Pharmac. monſtratum à nobis initio, de ſummo veneno ſummam eſſe medicinam; ſic certe, quo venenum intenſius, eo ex eodem medela ſalubrior eſt. Altera ratio eſt, quod mares effuſu ſeminis redduntur ſtrigoſiores, minus vigentes, minuſque ſpirituoſi.

A ſummo veneno ſummā eſſe medicinā,

Hoc quidem iſtorum iudicium. Verū ſi aduerſus multos arbitros perdoctos licet uni mihi quicquam audere, neque iſta ratio duplex quicquam efficit, ut viperæ feminæ debeant præferri maribus, & contra etiam alia longe diuerſa eſt, quæ facit ut feminæ deligantur. Quod enim ad primam argumentationem attinet; non facile conceſſerim id, quod aſtruitur, nocentiorem viperam feminam; & eo amplius: quod controuerſa res hæc apud Pauli enarratores viſa eſt ſatis. Et fortaſſe etiam illa propoſitio prolata Libauio Alchymiæ Pharmaceuticæ 7. vel non conſtat, vel non eſt de omni, quæ ſuadet, quo vehementius venenum, eo ſalubriorem futuram inde medelam. Sic ex ceraſte, ex dryino, ex dipſade (ſint hæ de viperæ genere, vel ſecus haud diſputo) ex aſpide, ex aliis quoque multis dirioribus ſerpentibus, anguibuſque conficeretur aptior Theriaca. Verum hos omnes excluſit Galenus in Lib. de Theriaca ad Piſonem Cap. 5.

Neque id maximi momenti eſt, quod ſecunda noſtrorũ ratio voluit, maritos viperarum fieri hebetiores effuſu ſpermatis: qui alioquin effuſus more paſſerculorum aut gallinaceorum non eſt; verum ſtatis anni temporibus, quod duplex eſt vernum, & autumni. Maioris fortaſſe momenti eſt, quod femina fouens, & pariens in anno quinquagenos catulos etiam flacceſcit. Enimuero ſi gallinæ gracileſcunt ouorum fœtura, quid non & vipera, quæ bifidæ vuluæ loculis myriades, ut Baldus ait, ouorum fouet, item non conceptu, fotu, altu, partu ſuorum viperinorum gracileſcat? Gracileſcit inquam, ita ut affectis multis partibus id fieri ſcripſerit idem Abbatius Cap. 10. Grauatur itaque longius ac plenius in generatione mater, quæ eſt onerosa, in partu doloroſa, poſt partum laborioſa (ſicut Iuriſperiti dictitare conſueuerunt) quam maritus, qui uno ſe coitu expedit à debito naturæ generationis actu. Ita ſqualentiores, & exhauſtiores ſpiritibus redduntur femellæ: qui ſpiritus integriores, & viuidiores rēſtitant maribus. Quas ob cauſas in uſũ Theriacę præſtantiores debent videri mares femellis. Porro ſi confectas viperas amat Galenus eas, Lib. de Theriaca ad Piſonem, quæ concitatiores, & viuidiores durant, propterea quod ſpiritibus abundant magis, quid non mares nos eligamus, qui hoc utrumque retinent? Ad hunc modum apparet non præcelli, ſed præcellere mares femellis.

Verum enimuero, quod longis ſeculorum decurſibus apud quaſque gentes conſueuerint deligi feminæ præ maribus, ne quid diſſimulem, dicam. Illa ſcilicet eſt cauſa quædam accidentis, vel accedentis commodi maxima: nimirum quod femina pulpoſior & carnoſior eſt omnibus modis. Talis enim perpetuo viſitur femina, nedum quidem in viperino genere, ſed & unoquoque alio. quod & Iul. Cæſ. Scaliger confirmauit in Comm. 2. de Animant. hiſt. Cap. 8. vel ita quidem ferente craſi, naturaque feminæ, quæ ſanguinis licet dilutioris

lutioris copia prꝗualet, quemadmodum Andreas Laurentius in Lib. 8. Controuerſ. 2. profeſſus eſt, multa naturæ condentis ſollicitudine, ne deficerent fœtubus alimenta; ſeu quod denique femina remiſſior in agendo torpidiorque eſt. Quare & minores ſubſtantiæ ſui met effluxus experitur, contrariis vero mares perpetuo ſtrigoſiores ſunt femellis. Sed & altera cauſa eſt, quapropter feminæ deliguntur, nimirum, quod quo tempore ad Theriaces uſus capi viperæ conſueuerunt, illud eſt vernum, quādo coëuntibus viperis neceſſum eſt plus effluxus utilis ſubſtantiæ fieri per mares, quam per femellas. Sic enim ſtrigoſiores & exſucciores his eſſe mares. Quare & feminas capi, & mares demitti conſultum eſt. Hæc utique ratio valentior eſt, cui det quiſquam facile manus.

Veruntamen hęc carnoſi venatus diligentia tum maxime æſtimanda, tumque approbanda magis eſt, cum neceſſitas id eſt penuria viperarum exigit. Vbi nimirũ compendioſus feminarum apparatus eſt. Cæterum enim ubi prouentus eſt horum anguium, aut maioris equidem, aut non minoris fecerim ipſe mares, cadente præſertim vere, aut autumno captos. Quod equidem cum hypotheticè protulerim, eſt & Cardanus, qui hoc abſolute præcepit Lib. 11. de Vene. Cap. x. qua de viperarum delectu dicens: *Vbi genus inueneris, præſtat è locis calidis aridiſque eligere maſculos.*

Iam igitur ubi noſtræ ſit optionis viperas habere ſuo tempore paratas, vere, vel autumno mediis: quæ inter multas propoſitas ab autoribus captandarum vipeperarum ratio videtur: tum nullo contradictore viperas feminas deligemus. Quod ſi per maris terrarumq; incommoda quæpiam aut impedimenta fas non ſit viperas obtinere ſuo tempore, verum cogamur his uti conceſſis utcunque; tum adagio Terentiano audientes neceſſitatique acquieſcentes, ut poſſumus quando ut volumus non licet; id eſt, ſi quidem viperas adminiſtra-

re

re feminas omnes ineunte vel medio vere non datur, tum maribus crimus belle contenti. Fuerint hi quippe non minus in rem accommodati, quam femellæ. Eadem quoque neceſſitatis ratio eſt, ſi maior marium, quam feminarum ſit occaſio. Nimirum hi multitudine ſuppleuerint carnis defectum. Omnibus autem modis minimum abiecta marium conditio debet videri. Cæterum & captæ tempeſtiue viperæ, tempeſtiue debent etiam trucidari, neq; ad Theriacam exhauſtæ ac longa tabefactę fame in Theriacam apparandam vocari. quod & Galenus monuit Pamphilianum, & nos Abbatius in Cap. 13. & Ioannes Baptiſta Spontonus in Cap. 5. P. 21.

DE THERIACAE FACVLTATE AC DE PRAESTABILI EIVS ANTIDOTI RATIONE. CAP. III.

§. I. *Alexipharmaci diuiſiones, & rationes.*

Praſtantia Theriacæ venenis debellandis excellens quidem, ſed minime compertus modus agendi.

COmpertum eſt & experientia lōga comprobatum antidoti Theriacæ præſtantiam ſummam eſſe venenis depellendis, caſtigandis, infringendis, ſeu calidioribus natura ſeu frigidioribus. Ratio autem ſeu modus, quo ſuccurrat homini venenum perpeſſo, quoue modo occurrat inductæ iam virulentię, non ita planus eſt, neque certus, his quidem volentibus illud, aliis aliud. Itaque ſtudioſi non contenti reperto ſolum auxilii fructu; inſuper & rationem illius venari curant; ut patefacta iam iſta, medelæ adminiſtrandæ viam teneant. Quo nos con ſolio inſtituimus in præſenti, ſi conceſſum ſit, facultatem hanc Theriacæ retexere, & rationem, qua ſaluti conferat mortalium, inueſtigare. Recenſebimus ergo primum ſingulas ſcribentium opiniones; mox probabiliſſimam; denique, ſi lector expectat, qualemcunque noſtram. Ad uniuerſum autem exponendorum captum,

Noſter inueſtigandæ rationis conatus.

ſup-

ſupponi prius oportet aliqua, quæ ſunt. Viperam in Theriacę confectione ſeu carnea eius ſegmenta veneni nō expertia nonnullis iudicibus ſtatuta eſſe: quippe quę per ſimilitudinē venenum ad ſeſe rapere profeſſi ſunt. Quę autem autē qualiſue ſit iſta ſimilitudo, niſi veneni? *Hypotheſis. 1.*

Ex aduerſo alii plerique nedum non ſympathiæ, verum antipathiæ, quæ oppoſita eſt affectio, vim agendi tribuentes, venenum in viperæ carne reſiduum nullum faciunt, utpote, quod cum amputatis viperei corporis extremis abſceſſit. *Alia opinio.*

Altera poſt hanc hypotheſis eſtō, quam Laurentius Iubertus Decad. 2. Parad. 9. de Alexiteriis & alexipharmacis expoſuit paucis obſeruata, quæ eſt hæc. Ea proprie Ἀλεξιτήρια dicūtur Galeno, quę punctionibus, vel morſibus animalium medentur; ἀλεξιφάρμακα vero, quæ medicamentis deleteriis obſiſtunt. Verum iſta non raro confunduntur, ut indifferenter omnia vocentur ἀλεξιφάρμακα, ἀλεξιτήρια, ἀλεξίκακα, ἀντίδοτοι, ἀντιφάρμακα; & Latinis Amuleta. Hoc tamen obſeruato diſcrimine, ut ea ſola antidoti nuncupationē mereantur, quę dumtaxat intus aſſumuntur. Reliquæ enim appellationes non minus admouendis, quam aſſumendis conueniunt: ut ex Galeni verbis colligimus. Facit vero duas alexiteriorū & alexipharmacorum ſpecies: unam quidem eorum, quæ venenum aut deleterium medicamentum ex patiente corpore euacuant: ſecundo eorū, quæ alterant. Hanc Iuberti partitionem, utpote quæ Galenica eſt tota, proxime æmulatus eſt Thomas Iordanus in Tractat. de Peſte 3. quam attigerat Cardanus Lib. 2. de Venenis Cap. 14, niſi quod alexiterii nomen ex radice, hoc eſt ex etymi vi interpretatus dixit, Alexiterium id vere proprieque eſſe, quod aduerſus eiaculata venena peculiariter prȩualet nocentiū ferarum; nempe ἀλεξιθήριον, quaſi ſeruans & tuens à feris venenoſis: non autem ἀλεξιτήριον, quod iuuans & conducibile ſimpliciter valet. Quam te reculam celatam nolui lector. *Hypotheſis 2.*

His

His ſic ordine propoſitis, veluti tabellæ modus omnis, & rationes, quibus generatim ac ſpeciatim Antidotus Theriaca obſtat, breui complexu proponetur. Hæc Antidotus Theriaca venenis occurrit, & homini venenũ experto ſuccurrit, vel per ſe, ideſt nullo alterius interuentu, ac directe; vel per accidens, ſiue per aliud. Per ſe quidem occurrit, tum attrahens venenatam ſubſtantiam, tum corpore cui inſidet hanc expellens, tũ eamdem extinguens, vel ut alii, dicunt corrumpens. Quæ terna quidem operarum genera Theriaca edit inſtrumentis, ideſt tũ viribus, inquam, occultis, tum manifeſtis, ideſt elementariis, & primarum qualitatum: atque utrumque duplici ratione & vi, vel ſimilitudinis; vel contrarii. Similitudine quidẽ attrahens; ut magnes, qui attrahit ad ſe ferrum. contrarii vero vi propellens, ut theamenes lapis, qui ferrum ab ſe abigit & exterminat. Hanc quidẽ antipathiam, illam vero ſympathiam conſueuimus appellare cũ Græcis. Hoc quidem ſuaſi multi, ſicut notauit Ponzettus in Cap. 6. Lib. 3. de Venen. veriti ſunt Theriacam applicare vulneri venenato, quia venenum ad cor propellat: contra confiſi nonnulli ſimilitudine attrahendi antidoton hanc nulla ambiguitate nec mora ſuperdederunt. Quæ ſympathia atque antipathia tum naturæ beneficio, tum impertitu cæli ſublimiore ſunt comparatę. Quibus utriſque addidit Laur. Iubertus & tertiam, quæ eſt ineffabilis temperatura ex vi mixtionis & diuturna maturiſſimaque ſimplicium in compoſitionem venientium fermentatione comparata. Cęterum extinguit aboletque veneni vim Theriaca, quum conſtet ex alterantibus tota ſubſtantia, quæ medii cuiuſdam temperamenti fauore deleteriorum malitiam frangunt, & obtundunt, vel ut Galenus docet, quæ mediam nacta naturam inter corpus noſtrum, & venenum huic aduerſantur firma alioquin experientia pernoſcenda. Hæc autem haud euidens, ſed abdita ratio cenſenda eſt. Ex quo abditarum rationum genere ſunt & aliæ tres. Tertia Hypotheſis ex eodem Iuberto mu-

Comprehenſio modorum præſtantiæ, quos Theriaca exhibet.

Per accidẽs alexiteria Theriaca.

mutuata. Pręter alterantia, ſunt alexipharmaca vacuantia ſic dicta; quia deleterium ex infecto corpore detrudunt nunc aſſumta ſtomacho, nunc admota.

Quod attinet ad proprie vocata Alexiteria, horum quædam ſolum admouentur, alia tantum aſſumuntur, nonnulla utroque modo actionem ſuam perficiunt, ut theriaca. Quæ non niſi admota iuuant; ſuũ hæc aut proprium virus extrahunt, aut quadam naturæ ſimilitudine venenum ad ſeſe alliciunt, quo ipſa delectatur. Aſſumenda vero proſunt quęcunque venenum id adeo frequẽter & ad vulnus, unde venit, ſtrenue propellunt. Quæ utroque modo iuuant, utrumque præſtare poſſe creduntur. Atque ſi eorum pars aſſumatur, pars vulneri applicetur, venenũ media via interceptum facilius extinguitur. Hęc quidem omnia per ſe valet efficere Theriaca, quæ eadem auxilio conſueuit eſſe per accidens, ſiue per aliud multifariam, ſeu calorem quidem natiuũ adaugendo roborandoque, ſeu vim partium expultricẽ exſtimulando, ſeu hoſti pręcludendo, ſeu ſpiritus vitales conſtipando, ſeu denique abſiſtendo, ac repellendo clypei inſtar: quod verbi commentus eſt Arnaldus Villanouanus.

Has differentias ferme cunctas, aut certe plurimas grauiſſime ſuper omnes ſcribentes complexus eſt Auicenna Lib. de Virib. cordis Cap. 11. per hæc: *Sunt quædam Theriacales illis qualitatibus indigentes diuerſis ex cauſis. Venenum enim, cui repugnant, contrariatur cum ſui ſubſtantia, & forte cum qualitate per ſe contraria, aut forte neceſſarium eſt ut medicina veneno repugnans ſiue calido ſiue frigido, ſit vehementis caliditatis multis ex cauſis: quarum una eſt, ut ſit ſpiritus fortis motus: ſecunda quidem, ut cum potentia mortificandi & Theriaci quam habet longe poſſit obuiare veneno, impugnando & expellendo ipſum, antequam cor attingat. Tertia vero ut ſit fortis ad corrumpendum, & combùrendum venenum in modico tempore. in quo cum hoc, quod dictum eſt, inſuper conſeruatur ſpiritus in ſuo ſaluo eſſe Theriacali proprietateque.* Hęc ille.

§. 11. *Placitorum omnium recitatio.*

SIngulas iam ordinis utriuſq; particulas explicemus varias Auctorum opiniones recenſentes. Primi autem exponentur hi, qui cenſuerunt Theriaca venenum explodi per contrarietatem. Horum unus eſt Gul. Rondeletius Monſpelienſis profeſſor elegantiſſimus, qui Lib. 6. de Piſc. Cap. 19. *Vipera ſuum* ait *morſum curat antipathia, non ſympathia*. Et Lib. de Inſectis Cap. 9. *Canis* ait *rabidi morſum erat Hippocampus marinus venenum veneno pellens*. Poſt quem virum Andreas Libauius in Libro Alchymię Pharmaceuticæ Cap. 7. propoſuit hæc: *Crediderunt & fortius alexipharmacum eſſe, quo venenũ præſentius, cũ viuere beſtiæ ipſa nõ poſſent, niſi veneni ſui remediũ ſecum haberent argumento ſcorpii, qui ſe ſuo ictu perimit innoxia citra ictum violentia*. Igitur quoniã vipera veneno valens ſimul & Alexiteria eſt tantundem: ſic in theriaca permixta ſuum ipſius illatum venenum continuo profligat, nec alio quidẽ pacto, quam ope contrarii. Quippe, ſicut notat Libauius, actio eſt inter ſpecie contraria: quocirca refertur hæc functio ad pugnã duorum, alexiterii ſcilicet & deleterii. Quod cõfirmat Libauius amuleto arſenicali, & buffonio, necnon, quod multa diuiſa ſunt venena, quæ coniuncta ſe mutuo ſic afficiunt, ut venenoſitas in adiumentum ſalutare commutetur. Longe plenius & compendioſius hoc viro Lauren. Iubertus Decad. 2. Parad. 9. *Effectus*, ait, *Alexipharmaci euacuandi non attractione; ſimilitudinis ergo fiunt*: quæ non contrariorum ſimilitudo & amicitia eſſe poteſt, ſed antipathia quædam, ut de purgantibus monſtratum à nobis eſt.

Huius quoque opinionis fuit & Marſilius Ficinus Lib. de Peſte Cap. 6. Pag. 20. planiſſimis profeſſus verbis à Theriaca venenum non attrahi, ſed propelli. Eandem quoq; ſententiã ſecutus videtur ante hos utroſq; viros

Aui-

Auicenna Lib. 4. Fen. 6. Tract. 1. Cap. de Medicinis cõmunibus ad venena, per hæc: *Sunt medicinæ quæ contrariæ ſunt veneno. quare non permittunt ipſum peruenire ad cor, ſicut Theriaca & Mithridatium.*

Accedunt ad hanc ſententiã, quæ vim contrarii decernit, hi auctores, qui cenſuerunt, Theriacæ operæ pretium ac meritum eſſe venenum ſiue obtundere ſiue corrumpere, & modis omnibus labefactare. Quod alii retulerunt ad totius ſubſtantiæ complexum, & ad occultã virtutem: alii vero ad balſami cælitus comparati vigorem: alii ad miſturæ temperatureque modum inexplicabilem, qui comparatur ex ſola fermentatione. Licebit his poſtremam aut verius fortaſſe primã attexere Galeni ſanctionem, qui Lib. Theriacę ad Piſonem Cap. 16. Theriacæ titulos impoſuit ignis purgatorii, ſeu quidem huic attribuens vitii vim abſumendi, ſeu corrigendi & cludendi. Verum ex primo auctorum ordine Arnaldus eſt Villanouanus, qui Lib. de Venenis Pag. 153. de Theriaca protulit hæc: *Soluit proprie venenum in vaporem ac fumum.* Alias vero dicit: *Vis ipſius eſt mediatrix inter corpus ſanabile, & venenum, ipſaque venena in clypeum reſpicit.* Et Introductio medicinæ C. 7. P. 136. dicit: *Liberat venenatum hominem à periculo mortis, quia venenum corrumpit & debilitat, è corpore eiicit: & ideo ſpiritus & ſanguinem & mineras ipſorum non ſolum à corruptione tuetur, ſed etiam corrigit in eis veſtigia corruptionis.* His & ſimilia in Introductione P. 51. & alibi.

Sed omnium ordinatiſſime rem complexus eſt Petrus Aponenſis in Libro de Venen. Cap. 81. & in quæſtione, utrum Theriaca magna ſit Bezahar, ideſt à facultate ſpecifica liberans à veneno an materiæ elementaris: *Liberans complexione, non forma curatio* (inquit) *cuiuſlibet veneni 4. modis contingit: quia aut frangitur acumen veneni, aut ſubſtantia eius reſoluitur, aut ipſum expellitur, aut ipſum per oppoſitionem ſpecificam corrumpitur, & ab eo eius virtus prorſus aufertur.* Pag. 276.

Poſt hos omnes auctores equidem ignoro cuius ſententiæ faciam Auenrhoen, magnum ęque Philoſophum ac Medicum: adeo videlicet vel multiplici virtute Theriacam decorauit Venenatam aduſque antidotum hanc profeſſum adnotauit in Cap. 19. Lib. de Peſte Ioubertus: aut incertus ipſe in hac re fuit. Sic enim in Lib. 5. Collectaneorum Cap. 23. de Bezaharticis effatus eſt: *Medicinæ, quæ vocantur bezahar, quæ curant à venenis, operantur has paſſiones conuerſim: hoc eſt, quia quædam permutant ſua qualitate venenum, quando ſunt contrariæ. quædam hoc operantur à tota ſubſtantia quædam hoc faciunt ſua attractione. Et iſtæ medicinæ bezahartica non curant, niſi recipiantur; cum eſt in corpore diſpoſitio venenoſa facta à veneno, tunc dant corpori unam virtutem, quæ eſt contraria virtuti veneni: & ſic curatur Venenum, quaſi per accidens. Propterea quando illas comedit homo ſanus, ſunt ſicut venenum, &c.*

Hanc poſtremam Auenrhois ſententiam diſertius & ab hoc eodem viro Cap. 7. Lib. de Theriaca Secundo enarratam non paſſus eſt facile H. Mercurialis Lib. 1. de Venen. Cap. 25. ſequutus vero videtur H. Cardanus L. 3. de Venen. Cap. 2. qui profeſſus eſt uſu Theriaces vitam abbreuiari. *Tu diu multumque Theriaces corporibus ſanis ne offerto.*

Quod ad eos, qui volunt Theriacæ vim eſſe corrumpendi venenum, ex his eſt Ioſephus Quercetanus, qui Lib. pharmaceuticę reſtitutæ longo ſermone de Antidotis, & Stephanus Rodericus à Caſtro Lib. de Meteoris Microcoſmi Cap. 5. cuncta Theriacæ bona remiſerunt ad unam viperam, & huius omnia bona retulerunt ad balſamum hauſtum ab hac fera, ſiue ex terræ viſceribus, ut ait Quercetanus, ſiue cælitus comparatum, ut ait Rodericus. Virtute ætherea in pauco vigentem dixit Theriacam Ficinus Lib. de Peſte nuper citato Pag. 40. Nouam aliam ingreſſus eſt viam Ioannes Heurnius, qui Lib. 11. Methodi ad Praxim de Alterantibus conſcripſit hæc: *Theriaca, & Mithridatium aperta abditaque vi maniſeſtis*

feſtis occultiſque cordis affectibus efficaciſſime auxiliantur. Abditam Theriacæ vim, inquit, *Auicenna*, *diuina quadam vi afflatam eſſe ſapientiſſimis omnibus videtur: quod fermentatione in nobiliorem vim ſeſe, erigat, quam orbis huius inferioris remedia offerre ſibi audeant aut poſſint. Nam ſi Theriacæ ac Mithridatii vis ex inductis remediis ſurgeret, recentiores erant efficaciores. Verum tantum abeſt vetuſtiores viuida vi contumaciſſimos morbos debellent ac diſiiciant. Decem annis ex Arabum ſententia Theriacæ abſoluitur fermentatio, Galeno ad Piſonem annis viginti. Verum ut regio fuerit frigidior ita prolixior ei fermentatio debetur. Quamquam fuerint apud Arabas, qui ſex menſium miſcela contenti fuerint: non tamen omnia mixtioni ex fermentatione tribuimus, quod diuinā quādam vim in eis ſpirat*. Hæc ille. Quæ iudice me verbo quidem tenus fermentationem adſtruunt cauſam cuiuſque *ευπραξίας* è Theriaca veram. Sed hæc ad miſtionem mixtio in reliquū temperamentum reſoluitur demum. Quare temperamentum in comprehenſibile Theriaces ab exacta mixtione ac ſubacta fermentatione profectū eſt id, quod tantopere commendat Heurnius hac oratione. Huc autem accipe animaduerſionem auditu non indignam, quam propoſuit ac reſoluit Bernar. Gordonius in Lib. de Febribus Particula Prima C. 14. per hæc; *Aduertendū, quod aliquibus videtur, quod Theriaca non operetur à tota ſubſtantia, quoniā illā dat natura, & Theriaca conficitur ab arte. Dico, quod quædam natura dat materialia, et ars præparat ac diſponit, & ultimo natura complet, ut in vino, blado, & Theriaca, & ita verſus 5. annos ſuæ confectionis vel circiter habet formam perfectam; quam acquiſiuit ex fermentatione miſtibilium, per quam operatur, et contra venena calida & frigida: quatuor tamen ætates habet ſicut & homines*. Hęc ille. Cæterum hę ſunt aduerſantis veneno Theriacæ facultates.

Ex aduerſo philoſophantes opinati ſunt alii venenū expelli non contrarii efficacitate: verum allici ſimilitudine. Ex his præter primum Galenum, qui Lib. de The-

riaca Cap. 16. Theriacam in attrahendo cucurbitæ comparat, Iulius eſt Cæſar Scaliger, qui in exercitatione ſubtilitatū Card. 33. §. ſecundo conceptis his ſuis verbis ait: *Cum Theriaca ſit ex veneno compoſita, & ex his quæ veneno aduerſantur, ex duobus extremis natura medium factum eſt arte. Itaque venenum additum eſt, ut peculiari ſimilitudine cognitum venenum appeteret, cumque eo ſe conuolueret, atq; ei afferret id quod ipſum vel expelleret, vel extingueret. Id quod à natura quoque in ſmaragdo factum prædicant, quemadmodū ex iis colligere poſſumus, quæ ex ſuis experimentis prodidit Auenzoar.* Huius ad unguē ſententiæ fuit & Barth. Maranta Lib. de Theriaca Cap. 3. & Tho. Iordanus Lib. de Peſte Cap. 9. & Ambr. Parens Lib. de Venen. Fuit & Alſimar. Lib. de Medend. Febribus Peſtilentibus Cap. 2. P. 617. uſus teſtimonio Gal. Lib. 5. de Simplic. medic. facultat. Cap. 18. docentis id fieri vel calore, vel totius ſubſtantiæ ſimilitudine, licet hic Galeno ſit ſermo non de Theriaca gutture vorata, ſed ad ictum locum adminiſtrata. Hi porro profeſſores Galenici fuere. Ex Arabū aſſeclis eſt Santes Ardoinus Lib. 1. de Ven. Cap. 10, quę eius eſt ineptia, Theriacā à trahendo voluit dictam; quamquam auctorem citat Haly Abbatem x. Practicæ Cap. de Theriacæ utilitatibus. Probatione adiuuit & hoc placitum magnetiſmo ſuo Athanaſius Kircherus Artis Magneticæ Part. 7. §. 1. monſtrans id fieri attractione magnetica, qua ſimile ſibi ſimile allicit. Modū autem tradidit hunc: *Si viperæ, quæ momorderat, carnes deuorandas patienti dederis, fit ut virus relicto peregrino & incompatibili ſubiecto proprium, ad quod naturali quodam appetitu fertur: carnem videlicet viperarum repetat, eique naturali ſubiecto adhæreat, toto membrorum exercitu in communem hoſtem conſpirante, indeque una cum maſſa venenifera cōiunctis viribus expellente. Hac methodo Erfordiæ in Germania ſeplaſiarium quemdam morſu viperæ ad extremum vitæ diſcrimen deductum, cum omnibus adhibitis antidotis nulla alia venenum pellendi remedia ſupereſſent, carnium eiuſdem vipe-*

vipera quæ momorderat eſu perfecte ſanatum vidi. Hæc Autor Fuldenſis. Quę ſententia conuenit profecto cũ altera Thomæ Campanellæ Magiſtri noſtri, qui L. 6. Medicinalium C. 2. Par. 1. Art. 6. *Qui vipera*, inquit, *demorſi ſunt, edentes ſpinam viperæ in puluerem actam liberantur, & viperas amare, ac tractare conſueſcunt*. Vide quę addit 4. de ſenſu rerum. Aliam attrahendi, phyſicam videlicet rationem commentus eſt Sebaſtianus Baſſon in operis Antariſtotelei Lib. de Actione, Intentione 1. Art. 6. Cap. 19. quod eſt de Puluere Serpentino ſuis hiſce principiis. Quamdiu calido exitum moliente ac propterea humidum diſſipante, illud contra humidum aduentitium atque auxiliare accerſit, ſibique copulat. quod ſi non debita fuerit inter hæc contraria proportio, ſed calidum plus diſſipet, aut contra humidum plus attrahat, quam debeat, ita ut vel nimia ignis violentia humidum citius abſumatur, ac proinde euadente calido res extinguatur, vel ex aduerſo, humido nimirũ exuberante calidum ſtranguletur: tale compoſitum ex igneo & humido non vocatur balſamũ, ſed illud in quo alterum contrariorum altero legitime temperatur. Talis igitur in temperie horum contrariorum proportio, ut cum valde frigidum eius calidum non expellat, niſi quod noxium eſt, idque per dentes, ut diximus. Mortuo vero colubro igneum illlud extinguitur, iamq; humidum liberius fit, ut humidum aliud prolectet. Atq; hæc cauſa eſt, cur exſectum caput ſerpentis emiſſo ſanguine, in quo potiſſimum calor vigebat, ſpiritibus illis feruidioribus ſolutis, ſi applicetur, humidum quod ſupereſt, in eius quod effluxit ſupplementum, venenum ex parte vulnerata proliciatur. Simili ratione pinguedo ſerpentis illita venenum attrahit longe cum maiore vi, ſi ſerpente arefacto atq; in puluerem redacto humidum ſuperſit pauciſſimum. Quippe venenum, quod eſt prope ſimilis naturæ, longe potentius allicit, quam humida,

§. III. *Theriaces effecta per accidens detorta.*

HActenus recitata Theriaces per ſe valentis commoda fuere: pergimus ad effecta, quæ dat per accidens. In quam rem Auic. Lib. 4. Fen. 6. Tract. 3. Cap 1. *Scias*, inquit, *quod canon maximus in curatione veneni eſt confortatio caloris innati, & excitatio eius ad expellendum, ſicut facit Theriaca. Et Cap 4. Fen. 1. Lib. 2. Bezaar,* ait, *eſt remedium, quod pro ſua proprietate conſeruat ſanitatẽ & virtutem in ſpiritu, ut veneni noxam à ſe expellat.* Ita quidẽ Princeps. Quẽ fortaſſis imitatus Iacobus Schegkius in Libello de Occultis medicamentorum facultat. Pag. 151. *Theriaca ſalubris eſt*, ait, *per accidens, calorem naturalem excitando, vimque expultricem irritando.* Ab huius viri ſenſu minime diſceſſit Andreas Libauius, in loco ſupra citato. *Fit*, inquit, *uſu Theriaces, ut calor natiuus immutetur, acquiratque principium repugnandi ſuæ beſtiæ ichore & bile venenatæ: in qua voluit Plinius venenũ ſubeſſe. Hæc autem ex craſi videntur ſuccedere.* Hanc quoq; opinionem ſequutus eſt Hieronymus Capiuacca in Lib. de Vene. Cap. 4. *Patet hinc*, dicens, *Bezaarticum extirpare venenum, non quod agat in venenum, ſed quia agat in corpus humanum, & illud roboret, ut veneno expellendo ſufficere queat: & ſic venenum à Bezaartico, quaſi per accidens curatur. Bezaarticum enim non agit in venenum, ſed per ſimilem proprietatem, quæ tamen maioris eſt actiuitatis, corpus immutat, ut huius actus ſecundus vi veneni iam deperditus recuperetur:*

Hæc medici dogmatici profeſſores, poſt quas diſertiſſime atque enucleatiſſima Marſilius Philoſophus & Medicus in Lib. 3. de Triplici vita Cap. 12. proloquitur ſic: *Dic age de Theriaca, quo modo contra venenum nobis opituletur; non educit illa venenum; abſtringit enim alumn, non mutat omnino tam ſubito veneni naturam. non enim hæc adeo debilis eſt atque mutabilis, ſed ſpiritum vitalem potius valde*

tenuem

tenuem & mutabilem ſubito conformi quadã ad ipſum proportione corroborat uſque adeo, ut ipſe iam validus tanquam agens una cum Theriaca velut inſtrumento, partim ſuperet venenum, partim mutet, partem præcordiis arceat. Sed quanam proportione ſiue virtute id efficit Theriaca? Iouiali ſimul atque Phœbea, quam ex commixtione multarum rerum ſecundum certam proportionem inuicem confuſarum ſibi vindicaſſe videtur. Eſt autem in ea virtus triplex: Hæc ipſa inquam cæleſtis, quam modo dicebam; item cæleſtis alia prius in herbis aromatiſque proprietas, quibus electis ipſa rite componitur: quæ virtuti prius dictæ ſubminiſtrat ad idẽ. Eſt inſuper alia virtus in pleriſque partibus eius, elementaris potius quã cæleſtis, veruntamen talis ut ſpiritui nutriendo conducat, ſtypticam dico & aromaticam qualitatem: illa quidem ſpiritum firmat, iſta fouet. Mirabilem ergo Theriaca vim nacta eſt contra properantem ſenectutem atque venenum, tribus videlicet, quarum una quidem eſt cæleſtis per artificioſam acquiſita commixtionem, alia cæleſtis iterum, ſed partibus eius naturaliter inſita, alia prorſus elementaris.

Inter hos omnes non ſilebo placitum Aureoli Theophraſti, qui Lib. de Morbis à tartaro Cap. 17. *Thirus in Theriaca*, dixit, *eſt venenum, non ut curet, ſed ut penetret, & deducat reliquas vires*. Hæc ille cuius opinione me hercules inſolente, & cæteris omnibus contradicente videntur pluris momenti fieri cętera Theriacam inſtruentia quam viperæ ſymbola una: quæ baſis eſt aliis omnibus profeſſoribus, adiuuantis autem loco poſita Theophraſto. Difficile autem non parum ſit venenum quale ille dicit ſtatui pro vehiculo, acutiſſima vero & penetrabiliſſima corpora egẽtia fieri vehiculi compoſitione. Verum enim vero fauet hæc aſſertio vetuſtiſſimæ Theriacæ, quę thiri vocabatur materia. Adiecta autẽ Thirus deſideranti vehiculum compoſitioni, quæ cauſa eſt finalis additæ Thiri, poſtrema hac opinione Paracelſi. Sed hanc tu lector accuratius expende.

§. IV. *Noua noſtra opinio de Theriacæ facultate.*

HAc plerorumque omnium rationes ſunt & modi, quibus præſtantiam energiamq; Theriaces exponere queas. Cæterum eſt & alia non adhuc ulli excogitata, ſed à nobis primum animaduerſa ratio, quam auditã fortaſſe dixeris haud deſpicabilem. Illa autẽ eſt eiuſmodi. Oſtenſum à nobis eſt, primum & præualens viperę elementum bilẽ atram eſſe, quã craſin ex facultatibus, actionibus, ſpirituũ motione, generatione, proprio charactere, adiacentibus, connexis, victu, rerum nõ naturaliũ & præter naturam indiciis plene cognoueris. Eſt atra bilis fermento grauida ſuapte natura, quæ acre refert acetum Gal. Com. 4. Aphor. 23. Lib. de ratione vict. Com. 3. humi perfuſa terrã abradẽdo ſubleuat Primi Prorrhet Comm. 2. & 1. de Natura Lib. facult. Cap. 9. & 4. Aphor. 21. De qua bilis atræ & aceti analogia diſertiſſimè perſcripſit eximius vir Laurent. Ioubertus Lib. 2. de Quart. Cap. 8. Vehementiſſima autem inter omnes humores, ferocior, ac turbulentior 2. Prognoſt. Par. 27. & Lib. 6. Aphor. 13. His cauſis viperæ carnes uniuerſam in quam coniiciuntur ſimplicium maſſam agitare, ſuſque deque trahere, in ſe rapere, atque conuertere præcellenter valent.

Valet etiam per acidam facultatem, quæ cum fermento eſt perpetuo coniuncta: quod acidum quidem putridi caloris ſoboles acris eſt, penetrans, incidens, reprimens, diſſipans, ſiccans: quippe quæ ſubtilis, ut ignis 1. ſimpl. Cap. 2. adeo ut attenuet uſque metalla Libro 3. de Comp. Med. per genera Cap. 3. prætera venenis aduerſatur 6. Epid. Com. 3. Par. 5. contra morſuſq; præualet Thiri. Operis de Comp. Medic. Sec. Gener. Lib 5. ex Dorothei Helii remediis ad heminam dandum. Ex Aetio vero Tetrab. 1. Serm. 1. potandum quouſque aceti qualitatem circa dexteram præcor-

diorum partem percipiat homo. Sed nemo unquam melius aceti virtutem antidotam expreſſit quam Galenus, qui in Lib. 6. Hippocr. de Morb. vulg. comm. 6. ait: Acetum vero, ut glutinoſos, quales fungorum eſu creantur, ſuccos diſſecet, vel etiã refrigerandi cauſa, ſicut aduerſus thapſiã requiritur. Lib. de Medic. expertis C. 3. Vt quid igitur ſpiritum venenatum ferę beſtiolę corpore ſubtergreſſum obtundere, reprimere, labefactare, corrumpere cordis penetralia petentem nõ debeat? Debet igitur hoc acidi feruoris atque vigoris hæc & ſimilia facere: vere autem & luculenter facit, uti monſtratum eſt. Hæc nobis congruentiſſima ratio videtur, qua venenis occurrat vel vipera, vel Theriaca per ſe.

Cæterum eſt & alia ratio per accidens, non autem ſimplex, ſed multiplex: primũ quidem calidi natiui copiis adauctis, ideſt illo ſpirituoſis viuificiſque animantis halitibus ample ditato: poſt hæc nulla mora emicans Theriaca primo ſuo robore robur etiam cordis & arteriarum iam confirmatum & munitum generoſius acuere atque irritare poteſt ad arcendam vim veneni; ſimul quoque præcludere vias veneno, quas alexiteria vis ocyſſime pręoccupauit, docente Gal. Lib. de Theriaca ad Piſonem Cap. 2. quod nemo hominum, qui demorſus ab angue Theriacam continuo vorauit, veneno ſuccubuiſſe viſus eſt. Quas operas tres omnes una acidi fermenti vis explet ac perficit. Quippe fermentatio calidum natiuum exaggerat, ſpiritibus & arteriis ad bellum extumeſcentibus & ampliuagos orbes ſphęræ ſuæ mittentibus; mox acido ſtimulatu peruellit eoſdem ſpiritus ad aduerſarii profligatum: ad hæc acido conſtipatu cogit, obſtruitque vias, & acido tandem vigore penetrat inimici caſtra congreſſum reprimit, diſiicitque, & quod ait Auic. corrumpit atque comburit.

Qui Auic. iſtorum pleraque diuine perſpexit, primuſq; docuit per hæc: *Aut forte neceſſarium eſt, ut medicina ve-*

neno repugnans ſiue calido ſiue frigido, ſit vehementis caliditatis: quarum una eſt, ut ſit ſpiritus fortis motus, ſecunda quidem, ut ſit vehementis extenſionis, ad hoc quidem, ut cum potentia mortificandi & Theriacali, quam habet, longe poſſit obuiare veneno, impugnando & expellendo ipſum, antequam cor attingat.

De craſſitudine & denſitate notabili carnium viperinarum.

Hæc acidi apparatus ordinata rite ſunt opera. Non ſilenda autem eſt denſitas & craſſitudo ſubſtantiæ viperinæ, quę per nos alias demonſtratæ faciunt, ut clypei cuiuſdam modo utraque obſiſtat, quo minus aduerſus huius, & clientis ſui partes quicquam intentet hoſtis, donec iſte tum à naturalibus tum arte paratis antidotis mirificis euincatur. Quæ cauſæ ſunt, ut anticipata Theriaces opera quadruplo aut quintuplo plus valeat quam veneno ſubiecta; peculiari Galeni teſtimonio Libro de Antidotis à principio. Expreſſit & hanc noſtram ſententiam, quæ eo quidem amplius probari debet, quod hacce via & calidis & frigidis venenis occurrere Theriaca poteſt, aliis aliorum modis non ita facile poteſt, ſi fermenti munus duntaxat excipias, diſertis plane verbis Athanaſius Kircherus operis Magnetici Par. 7. S 3. quæ ſunt: *Cum igitur nihil huic calori naturali noſtro, ſiue dictæ humoris craſi adeo contrarium ſit, quam venena totius ſubſtantiæ diſſimilitudine ei repugnantia: hinc Theriaca contra venenum ſumpta, contra hoſtem veluti auxiliares ſibi copias adſciſſis ſpiritus vitales, tenues, et qualitate contraria informatos, quos conformi quadam adipſum proportione animat, confortatque, & protinus iis veluti inſtrumento contra venenum inſurgens, id partim ſuperat, partim mutat, partim à præcordiis ſeclusum attractione in naturale ſubiectũ, trochiſcos videlicet viperinos, totius Theriacæ hypoſtaſin deriuat: ſicque victoria de hoſte reportata hominẽ priſtino vigori reſtituit.*

Hæc viri clariores de Theriaces natura tradiderunt; hæc nos nobiliora comperimus: per quæ iam omnia de multiplici antidoti præſtantia præſtantiæque ratione parte non modica conſtet.

VI-

VIPERARVM PRAECISAE CARNES AN SINT VENENATAE. CAP. IV.

§. I. Quòd venenum omne abiecerunt.

NVnc quod ubique offendiculo atque hæſitationi eſt, quæſtionem de carnibus viperinis, qua dubitatur, num venenatæ ſint, aut ſecus, expediam. Primum autem illorum nobis ſententia ſe offert, qui volunt, venenum elidi carnibus viperarum interanea & extrema utraque parte abſolutis. Nimirum quod amoto ad unguem ordine toto membrorum, quæ habebantur pro confeſſo venenata, reliquum corpus in eſcę vel medicamenti uſum ultro præmittitur, nulla veneni ſuſpicione. Quod ſi vino, aut oxalme colluuntur, ſale & anetho condiuntur, aut aliter componuntur; hæc quidem ferini victus mitius gratiuſque reformandi, nidoriſque tollendi ferini, ut Claudinus aduertit, prouiſio eſt: quæ halitus non virus quidem, ſed viroſam arguit habitudinem.

II. Præterea conſenſerunt omnes in eo, quod natura ſeminarium omne prauum ſecreuit ex venis, & ex uniuerſo corpore ad ſupremam corporis cuſtodiam amandatum. Ita Bononienſis Vlyſſes, ita Baldus Angelus Eugubinus, ita Conradus Tigurinus, & omnium diſertiſſime Sebaſtianus Baſſon, & alii. Quare carneũ viperæ fulcimentum liberum ab inquinamento manet, & purum; non alio ſane modo, quam columba ἄχολος eſt bilis expers, hac in uropygium translata, & cerui caro inculpata eſt, cauda extrema ſola hoſpite veneni; & felis pulpa tuto eſtur, cerebro manente noxifero: & dracæna laudatus item cibus eſt, quæ venenoſam omnem prauitatem in ſerratum ſuum ſpiculum ablegauit:

&

& melliflua denique tota eſt apicula, præter unam fibram aculeatam.

III. Propoſita nobis eſt à Gal. & a ſecundo approbante Auenrhoe, vipera media inter venenata; quæ per nos alias eſt tum deleteria, tum alexiteria monſtrata. Hæc autē forma duplex, quæ materia profecto, & corporis concremento fulcitur, non confuſa neque confuſis momentis partium cohæret, verum diuiſis atque diſclusis. Igitur portio, quæ veneno vacat, benigno donata more, caro eſt; maligna vero altera, quæ virus excepit & fouit, in caput relegata.

IV. Venenum omne viperæ per omne tempus, ſeu primę procreationis, ſeu diductionis, ſeu cuiuſq; motionis mente conceptum, & in examen acceptum perpetuo per ſuos canaliculos meat in deſtinatas ſuas functiones, & ſedes, perpetuo directum, & nuſquam alio conuerſum, aut reflexum. Non reflexum inquam ad carnes, neque affuſum: utpote quod haud alimento futurum eſt ipſis, quæ natiua alioqui prærogatiua ſucco meliore gaudent, & dulciore; qua per has ichore virulento non attracto, neque per venas vectatrices huc, ſed in caput impacto, quæſo te carnes viperinas veneni taxabis? Cum autem Horatius Lib. 1. Carminum Ode 8. & Lib. Epodon Ode 3. ſanguinem viperinum exhorruit egregie venenatum; equidem, contra quam argutauit Abbatius, dixerim non perceptum ſenſum poetæ, qui cruorem conceperat, non benigniorem illum, & mitiorem, qui alendo eſt, per venas nutritorias deductū; verum agreſtem alterum, & prauum per ductus priuatos in veſiculas, & in dentes demorſores delatum.

Horatii de ſanguine viperino ſenſus.

V. Ratio eſt Baldi Angeli Eugubini, qui ſuo primum experimento longo propoſito, quod vorata viperina viperis exitio nō eſt, veneno vi ſuffoſſo, continuò ſubducit veneni vacuitatem, propterea, quod virtus veneni propulſatrix, quæ carni ſubeſt, ſimul & venenum ipſum cōſtare non poſſunt. Adde, quod alimentum probatum eſt,

eſt, ſiue gallinis, ſiue canibus deuoratum. Quare veneni prauitatem non agnoſcit viperina.

VI. Si venenata viperarum eſſet caro, vel ſi veneni ſuſpecta fuiſſet ſapientiſſimis & prudentiſſimis primis Theriacæ conditoribus, hi profectò non admiſcuiſſent vehicula & adminicula perducendi qualitatem eius ad cor. Præter tot multa inquam inſinuantia non addidiſſent Crocum, qui Arnaldo, Guaynerio, atque aliis multis aduertentibus cor ſpectat, ſic ut de ipſo Hier. Cardanus Lib. *3.* de Venen. Cap. *3.* ſcripſerit hæc: *In Theriaca duo præcipua, crocus, & vipera: quæ niſi aptata ſunt, labor totus perit. Nam viperæ carne proprie reſiſtitur venenis, croco vero deducitur medicamentum ſtatim ad cor. Ideo hæc deligi debent ſumma cum diligentia.*

VII. Oſualdus Crollius Naturæ ſcrutator acerrimus viperarum abſciſſis capitibus & caudis ſeruat in antidoti compoſitionem hepata & corda, utpote principia ultima ac naturalia, unde potiſſima vis alexipharmaca. Quas porro partes ſi non facit veneno tinctas, multo minus veneno tinctas faciemus nos carnes, quæ harum duntaxat vires participant. Eodem pene argumento uſus eſt & Abbatius Cap. *6.* Pag. *22.*

IIX. Qui Abbatius & alia fuit uſus ratione. Quę videlicet eſt. Venenum viperæ ſeparatum eſt; quale eſt Cerno in extrema cauda, Paſtinacæ marinæ in aculeo, Dracænæ in cuſpide item ſua. Atque cum viperæ venenum hæreat denti, cæterum carnes innoxiæ ſunt, & eſui parantur tuto.

IX. Si venenum in ſe conderet viperæ caro in ſtomachum admiſſa, tum cum offertur demorſo truculentiam adderet truculentiæ, & venenum exaggeraret veneno, Nimirum quodcunque eſt tale, adiectum tali, facit ut magis ſit tale. Neq; arrhenicum adiunctum arrhenico huic aliquid ſubtrahet, verum roborat id quod inuenit & confirmat. Qua motum dantia, qua recipientia ſint oportet, ſi duo eiuſdem ſpeciei ſuppoſita deſtrui curamus:

ramus: quod in analogis, ut ſublimato, & ſtibii regulo, item in oleo tartari, & ſpiritu ſulphuris fieri Libauius obſeruat.

X. Eſt argumentatio pro Gal. atq; Ariſtotele propugnatoris Gaſp. Hoffmanni, qui Lib. Variar. Lection. contra Scaligerum extulit ea, quæ Par. 1. C. 4. de media viperæ natura retulimus, & præterea etiam iſta.

XI. Cum datur Theriaca in morbis non venenatis, ut datur quotidie; quid agit tum venenum in corpore, cũ non inueniat venenum, cum quo pugnet?

XII. Si credis Gal. Lib. de Theriaca ad Piſonem Cap. 9. profeſſo, quod eſt ingenita admixtaque carnibus viperarum iuuandi facultas; quęſo quo pacto cum hac dote cohæreat vis veneni? Hæc igitur haud ſubſtabit, ſi illa eſt.

XIII. Si mortua iam vipera viuum in cadauere remaneret venenum, conſequerentur inde multæ abſurditates. Prima, abolito iam ſubiecto, quæ forma & craſis erat viperæ, proprietas venenandi, quod accidens eſt, utpote ſequens mixtionem elementariam & complexionem ex mixtura profectam: necnon quia ſuſcipit intentionem ac remiſſionem (metra bina quibus accidentis ratio pernoſcitur Ariſtoteli) vel remaneret ſine ſubiecto per ſeipſam fulta: vel aggeranda eſſet forma ſubſtantialis, cui inniteretur ipſa proprietas accidentalis citra quidem neceſſitatem, verum non citra abſurditatem.

II. Vel ſi proprietas in materiam referenda eſſet, extincta iam priore materiæ diſpoſitione, introducenda eſſet ſimilis alia, per quam proprietas ſeruaretur animantium enectrix.

III Vel ſequeretur, quod ſubiecta quamuis denominationem capiant ab accidentibus, hæc tamen ipſis haud inhęrent: quę ſingula ſunt incommoda longe maxima. E binis igitur enunciatis, aut quod accidentia per ſe ſuſtineantur extra ſubiecta, aut quod ſubiecta ſe

ipſis

ipſis contenta perſtent ſine accidentibus. Satius eſt affirmare poſterius, quando videmus lapidibus precioſis, commutatione locorum, itemq; imaginibus arte factis longinquitate temporis exoleſcere minus ſuas virtutes, ſeu culpa opificum, & excuſorum, ſeu materiæ transmutatione, ſeu rei denique alius externæ culpa. Neceſſariis his cauſis omnibus certus ſis, haud veneni vitium in ſe fouere viperarum carnes vita iam caſſas.

§. II. *Veneno grauidas viperæ carnes.*

EX aduerſo ſunt aliæ doctorum hominum ſuaſiones, quibus carneo viperarum elemento veneni vis aſſeruari perhibetur. Primò, quod iſtæ pulpæ Theriacam ſubeuntes ordinantur attrahendo veneno. Venenum autem ſunt attracturæ ſimilitudine formę. Ergo non videntur exortes veneni. Quod ſi dices, ſimilitudinem hanc formæ iam non extare, ſeu totam, ſeu minimis etiam momentis comprehenſam, verum corruptam, & deſitam longa, ideſt decennali Auicennę, vicennaria Gal. fermentatione ac miſtione: occurrerim cum Gabriele Fallopio Mutinenſi, qui Libro de Compoſitione Medicamentorum Capite 26. fuse monſtrauit, quod ſingula in compoſitis medicamenta non immutantur, ſed ſeruantur, multis quidem Galeni teſtimoniis, ſed illo præſertim, quod eſt Lib. 1. de Antidotis Cap. 5. ubi diſquirens Heros Pergamenus, quid utamur Theriaca cunctis ferme affectibus curandis, & unde tot adſint uni facultates, decernit, quod plures edit Theriaca functiones, quia pluribus nititur medicamentorum facultatibus. Neque vero Theriaca tam multos promeret effectus, ni totidem etiam eſſet conflata medicamentis. Quoniã autẽ compluribus conſtat medicamentis, ideo complura, & diuerſa prodit effecta, ſuis reſpondentia medicamentis. Cæterum complures in hoc genere pone theſes ex Fallopio mutuatas. Prima, quod

 lon-

longinqua fermentatione deponunt tandem medicamenta ſuas in compoſito vires. Secunda, quod ex omnibus medicamentis longo dierum curſu cõceptis, forma fit una, & temperatura noua una. Tertia, quod ex diuturnitate temporis obliuioſa deperit illa prima poteſtas compoſitionis, & alia deterior accedit; ut accidit profectò Theriacæ & Mithridatio, ultra decem, aut quindecim annos inueteratis. Habetur hac iam diſſertatione, quod valent Theriaci paſtilli trahere ſua vi venenum, atq; adeo ſeruant in ſe illud. Quæ ratio prima eſt & potiſſima factionis iſtius; cui præfuerunt primus autor Lib. de Theriaca ad Piſonem Cap. x. H. Cardanus, & Iulius Cæſar Scaliger in diatribis de Subtilitate. Aureolus Theophraſtus Lib. de Morbis à Tartaro Cap. 17. Palmarius, Stephanus Rodericus in Comment. Hippocratis de Alimento Sectio. 11. Articulo III.

I. Propoſita duplici venenorum natura: quorũ quidẽ facultates alteræ ſua ſint ſpecie anguſtiores; ſpecie ſcilicet ſua permanente, qualitate vero abolita venenoſa; ut pomorum Perſicorum: quod eſt apud Gal. Secundo De alimentorum facultat. Alteræ facultates ampliores ſunt ſua ſpecie in animantibus vita abolita, ſed venenoſa facultate non abolita; ex quibus, inquit, tum vipera, tum araneus eſt, tam alia quædam.

II. Venenum ſuapte natura infectorium eſt. quare ſi viperarum extrema ſunt venenata, ut vulgo medicorũ conſtitutum eſt: igitur & medium erit venenatum. Porro quæ virtus utroſque ordines diſcludat, quis non venenata tueatur à venenatis?

III. Reiiciuntur omnium medicinę dictatorum calculo iecur & cor principes uniuerſi corporis rectores & conſeruatores, mox pulmones, ventriculus, teſtes, uterus, & exta omnia communi uno nomine, quod veneno inſito aduerſantur. Sed hæc conda & proma ſunt organa, ideſt fontes irrigui, ex quibus virtus fluit, & la-

te

te diſſeminatur in reliqua.

IV. Si carnes viperinæ non eſſent fartæ veneno, ne poſſet quidem alexiteria ſpecies inde parari. Atqui paratur. Igitur, &c. Aſſumtum vero confirmatur: ſiquidem non extruuntur magnæ medelæ, præterquã e magnorum venenorum materie. Sic cum lapidem philoſophorum ideſt uniuerſalẽ medicinam Chymici magiſtri moliuntur ad reparanda vitia ſalutis, & vitæ, calidi natiui viribus ſolide roboratis ex atrociſſimo illum veneno ſuffodiunt; Itemque ex venenatorum vegetabilium familia cathartica probatiſſima demetunt, & ad ſummam etiã,ut comparatiue rem efferam, quo tetrius natura venenum, inde præſtantius elicitur alexipharmacum. Vt quid igitur veneno nullo donatas carnes facias viperinas, quæ veneno ſunt obluctaturæ? Sunt igitur carnes vipereæ veneni dote probatæ.

VI. Ratio priuata Libauii in Lib. Alchymiæ Pharmaceuticæ Cap. 14. contra Baldum Angelum, qui propoſito primum experimento quod viperis exceptę ventriculo carnes viperinæ pernecabiles ſint; mox affirmat veneni expertes eſſe ipſas. Arguit hũc Andreas dicẽs: ut quid igitur non ſint venenatæ; ut unde aut qua vi mortificæ ſuo generi fiant? Satius igitur, ut ſtatuantur venenatæ.

VII. Venenatæ videntur carnes ſerpentium. quod Ariſt. Lib. 8. Hiſt. Animal. Cap. 29. & Plinius Lib. 10. C. 72. prodiderunt, omnia in genere ſerpentium magis exitialia, quæ ſuum genus odere, antequam noceant. Accretio porro illa veneni ex comparium comeſtarum carnium fit acceſſu.

VIII. Vipera attrahit natura venenum: atque hoc vi ſimilitudinis ſubſtantiæ. Communicant enim quæ ſic attrahunt materia, ſicut explicat A. Cæſalpinus in Lib. 3. Art. med. Cap. 2. igitur, quia ſimiles venenatæ ſunt carnes viperinæ. Sic obſeruatę fuerunt venenatæ Ferrando Ponzetto Cardinali Lib. 1. de Venenis Cap. 12.

& quia ſtatuerit venenatas, propterea confecerit ſimi-litudinis vi trahere venenum.

IX. Communis omnium profeſſorum notio eſt, in hunc uſum paratas carnes eſſe viperinas; ut ipſæ ſua vi venena debellent. Illud, aiunt, præſtabunt, ſi veneni non ſint immunes: non autẽ ſi à veneno ſint abſolutæ. Nempe ſicut ait in Alchymia Pharmaceut. Cap. 14. Libauius, non poteſt multum potens aduerſus enormia venena eſſe id, quod cum cibo aut potu uſuali, etiam ioco ſumptum homines uti ſunt relinquit, & non valide immutat. Validè autem immutans eſſe debet, quod exigere de corpore venena proprietate antipathias iugulata debet. Quid autem eximii medica ſuper facultate habeat id, quo veſcantur impune ventres? Antidotorum exceſſus æquipollens eſto venenis. Hac quidem ratione exeſa viperę caro demorſum ab hac angue hominem liberat, quod Rudius Lib. 3. de Morb. occult. Cap. 18. notat.

X. Si veneno particeps viperę caro non eſt, amabo te, quibus uſibus tanta, & tam multa undique ſtipãtia correctiua? Porro viperea caro, quemadmodum & nomẽ κάτ' ἐξοχὴν indicat, & explicatiſſime ſuper noſtros omnes nuncupauit ſubtilis tum Philoſophus tum Mathematicus Athanaſius Kircherus in Art. Magneticę Part. 7. & A. Libauius Alchym. Pharm. Cap. 12. cuius & Cap. 14. τὸ πᾶν Theriacæ dicta eſt. Præter baſin autem in unaqualibet recta compoſitione tum adiuuantia tum corrigentia reſtant. Iam vero, quoniam adiuuantibus non eſt opus, Antidoto tam magnæ, qualis viperina caro eſt, reliquum eſt, ut quę admiſta fuerint locum impleant corrigentium. Corrigentia igitur plenè ſunt omnia, quę vipereis pulpis ſunt adiecta: quę cum numero & quãtitate longe viperinos excedant artiſcos. Aduertit hoc Tho. Iordanus Lib. de Peſte. Reliquum eſt, ut caſſa ſit congeries tanta, ni venenatam viperę carnem comprimant & caſtigent. Huic igitur uſui quęſita mix-

tio

tio, quæſita præparatio, quod Cap. 9. Lib. 3. de Venenis Andreas Cæſalpinus aduertit. Eſt igitur viperea caro venenata per primos Theriacæ arbitros & confectores.

§. *III. Noſtrum inter utraſque partes decretum.*

HAec iſti pro ſua tuenda ſententia producere queant. Cæterum inter duas haſce acies, atque inter contradicentes utrinque denas argumentationes ſi modum & compoſitionem requiras, id inuentu difficile plurimum fit. Mihi rem animo diu multumque complexo ſuccurrit illud, latitudinem veneni nonnullam eſſe, quam 1. Lib. deſcripſimus.

Venenum quidem, aliud abſolute, aliud ſecundum aliud eſſe. Aliud formale, ideſt viuidum, & actuoſum; aliud materiale, atque hebes. Aliud confertum; aliud ex reliquiis & tinctura delibutum: vel dixeris hoc ſubſtantiue, hoc denominatiue. Igitur ſi qui auctores venenum viperis impoſuerunt, hos vere concepiſſe credam, haud illud abſolutum & integrum, verum veneni veſtigia, & reliquias, quæ fugerunt primam ſecretionem, & tranſmiſſum illum ad caput, quod officina, & conceptabulum eſt veneni. Omnibus autem modis id veneni, vel venenoſi potius, tale non eſt, quod afficere nos ad interitum queat. Sed virus quoddam eſt, commune pleriſque minime venenatis feris, quod venenoſo victu comparatum inſeparabile ſit ab iſtiuſmodi corporibus, inter veneni debilis, & halitu guſtuque diſplicentis ſenſus ambigente natura. Inde enim factũ opinor, ut promiſcuam hanc virus nactum ſit ſignificationem. Quam naturam diſces duplici hoc argumento Primum eſt, quod eſitatæ gallinis iſtæ carnes, vel iuſcula ex his paratæ, vehementi ſuo vigore ideſt ſale ſecretiuo poſt aliquod tempus plumas excutiant omnes. Alterum eſt effectum à Marco Gattinaria obſeruatum; per quem elephantico cuidam oblatę carnes vipe-

rinæ pluſquàm oportuerat iſtarum pulparum quotidie captanti ſæuiſſimos caſus & venenoſas affectiones intulere: ſed quę tamen robore virtutis, & factis in cutem abceſſionibus, vitę non incomodauere. Huic igitur vitio caſtigando ex ſale & anetho percoquebant veteres ad paſtillos parandos. Quamquam autem auctor Libri de Theriaca ad Piſonem primum aſſeruerit Cap. x. pręparationem hanc obtundendo eſſe: nihilominus poſt hæc varium ſubtexuit de venenoſo potius, quam de ,, veneno ſermonē, dicens viperarū truncum elixari, ad- ,, dito ſalis & anethi plurimo, non ſolum, ut huiuſmodi ,, mixturam ſuauiorem reddamus; ſed ut viperæ carnes ,, eliquemus, atq; ita, vel parum vel nihil potius veneno- ,, ſum in ipſis relinquamus. Porro eliquari, rarefieri, & ,, emolleſcere, ut his patefactis quaſi viis effluere queat ,, viroſus humor. Deinde addit idem auctor: multum ad ,, caſtigandas viperæ carnes conferre plurimorū mixtio- ,, nem; nam tot talibuſque rebus adiunctæ quonam pa- ,, cto officere amplius valent, ſoluta iam ipſorum noxia ,, facultate. Proxime ſequutus hanc Galeni ſuaſionem videtur Tho. Iordanus, qui in Tract. de Peſte 3. profeſſus eſt viperæ quidem pulpas nulla non parte venenatas, quarum venenum tot admixta medicamenta ſuſtulerint abunde. Verum ego contra: ſi quis obſtinate tueri velit venenatam iure carnis viperinæ qualitatem, meminerit Ant. Muſam Auguſti medicum, quoties incidiſſet in curanda vulnera inſanabilia, viperarum carne eſui data mira hæc dexteritate perſanaſſe. Quod prodidit Plin. L. 30. C. 23. item Gal. P. Simpl. x. carnibus viperinis anguillarū modo coctis in olla reſtitutū leproſum quempiam; viderit quoque quam plurimis comeſtas puras viperinas carnes, ſeu toſtas, ſeu elixas, nedū lethales fuiſſe, ſed ſalutares, ſed guſtu gratas. Sic enim Libauius in Alchym. Pharmi. Cap. 12. confirmauit his ſuis verbis: *At ſeparatis bilioſo veneno ichoribus excrementitiis & excrementorum vaſis, carne toſta veſcuntur aliqui, qui*

etiam affirmant eſſe cibum gratum: quod veriſimile eſt cum uſu, tuto quoque eſſe coniunctas. Sed nos reliqua grauiſſimorum auctorũ teſtimonia de eadem ipſa re nunc plenius referemus. Dioſcor. primus eſto L. 2. Cap. 16. Galenus vero Lib. 2. ad Glauc. Cap. 10. de Alim. facult. Lib. 3. Ad hos Aetius Lib. 8. Cap. 13. ait: *Ipſæ quoque viperæ in cœna obſonio dentur: quas coquere & condire perinde ac piſces opus eſt*. Paulus quoque Aegineta Lib. 5. Cap. 13. Aetius vero Lib. 2. Cap. 170. podagris ſedandis carnes viperinas eſitandas præcipit. Quotus autem quiſque eſt, doctorum, qui de edendis hiſce carnibus non meminere. Iulius inquã Cæſar Claudinus, & apud hunc medicorum omnium conſenſus, Ant. Fumanellus inquam, Io. Tagauntius, Iac. Greuinus, Gaſp. Hofmannus, A. Cæſalpinus, Sebaſtianus Baſſon, Helideus, Gattinaria, Matth. Gradius, Auerrhoes, Auicenna, Porphyrius, & qui non alii principes viri: quorum ſingulorum quis enarret hiſtorias? Has quidem apud Conradum in Lib. 1. Pag. 7. commodè legeris. Verum equidem recitabo Plin. qui L. 30. C. 3. ait: *Quidã viperis utuntur in cibis: vipera porcelli modo inaſſata iecinoris ſedat dolores*. In Aegypto Aegyptios viperis aliiſque ſerpentibus ſimiliter atque anguillis victitare prodidit Galenus Lib. 3. de Alimentorum facultatibus. Quibus item eos veſci traditũ eſt, qui Occidentales nouiterq; repertas Indias incolunt. Perinde alii qui Orientales inhabitant, ut L. 7. author eſt Plinius. Iſigonus eos qui Athon montẽ incolunt macrobios exiſtimat, quia viperinis carnibus alantur. itaque neque capite nec victibus eorum noxia corpori ineſſe animalia Plinius idem ait. Cum quo & alii grauiſſimi viri conſenſere.

De ven. c. 14.

Quis igitur tam plana refragante experientia, tam ſolida grauiſſimorum virorum contradicente autoritate, venenatas viperæ carnes iam audeat aſſeuerare? Quod ſi nihilominus aduerſantes pleraſque multas argutationes obtruſeris: equidem confido cunctas præmonſtratis noſtris diſtinguendi formis aut paulo inſtru-

ctio-

ctioribus abolitum iri. Sin minus cuncta diſſidia tolles, una veritate ſancita, quod viperæ caro neque abſolute quidem venenata, neque venenatæ ſortis prorſus exſors ſit, verum mediæ ad utrumque naturæ, qualẽ omnino profeſſus eſt Galenus. Qua quidem extremorum moderatione conſtituta, & quaqua parte venenoſas viperæ pulpas, & minime venenoſas recte pronunciaris. Vt autem tales non ambigue pronuncies, audi qua ratione vis viperinæ carnis alexipharmaca ſua credatur opera defungi. Galeno enim ductore Lib. 3. de Temperam. Cap. 4. & obſeruatore huius Andrea Cæſalpino Lib. 3. de Venen. Cap. 9. ſeu quidem in alteratione ſeu vacuatione venenum abigentia medicamenta, veneno iam præſenti contraria, corpori vero ſimilia ſint oportet. utraque, quatenus rẽ obtineant, paria, ideſt è tota ſubſtantia. Vtrumque membrum enarremus. Vacuantia per attractionem, ſi non ſimilia ſint veneno, non attraherent; ſi omnino ſimilia, erunt omnino corpori contraria, & ſic deleteria. Idẽ dicendum eſt de alterantibus à tota ſubſtantia. Nam quod alterat venenum, cõtrarium temperamentum habere oportet veneno: ſi eius ſubſtantia ſit ſimilis corpori, vincetur à veneni ſubſtantia immutabili: ſi ſimilis veneno, ipſum quoque venenum erit. Medium igitur eſſe oportet; & hoc modo medium, ut ſubſtantia quidem ſit veneno ſimilis, ut perſiſtat in pugna, ac temperamento recedat ab extremis, ne corrumpat corpus. Inſtabit quis: ſi non excedat, vincetur à qualitate excedente veneni. Reſpõdetur: ſi detur in exigua quantitate, ut eſt veneni quãtitas, minuetur profecto: ſi quantitate ſuperet, aut una vice, aut iteratis vicibus, vincet. Quibus iam conſtantibus apparet enodatio problematis, & qua cauſa primi generalis antidoti confectores, aut cerui, aut paſtinacæ, draconis, & porci marinorum carnes non admiſcuerint viperæ loco. Nimirum quod iſtorum nõ eſt media natura, ſed ad unum, qui edulis eſt, modum determi-

minata. Ad bina vero munia vipera determinata, atq; adeo neque venenata, neque veneni expers: quod nobis erat oſtendendum, quo ſimul etiam oſtenſum eſt, quo pacto vel theriaca compoſitio, vel viperina caro opem & operam præſtet ſuam.

DE CONSILIIS ADVERSVS INFECTVRAM RITE CAPIENDIS, ET EXEQVENDIS. CAP. V.

EXtremum hunc mea Muſa mihi concede laborem, ut quo tendit omnis de viperę veneno diſquirẽtis ſollicitudo, id eſt ad remedii inuentionem ſua tandem tractatio reuocetur. Quod facio tamen, ut dixi, ſcriptores inter numero multos compendioſe, & quãtum ſatis eſt hinc ducto principio. Ad infecturæ vim tum inhibendam, tũ infringendam, tũ educendam; quæ fuit primi Petri Aponenſis, mox Fabii Paulini partitio, non unum & ſimplex, ſed varium, & multiplex medici curatoris eſt cõſilium, & mens, cuius ſummam omnem in quatuor quaſi ſcopos diuiſit Princeps Auicenna Lib. 4. Fen. 6. Trac. 3. Cap. 1. Quorum unus & præcipuus eſt calorem natiuum roborandi. Secundus eſt, viſcera confirmandi, quo minus à peruadente veneno tententur. Tertius, Virulentam infecturam citiſſime extrahendi, & educendi. Quartus eſt, vim veneni retundendi, & obliterandi. Ex his autem omnibus, etſi digniſſimus ſit, quem primo loco propoſui; nihilominus is maxime urget, qui eſt de venenata materia, quæ ſumma mali eſt, extrinſecus euocanda, retrahendaque, ne viam viſcerum internorũ, & cordis petat. cuius regiam cum citatiſſime veneni vis inſultet, citiſſime pariter ſuccurri debet. Atque adeo cum offert ſe demorſa pars, hæc in promptu adminiſtranda: vincula, exſuctiones, extractiones, cu-

curbitulæ, ſcarificatus, uſtiones, antidotorum applicationes.

Prima igitur ſunto vincula, quæ quatuor ſupra morſum digitos, ſi pars violata patitur, alligāda ſunt arcte, ut neque transfluere queat infectura, neque periculum excitandæ gangrænæ prouocari. Vinculum autem eſto craſſiſſimum, ut rem perficiat, & ne augeat malū. Hac opera peracta ſcarificatus creber circa morſus ora conficiendus, & aperta hæc ulcuſcula diu tenenda. Quę res ut fiat, ſal infricandum eſt, quod Bernardo Pænoto autore ſeiuncta continet corpora. Eſt hæc ſcarificatus opera confidenter exequenda, neque deſpondendus eſt animus, ut deſpondiſſe turpiter viſus eſt Baptiſta Codronchus, qui Libro 2. de Rabie Canina Cap. 2. Improbatis qui prius approbauerant, Fracaſtorio ac Fernelio, ſcarificatus beneficio renunciauit metu febriculæ plane muliebri. Quid enim hanc non incurrit aut non reformidauit ruſticus, qui referente Galeno Lib. *3*. de Loc. Aff. C. 7. remorſus à vipera ſecundum digitum, hunc ſibi per falcem fructuoſe ac ſalutariter amputauit. Multo maiores ſunt, aut per viperam, aut per rabidum canem hi morſus, quam ut fugaci ſpirituū accenſione, & paruo incommodo abſterreri debeamus. Quid autem, ubi temere inimicum animal percuſſit, rite recteque conſulta medici manu perpungi vereatur quiſpiam? Sed putidum hoc hominum iudicium miſſum faciamus: Quin porro cum ſcarificatu licet & aliquem ictę particulæ reſectum comprehendere, conſultore Damocrate apud Galenum Lib. 2. de Antidotis Cap *6*.

Vnus idcirco eſt omnium cura modus;
Omnibus & carnem virulentam protinus
Scalpello circumcide, vel igne amputa.

Confirmauit & hoc Gal. in Lib. de Theriaca ad Piſonem Cap. 1*6*. medico curatori ſuadens pręcipienſque tria, quæ ſunt, ut plagam ampliet; ut ad rotunditatem redigat circumquaque reſecans, ne facile coaleſcat, & non

coa-

coalitum longum in tempus producat.

Tertius exſuctus eſt, in quo peragendo compluria ab autoribus tradita fuere monita, & cautelæ: quæ ſunt: ut ne ieiunus ſit homo ſuctor; ne ſit ore quaque particula ulcerato; ut ſugat Theriaca delibutus & ore tinctus, aut hac antidoto, aut vino, aut oleo, aut allio, aut ruta & iſtorum aliis. Sed hæc cuncta frigida, & ſuperuacanea ſunt, quippe quod impune guſtare liceat viperæ infecturam; quam ſecuritatem in capite de arcano venenãdi actu demonſtrauimus nos ante. Exſugat ergo noſtra fide quiſquis amicus neceſſarius, miniſter medicus, nedum ſeruus aut mancipium, aut damnatus homo; immunis à quaque labe ab unoquoque detrimento me fideiuſſore futurus eſt exſuctor. Exſuctor vero ſi non ſit, huius loco cucurbitula eſſe poteſt, oblonga tamen, & anguſta: qualem attrahendo accommodatã docuit Hippocrates in Libro de Medico. Hæc quidem etiam ab intimo extrahit; ampla & depreſſa latum peripherię circumductũ exſugit. Pręſtiterit autẽ, aut ſtuppam accenſilem, aut aliam quamcunque eſcam ſpiritu vini reſpergere, quo vehementior ſit attractio, medicatiorque. Ad quam eandem attractionem Dioſcorides, & hunc ſecuti Græci, Latinique viri præcepere, ut hœdus, gallus, & palumbus, podice deplumato ſęcundũ admorſam partem admoueatur; alii vero, ut hæc aut alia diſſecta, tum temporis animantia accommodentur, laudata, tum euidenti tum occulta euocandi facultate. Sed hæc quidem ſingula inſulſa & futilia ſunt experimento bonorum. Frigidum etiam & inutile, quod expectent ex vipereo capite veneni ſui extractionem: cui quidẽ etiã aſſequendæ (deridente Andrea Baccio eos, qui caſſo iam vita corpore utuntur) palpitanti adhuc trunco ſolum confiditur. Verum equidem ſi ſanæ mentis ſim, à viperæ dente punctus haud facile ſpem meam in una huius remedii præſtantia reponam. Longe præſtantius efficaciuſque mea ſententia fuerit id, quod ab

Aegyptiis venenatorum anguium ictus quotidie perpetientibus factitatum dixit idem Dioſcorides Lib. 6. Cap. 55. ideſt, in calidam, quantum fieri poteſt, picem ſæpe numero immittatur retrahaturq; viciſſim pars veneno inquinata. Sic utroque id eſt actuali & ſucceſſiuo ſenſim calore venenum omne rapitur, & foras extrahitur. Aperiemus autem nos unum; quod & vinculis, & exſuctionibus, & cucurbitulis, & viuorum animantium uſibus medicatis ſatisfaciat quoque, & ſcarificatibus creberrimis. Verum ſcarificatu equidem ea cauſa non abſtinuerim, quod laxiorem ab inflammatione defluxuque partem reddit. Quare inciſiones has ego & profundiores & crebriores factitarim. Verum enim vero quæ approbo extrinſecus, illa ſunt duo, omnium abſolutiſſima atque efficaciſſima. Priorem faciam ignis uſum, cuius meminit, & Abohali Auicennæ modo citato loco per funiculum adhibendi. Ego vero præterquã quod & uſturam laudo Aegyptiorum oſtenſam à Proſpero Alpino in Lib. de Medic. Aegypt. Cap. 12. longe meliorem facio uſturam per fimum caprinum accenſum. Nimirum natura ſic comparatus ille fimus, ut ſinguli rhombuli & ignem in ſe ipſis ſeruent, & flammam accenſi reddant, quam ab uno, me iudice, referunt ſulfure: ut non mirer equidem ab Aureolo Theophraſto ſtercus omne dici conſueuiſſe ſulfur naturæ. Quod ſi inquam uniuerſus fimus ſulfur eſt naturæ, quanto luculentius, & præclarius priuate ſit caprinus? qui & rhombulatim ad hæc quaſi opera paratus, & ad flammã accenſilis eſt à natura? Huius igitur ſpeciei nucleiformes, vel rhombiformes πυρῆνας, Græce dictos, unum, aut plures accenſos impones, ſingulos uſque dum cinereſcant dimittens; mox porri ſuccum cum ſale mixtũ induces, remedio ſane magno proficies. Ita quidem ſi ſecretam urendi rationem ſequi velis. Cæterum & cõmuni modo curatum hominem ſalubriter, qui ſanandi ſpem abiecerat, teſtatus eſt Andreas Baccius in Lib. de

Ve-

Venenis, qua de caſibus ex morſu venenatorum variis Pag. 16. qui addidit & totius curationis maxima duo præſidia, vomitum inquam ad aſſumpta per os venena, & ferrum ignisque uſum ad illata per morſum. Vſtio quidem expeditiſſimum eſt auxilium, inquit Dioſcorides, utpote cum ignis cæterorum viribus preſtet, ſimul quod virus domet, nec ferri penitius patiatur. Addidit & alia commoda Ioannes Actuarius Lib. 6. Meth. Med. Cap. 11. dicens, quod non contemnendam occaſionem inſequenti curationi largitur, quod diutius exulceratio perduret. In id enim imprimis eſt inuigilandum, ne citius quam res exigit partes coaleſcat. Omnibus autem modis ignis actuoſiſſimus atque efficaciſſimus cognoſcitur. Quocirca per antiſtites Vulcani, qui in Lemno inſula ignifera regnat, venenum egregie curatum, interpretor equidem igne curatum. Hæc quidē ignei præſidii fiducia, ſiquidem igne per ferrum non datur uti, ſiue per hominis intolerantiam, ſiue per rerum defectum, ſiue quacunque alia de cauſa, licebit guttulas accenſi ſulfuris inſtillare, maxime quod Galenu s Lib. 9. Simpl. Medicam prodidit aduerſus venenatos animantium ictus plurimum valere promte deflagrans hoc foſſile. Quam viuidam medelam ſi neque liceat factitare: tum hoc utere ſecundo per me tibi promiſſo remedio: ideſt ut olei ſulphuris ex ſuo ipſius fumo reſoluti guttulas in plagam dimiſeris complures, eamque ſpecillo tenuiſſimo refricaueris protinus. Compertum hoc genus oleo, quod acidula vera eſt aqua ſulphuris, effuſam in abaco viperæ infecturam confeſtim addenſari, & in coaguli modum, velut Chymiſtæ loquuntur, fixari. Certa igitur eſt fiducia, & in carnes delapſam eandem infecturam eo reprimi poſſe. Collaudarem equidem, ut oleum id ſulphuris, per vitreum campaniforme conceptaculum receptum, rurſus & per vitreum retortum organum elaboraretur, & rectificaretur: verum ut conquieſcamus in olei vulgaris experimento,

Vomitus, ferrū, ignis, præſidia potiſſima.

mento, non audeo ſuam ulteriorem elaborationem proponere. Addes & oleum è chalcantho, quo nihil aduerſum ictus venenatos præſtantius affirmauit in Palladio Spagirico Petrus Ioannes Faber Cap. 15. Tuum eſt, utrũq; ſi malis experiri: vel ſi id utrumque non ſit, acetum eſt tibi: quod experimento ſummo laudauit Cornelius Celſus, probauit item Fracaſtorius Lib. 3. de Contag. Morb. Cap. 2. qui liberatum veneno viperæ vidit hominem, cui calicem aceti cum Armena gleba ſua ipſius manu propinauit. Legas autem & quæ Plinius attigit de vi aceti. Hæc quidem è genere ſunt Pharmaceutico. Cæterum e cauſis vocatis neutris & neceſſariis duæ ſunt imprimis uſitandæ. Motus inquam prior, ſine intermiſſu & continenter factus, qui tum venenatam materiam valido multoque exercitio digerit, tum ſpiritus ad explodendum exterminandumque hoſtem exſuſcitat, armat, acuit. Villicũ Ioannis Branchini Theriacopœi noſtri, per nos alias cum honore nominati, obſeruauimus demorſum à vipera citra remedium aliquod latè longeque vagatum leuius veneni diſcrimina fuiſſe expertum: accedentibus autem poſtmodum auxiliis ad hoc rei comparatis & per nos ante commemoratis feliciore negotio liberatũ. Quam vero vis deambulationis venena interrumpat, neque iuſtitiæ ſatellites latuit. Itaque carnifex, qui Socrati obtulit cicutam apud Platonem in Phædone, ſedulo perſuaſit Philoſopho, ne poſt ſumtum pharmacum inambularet. Nempe cauens ne veneni vim motus corporis moraretur. Quamquam huic ſalutari præſidio reluctari videtur Galenus in Lib. ad Piſonem C. 8, qui prodidit in Alexandria, cum aliquem hoc ſupplicii genere necare volunt, aſpidem illius pectori admouere, atque ut ambulet curare. Verum huic ego ambiguitati ſtatim occurro dicens; longe diſpares eſſe hypotheſes, & multo alios à viperis aſpides. Præterea motus, quem requirebant a ſupplicibus Aegyptii Iuſtitię pręfecti modicus & breuiculus

Aceti medicamentum ſalutare veneno corruptis.

E rebus non naturalibus petita remedia.

uiculus erat. Nos longum & ad ſudorem expoſcimus. Ad hæc: ille motus excitatiuus & inſinuatiuus veneni fuit, nobis expulſiuus, atq; exterminatiuus. Cũ autem dixerim de motus ope grauiſſima, venit in mentẽ, quod muſicorum inſtrumentorum concentibus venenis malarum ferarum expellendis utendum voluere Pythagorei, non ex inſtituto muſicæ ſtudioſi, verum ſuccurrendi miſeris conſilio, quod ſpiritus & corpus prouocet ad laborem, quo plurimum leuari venenis afflictatos aduertit Cardanus in Lib. Subtilitatum 9. Quamquã quid Cardani teſtimonium adduximus, qui & apud Aulum Gellium L. x. Noctium Atticarum, Cap. item x. & apud Cælium C. 27. lectionum antiquarũ Tertii legerimus in Theophraſti notatũ monumentis, viperarũ morſibus tibicinem ſcite modulateq; adhibitum mederi. adeo non ita multa comperias, quæ utilitati ex muſicis ſeſe promenti præuertiſſe velis. Quamquam quid multorũ autoritates congero? Videmus ferme quotidie Phalangio Apulo, Tarantula vulgo dicta, demorſos nullo magis præſidio leuari, quam agitatione ſumma corporis per muſicos ſonos acriter excitata. De qua plene re Epiphanius Ferdinandus tum in Hiſtoria Medicinali, tum maxime in phalangii veneni pertractatione priuata. Qua ſic utili iam comprehenſa corporis experti venenum actione, porro nil miror, quod hi veneno indormientes corroſiuo præſertim certius huic ſuccumbunt, quam qui ſomno abſtinent, non coemto ſcilicet alentes malum fomento, ſed ſpe & ſollicitudine curationem ſuam urgentes. Hos quippe iuſtius ſalutis ſuæ ratio manet. Contra, deſides & ſopiti facile opprimuntur infecturæ vi, non aliter inuadente, quã ſi vigil hoſtis inueniat urbem ſomno vinoque ſepultam, expedite occupat, & ſtationes gladiis impune trucidat. Etenim veneno per morſum altius obrepẽte nihil ſomno peius teſtatus eſt Bernardus Gordonius in Lib. 1. de Venen. Cap. 9. Quo cum conſentit & Hie-

Muſica conſonanti à cur ſalutaris veneno correptis.

Somnus quem in modum officiat vipera percuſſis.

Hieron. Cardan. in Lib. 3. de Venen. Aetius autem in Lib. 13. Cap. x. *Vigilans*, ait, *ager aſſeruandus eſt, ac deſidens per totum curationis tempus, donec euidentem remiſſionem acceperit moleſtiæ concomitantis*. Hæc eſt ſomni noxa. Cęterum nocentis ſomni cauſam expoſuit Ardoynus illā: quia ſomnus penetratiuo veneno faciet permultū. Pareus vero in L. 20. C. 15. rationē hāc retulit: quia refluūt humores in viſcera per ſomnum, ſequitur exercitationem agitationemque corporis plerunque ſudor, qui frugiferus eſt veneno percuſſis, & quod euocat hic alte ſe defigentem veneni vim, & cum ichoroſis corporis ſuperfluitatibus educit virus inductum. Sic aſſę ſudationes & æſtuaria domi foriſue parata refigendo refringendoque huic congruentiſſima videntur. Cum his inaniendi generibus perſtringit & alias quaſdam laudato loco Dioſcorides. Percuſſis aiens à ſerpente prodeſt alui deiectio, diffluēs ſudor, urina copioſe reddita &c. Poſt quas vacuandi rationes decernendum eſt & de duobus aliis modis. Prior autem expenſu coitus venereus eſt, quo à ſerpente ac ſcorpione percuſſos leuari placuit Plinio, feminas vero lędi: qui perfectus accenſione fortaſſe caloris aut concuſſu corporis exteriore niti videtur. Porro hæc noſtra interpretatio eo amplius congruere cognoſcitur, quod feminas veneno tactas grauatum iri concubitu viri addidit idē autor: fortaſſe quod admittentes potius, quā actitantes venerem exiſtimentur. Quam venerem cum neminem noſtrorū ſuaſiſſe videam, neque equidem ſuadebo, ſed meum interim iudicium in epoche continebo.

Peſtifera quoque & funeſta ſanguinis eſt detractio quocunque de vaſe facta, ſeu quod ſpiritus refrigeret, & imminuat, qui plurimi ſunt in ſanguine neceſſarii; ſeu quod ſuccedere vim veneni facit ad interiora, unde ſanguis miſſus eſt. Talis in peſtilentibus affectibus curandis omnibus eſt opinio Hieron. Fracaſtorii Lib. 3. de Contag. morb. Cap. 5. Verum Phlebotomen (non diſ-

diſſimulo) propoſuit Auicenna loco ante citato reuer- tens ad ſanguinis miſſionem, ſi quidem excurrens undique veneni furor corpore toto fuerit diffuſus, vaſaque cauſentur plenitudinem multam. Sic enim veneni labes, tum paſſim euacuatur, tum huic maxime ſubtrahitur pabulum, quod ſanguis eſt. Quam præceptionem ad unguem hauſit Princeps ex Paulo Aegineta tradente rem in Lib. 5. Cap. 22. Cæterum in hoc caſu ſunt eædem detrahendi ſanguinis aut abſtinendi leges, quæ & in cæteris ſeruari conſueuere: quas ad unguem aduertit Hieronymus Mercurialis Lib. 1. de Venen. Cap. 21. Præter hos & phlebotomiam faciendam approbauit Hieronymus Capiuacca ſub veneno calido, atque ubi corpus ſit refertum ſanguine, qui vi veneni neceſſario acrior & feruidior eſt redditus. *Quin etiam*, addidit, *funditur inde ſanguis, & fuſus ampliorem occupat locum, unde venæ turgidulæ apparent.* Hæc ille. Verum nos ea quæ decreuerunt Paulus & Auicenna ſatius eſt ut aduertamus. Generatim autem imminuendi ſanguinis ſub hoc veneno placitum tenuerunt & Steph. Rodericus in Lib. 4. C. 7. & Io. Bapt. Siluaticus de Met. Mic. Controuerſ. Medicin. 51. In peſte quoque venam compungit Thomas Iordanus in Tractatu de Peſte Cap. 8. P. 145. & Georg. Agricola in Curatione Peſtis, & Ianus Cornarius in Lib. de Peſte Cap. 15. Præter autem ſanguinis detractionẽ pariter de corporis catharſi conſtituamus: cuius pauci ſunt è noſtris, qui meminerunt. Hanc tamen non omiſit Hieron. Mercurialis, qui Lib. 1. de Venen. Cap 21. prudenter aduertit duo: primum ut ſollicite & confeſtim obeunda ſit hæc prouiſio, neglecta omni per ſyrupos humorum præparatione: deinde ut inter cathartica omnia Agaricus primo deligatur. Cæterum eſt de quo redarguatur idem vir, qui vomitũ reiecit ab exordio: ſed tantummodo faciundum prius quam ſigna lethaliſſima adſint, & omnis ſpes ſublata: quæ aduenient, inquam, omnia ſub longo pathematis

Vtilis ſanguinis detractio ſub veneno per Auicennã

Mmm transſ-

tranſcurſu. Tunc autem temporis cum ſublata, ut inquit, ſpes eſt omnis, quid vomitione ſera ſit opus, nō video. Quare ſatius eſt, cum Aetio Amideno ſentire, qui in vipera percuſſis præceptū reliquit: vinū potent, reuomantque priuſquā urinæ appareant cruentæ. Quod quid eſt aliud, quam antequam malum progrediatur vomitū procuremus, admonitio? Verum de vomitoriis nos alibi.

Lib. 13. Cap. 21.

Theriacam commendauit Arabs Auicenna Fen. 6. 4. Tract. 3. C. 33. verbis me hercules, quæ conſultum fuerit expendi. Conſidera, inquit, radices cōmunes in curatione. Deinde fortior curatio eſt, properare ad Theriacam de Viperis, & cum tardatur, tunc poſſibile eſt, ut conferat Theriaca multoties, & poſſibile eſt, ut non conferat. Nocumentum autem inſtrumenti veneni nō eſt malum, quoniā natura, eſt quæ utitur inſtrumentis. Rei vero extraneæ non poſſibile, ut utatur eis, niſi accidat commotio amborum ſimul. Porro Franciſcus Valleriola, qui profeſſus eſt Enarratione 8. difficilem hunc locum enodaſſe, mea ſententia non enodauit. Verum illud quod de inſtrumento eſt, ambiguitate rerum manente, intricauit. Quod aperte videris, ſi enarrationis ſuæ ſenſum cum ſuperioribus autoris verbis coaptaueris. Neque enim cohærebunt ullo pacto, cum inſtrumētum interpretaberis caliditatem & vehiculū. Hanc enim quid vindicarit Auic. à nocumento? Nimirū hanc ſuperiorū rationē non intelligo. Sed neq; intelligo ſecundā, quę eſt; quoniā natura eſt, quæ utitur inſtrumentis; præterquam neq; etiam tertia particula Auicennæ cum enarrantis interpretatione ſatis coaptabitur. Satius interpretatione mea componentur omnia, ſi per inſtrumenti voculam intelligamus viperam, aut viperinam carnem præcipuam Theriaces materiam, antidoti quę offertur vipera profecto recte cenſeatur inſtrumentum & opifex veneni, ſicut vides. Quæ vipera cum alioquin ambegerit inter venenatum & ſalutare, ut alias

Auicenna locus rectius præterquam à Valleriola enarratus.

audiſti, remouere curauit Auicennas antiquam ſuſpicionem monens naturam eſſe, quæ ad antidoti ſalubritatem norit uti hoc inſtrumẽto, & per hoc obniti veneno: cuius partibus & inſtrumentis poſſibile non eſt ut utatur niſi contigerit utrorumque ſubuerſio, pereunte protinus animante. Statui autem oportet his Auicennę verbis ferini quidpiam & virulenti manere adhuc in carne viperæ, quod Cardanum video ſenſiſſe. Verum de his alibi, cum de ratione proficientis antidoti dicemus. Hæc exterioris curationis forma eſto: qua binis poſterioribus ſcopis eſt ſatisfactum quantum licet, virulenta infectura extracta, ac retuſo veneno.

DE SOLENNIBVS ANTIDOTIS, ET INTERIORE CVRATIONE. CAP. VI.

CVratio nunc ſupereſt interior; cui rurſus explendæ duo ſunt ſcopi nauiter tuendi, hoc eſt, tum ut cor, tum ut viſcera confirmentur, ac roborentur: quibus duobus rite præſtandis ꝗ, quamplurima ſunt pręſidia tum ab antiquis, tũ à poſterioribus inuenta. Nos nulli priorũ ſuſceptæ vel omiſſæ prouiſioni parcẽtes ſimul & compendio ſtudentes delectũ neceſſarium auxiliorum, quę maxime placent, ad uſum complectemur: quem & in exteriori curatione modum tenuimus. Ex maximis igitur & digniſſimis Theriaca eſt Andromachi, Maranthæ noſtri cenſura, & modo comparata, vel ex eadem Theriaca elicita aqua cum ſuo ſale demum excepta. Probata eſt quoque alia per Petrum Andream Matthiolum aduerſus omnia lethalia venena; item Aqua Theriacalis, quę ex eiuſmodi antidoto, ſyrupo de corticibus citri, & ſpiritu vini conficitur. Ad hæc antidotus celebris Vrbetani Pſylli noſtra ætate experientiſſimi: cuius cum certa una traditio non ſit, varia apud pleroſque eſt deſcri-

Andromachi Theriaca.

Antidotus Vrbetani Pſylli percelebris.

ptio. Ex ſecretioribus & ſpagiricis eſt Aurum Diaphoreticum à Theophraſto Chir. Maior. Tract. 3. C. 2. propoſitum; & Arcanũ de ciconia Theophraſti, deſcriptũ ab Oſualdo Crollio in ſpecificis venenatis; nec nõ Theriaca eiuſdem Crollii ex mumia humana extracta, & cũ Theriaca Andromachi, atque aliis pleriſque confecta. Ex his eſt, & Elixir Magni Ducis Hetruſcorum Maximi, cui tum ſpagirica, tum dogmatica medicina, tum artes omnes liberales in ſua regia fotæ, exornatæ, auctæ, plurimum debent. Compendioſius autem extractum erit Caryophyllorum, quod plurimis comprobatum experimentis, & omnium primum vel nullo ſecundum aſſeuerabat Reuerendus Pater Cozzarellus e Societate Ieſu ſelectorũ artis arcanorum, & naturę ſtudioſiſſimus.

Arcanum ex Ciconia Theophraſti.

Elixir Magni Ducis Tuſcorum.

Antidotus Charthuſiana.

Eſt & Anidotus Carthuſiana, quam ex ſelectiſſimis ſimplicibus parari curauit ſumma munificentia colendus Antiſtes, & viſitator Carthuſianorum D. Ioannes Baptiſta Piſantius, conſultis in hanc rem egregiis medicis, Franciſco Leotto, & Ioanne Baptiſta Cappuccio, cuius antidoti virtus, & efficacia compluribus experimentis eſt Neapoli comprobata. Eius hæc eſt deſcriptio. ℞. Aq. vitrioli ſecundæ ℥xxx. Radicis Chelidoniæ in umbra ſiccatę, Radicis Angelicæ odoratæ a. ℥ iiij. Herbæ Veronicæ ſiccæ cum floribus eiuſdem. m. iiij. aquæ ardentis ex bacc. iuniper rectificatæ ℥ xij. mumiæ vitæ ℥ iiij. opii Theb. ſuper lamina ferri exſic. ʒ iiij. croci optimi ℥ ij. Ol. Succini albi ʒ j. & ß. Spiritus vitrioli cordialis ʒ x. Aquam Ardentem ex baccis Iuniperi rectificati ita parabis ℞. Ligni iuniperi abraſi Libras v. Aq. baccarum Iuniperi boccale unum: infunde per horas 24: per balneum ſubtiliorem partem diſtilla. Opium ita ſiccabis: incide opium minute, & laminã ferreã calefacito: poſtea tantillum ſucci arantiorum acerbiorum inſperge, & ferro ſubinde eo uſque verſa, dum abſumpto pauxillulo, & refrigerato videas, num ita indurueri, ut pulverizari poſſit. cauebis ſedulo, ne amburas.

Mu-

Mumiam vitæ ita conficies. ℞. ſanguinis ex homine valente & mundo extracti, ut Capite de liquore contra Pleureſin dictum, deinde lento igne areſieri curabis in ſartagine teſtacea vernice illita, indeſinenter agitando, dum in puluerem ſiccum, & fuſci coloris redigatur. Tum ex iſto puluere ſume Lib. 1. aloes Socotrinæ ℥ ij. Myrrhæ electæ ℥ ij. hæc tria ſimul in puluerem terantur, & cribro excernantur: deinde ſucco citriorum clarificato fiat maſſa, quæ in ſcutella vitrea diſſoluatur cineribus calidis impoſita, & exhalare ſucci humiditas, demum frigeſcere ſinatur, & aſſeruetur. Hanc haut ſecus ac pretioſam aliquam gemmam ſeruabis. Habes Mumiam vitæ à nobis inuentam, non præter rationem hoc nomine inſignitam. 1. Quod ſanguis ex homine viuente extrahitur 2. Quod ſanguis verum elixir eſt humani corporis, receptaculum ſpiritus vitę, verum ens microcoſmi, vitalis omnium membrorum, tam grandiū quam paruorum eſſentia. In ſumma fons infinitis arcanis ſcatens. Medicus enim, qui eam rite præparare & uti conſueuit, adminiſtrare nouit, is ea tantum nō morbos omnes, qui ex ſanguine proueniunt, feliciter curauerit. Amplæ omnino, & infinitæ ſunt benedictiones Altiſſimi Dei, qui hominem ita illuminat, ut talia tantaque arcana perueſtigata pernoſcat. Ecce res, quæ pro excremento habetur, & à Chirurgis proiici ſolet canibus ſolertia hominis theſauri locum in medicina merito occupare poteſt. Hinc collegeris magnum illū Paracelſum contra quidē aliorum opinionem, vere tamen dixiſſe; ſimilia ſimilibus curātur. Quid multis? Microcoſmus non fruſtra nomen ſuum gerit. Nam ad inſtar maioris illius mundi, & venenum ſuū affert, & medicinam ſuam. Indicio urina quoque hominis fuerit, qua omnia accidentia, quæ ab illa enaſcuntur, magno cum ſucceſſu curaueris. Sed hic de ſubſtantiis microcoſmicis ſuas ob cauſas latius non diſſero: nec vero ceſſabo Deo (uti par eſt) ingentes gratias agere, qui mihi

hi

hi qualemcumque arcanorum iſtorum cognitionem liberaliter conceſſit.

Ex mumia iſta duo Mercurii, duo Sulfura, & totidem Salia, ſubſtantia in proprietatibus ſuis plane differentia ſeparantur: quæ non in medicina tantum, ſed etiam in chirurgia locum haud poſtremum iure obtinent.

Compoſitio.

Radices herbæ aliquantum contundantur: poſtmodum in aquam vitrioli vitreo vaſe contentam immittantur: vas bene occluſum per octo dies in fimo equino ad digeſtionem ſepeliatur, ita ut nullus exſpirationi locus fiat: poſtea ex fimo eximitor: & per cineres lento igni omnis humiditas diſtilletur. Liquori huic diſtillato aqua ardens Iuniperina affunditur; additis mumia, & opio pulueratis, Croco, oleo ſuccini, & ſpiritu vitrioli, quæ omnia circulatorio incluſa aſcendant totũ menſem, & vel in arena, vel in ſole circulentur; poſtea ſumma cum diligentia ſubtile à ſpiſſo per inclinationem ſeparetur. quod balſami inſtar precioſi ad uſum ſeruetur.

Virtus.

Liquor iſte antidoton contra Peſtem, aliaque veneni genera præſentaneum eſt, bis aut ter in ſeptimana mane ieiuno ſtomacho exhibitus. Doſis eſt, à ſemi ſcrupulo ad ſcrupulum integrũ pro vice, plus minus pro ætate cuiuſque, & infectione dominante. Calidæ complexinis hominibus cum aquis diſtillatis; Frigidæ autẽ naturæ hominibus cum vino, aut iuſculo propinatur. Infecto doſis duplo augeatur, ſudore per 2. aut 3. horas in lecto prouocato; & ſingulis 8. horis ſemel repetatur, donec ex indiciis conſtet venenum à corde ſimul omne depulſum. Poſtmodum omni mane præſeruationis loco liquorem iſtum ſumere pergat infectus, donec plane fuerit curatus, ne venenum denuo ad primum ſuum centrum redeat. Liquor venenum in cutem euocat, maturat, & eliminat. Sed quid opus eſt arcanũ proprietatibus memoratis proditum pluribus commendare?

re? Iudicent intelligentes, qui ex multis circumſtantiis facile colligent, quas ad infirmitates cum primis faciat, & quomodo in omni complexionum genere adminiſtrari debeat. Illi iidem diætam conuenientem norunt præſcribere, cibos, & potus ſpecificos veneno reſiſtentes ordinare, & iis quæ morbum intendunt, & adaugent, prudenter occurrere. Ficus certe, quamuis delicatiſſimum fructuum producit, tamen arbor ipſa eos in os hominis haudquaquam ingerit. Idem de Arte Medica ſentiendum. Nec enim illa dum menſę aſſides, & in aliorum ſcripta inquiris, addiſcitur, & cum fructu adhibetur; ſed quotidiana praxi cum labore improbo coniuncta acquiritur.

Hæc quidem omnia ex officina prodeunt Angeli Salę Vicentini Medici ſolertiſſimi repetita rurſus atque deſcripta per Ioannem Danielem Mylium Baſilicę Chymicę Lib. 5. Cuius antidoti operæ precium & æſtimatio, cum ſit tutus uſus certuſque profectus in tuenda letalibus ab iniuriis vita humana, ſolidam arrham fiduciæ ſequuti Reuerendi Patres Carthuſienſes experimentum in belluis captari curarunt. Itaque captis duobus canibus obtulerunt in offis ſemiſſem contritæ Aconiti radicis huic miniſterio dudum e Samnio delatæ. Vorato autem pharmaco 4. ab hinc horis æſtus laborque grauis utrumque canem inceſſit; à quo tempore alter, qui debilior offenſus eſt, uno momento animam efflauit: quã opportunitatem agnoſcentes medici continuo paratũ ſalubrem liquorem alteri viuenti propinauere; quo in corpus digeſto, quaſi mutuum duorum hoſtium conflictatum ſpectaſſes, extitere ſymptomata turbæq; ſæuiſſimæ. Nam nunc quidem tumor uniuerſi corporis, nunc caſus in terram, interdum ſyncope, interdum cõuulſio nullo ordine miſellum canem quaſſabant. Qui iactatus eſt ſic ab aſſumpto liquore ad poſteram diem: quæ poſtquam illuxit repente quies ſucceſſit, & ſæuientis interne mali virus ſedatus eſt furor, ſic ut plenis iam mo-

momentis cognoſceretur ferus hoſtis debellatus. Canis igitur, qui liquorē hauſerat ſalutarem, eſt tandem ſeruatus, licet triduo decumbens inerti corpore. Hæc quam diximus, in quamplurimis exercita experientia eſt; his quidem à ſucco Phœbeo ſeruatis; his enectis, quibus ille negatus eſt. Quibus certis obſeruationibus Pæonia noſtra Antidotus comprobata iam, & Lyſiponias, & Sotirias, & Theodorias, & Iſochryſou, & Iſotheou titulis digna nobis cenſita eſt, ut nunc ab omnibus cenſetur.

In his quoque eſt Eſſentia Petri Ioannis Fabri Chymiatri ætate noſtra experientiſſimi Lib. 1. Myrothecii Spagyrici Cap. 12. deſcripta per hæc. Euiſceratæ viperę, capite caudaque abſciſſis cuteque depoſita, minutim incidendæ ſunt, vaſi vitreo imponendæ cum ſpiritu ſalis ad eminentiam quatuor digitorum, ſole exiſtente cum Mercurio in domo Geminorum, etiam inſolandæ per 15. dies: deinde diſtillandum eſt quicquid poterit humiditatis. Deſtillatum toties rectificandum, donec empyreuma nullum redoleat, & vitreo vaſi reſeruandum. Feces vero comburendæ & calcinandæ, donec albeſcant cineres: ex his demum ſal extrahendum ſolutione, calcinatione, filtratione, & coagulatione: hiſque ſæpiſſime iteratis operationibus ad ſalis uſque candorem ſummum & puritatem, donec dulceſcat, & liqueſcat ut cera leniſſimo igne. Deinde coniungendus eſt prædictus nobilis & ſplendidus ſal in aqua ſua, & ambo circulandi donec nexu indiſſolubili coniungantur, & fiant unum inſeparabile. Interim ſi quid eſt humiditatis aquoſæ per balnei calorem tepidum poterit ſeparari: quod reſeruari poterit ſeparatim ad oculos albugine, nebulis, & cataracta læſos, & ad auræ peſtiferæ fugam. Hoc arcanum eſt cordis potiſſimum, & vitæ ſolidum propugnaculum. Ideo omnibus veneni ſpeciebus valentiſſime, & efficaciſsime reſiſtit, eaque vincit. Morſus ſerpentium & brutorū

alio-

aliorum venenatorum exterius appoſitum curat, & venenum mortificat.

Quæ præſidia omnia ſi ſatis auido Lectori non ſint, en do noſtri cogitati noſtrique experimenti præcipuũ. Illud autem eſt balſamum Arrhedici, quod autore Philippo Mullero, ac deſcriptore Ioſepho Quercetano paratur in hunc modum: ℞. Arſenici cryſtallini ℔. j. tartari opt. ℥ iij. Salis nitri ℔. j. ſeorſum puluerizata miſceãtur. Vas interim igneſcat amplum vehementiſſime; eique candenti iniiciantur puluis per cochlearia, & continuo proprio ſuo operculo contegatur olla: illico cum magno fumo liqueſcat ſine per ſe, uſque dum amplius non effumet: tum proiiciatur in mortarium marmoreum, vel aliud, ſinaturque ut refrigeſcat: habebitur maſſa ruffa, quæ teratur, & miſceatur cum pari pondere ſalis nitri, fiatque ut ſupra, in eodem, vel nouo vaſe: quo ſubdito lucidæ flammæ per 6. horas, materia fiet albiſſima; quę ubi refrixerit in aquã calidam coniicienda, qua ſalem petræ & tartari ſepares: in fundo remanebit arſenicum fixum, correctum, & ab omni veneno liberatum. Repetatur pulueris ablutio in magna aquę copia; materia conſidens in imo fuſa, aqua ſalibus fœta ſeruari debet ad diſtillationem, vel exhalationẽ; ſal vero ad uſum. Huius quoq; notę Bezaharticũ eſt metallicum eiuſdem Petri Ioannis Fabri, deſcriptũ in Chirurgiæ Spagyricæ Lib. Cap. 17., licet operoſius, & ſumptuoſius fuerit hoc idẽ à Ioſepho Quercetano propoſitũ in Pharmacopœæ reſtitutæ Cap. 8. & C. 23. Quod Bezaarticũ mane veſperiq; ex mero vetuſto hauſtũ homini nõ crudo potiſſimũ, excito ſudore mirifice opitulabitur.

Noſtri uſui præſidia.

Bezaarticum minerale.

Faciet ad ſudorem, & Bezoartici modo Euonymo, Beguino, Zapatę, Roſello, Caſtello, ſpiritus, aut oleum vitrioli ex aqua Nymphææ in dies longos potum. Quoniam autem ſudoriferæ medelæ memini, nolim vomitorium dimittas, non dimiſſum alioquin à prudentiſſimo Auicenna: quem virum quantum

Sudoriſicum utile Bezoarticum.

De vomitibus præceptio.

ex hac præceptione laudo, tantundem improbo Hieronymum Mercurialem, quem & ſupra carpſi, qui principem hunc autorem in hoc malo curando ſequutus, cuncta præterquam emetica recitauit, peſsimam fortaſſe rem arbitratus, quæ videri debebat optima, non aliam arbitror ob cauſam, quam quod molliſſimæ noſtri ſeculi medicinę maluit adhærere, quam maioribus & ſapientiſsimis parere. Porro vomitorium homini veneni vim experto congruentiſsimum videtur, multis id perſuadentibus argumentis: & quod uſu cōſuetum ſit in omnibus veneni caſibus, & ſuſpicionibus veneni continuo vomitum conari; & quod his unice corpus mundetur, ut qui concuſsionis vi, & ex alto vacuet; & quod viſcera naturalibus vocatis officiis deſtinata belle tueatur, hærenti quacunque labe erud erata. Porro nouimus ſedulorum hominum experimento, canes, feleſque nullis ferme venenis comedētibus, exulcerantibus, putrefacientibus obnoxios eius unius rei merito, quod oblata male pharmaca continuo reiectent ſtomacho. Si quo autem perimuntur illud eſt, quo vomitus beneficium elabitur, nux vocata Metella ſeuCanina apud omnes vulgata, mihi vero & Fabio Columnæ præceptori meo venerando Dorychnium compertum ad canes perdendos efficax, de quo alias dixi. Ad has item vomitum comprobantes rationes memorabitur & alia, poſtrema quidem hoc ordine, ſed non dignitate, ratio: quod in vipereo veneno conſueuit plerunque fieri vomitio, non tam quidem venenata vi, quam expultrice, ut equidem arbitror, nominata; quod ipſum annotauit egregie doctus Andreas Baccius in opuſculo de Venen. qua caſum propoſuit icti per viperam pharmacopœi Pag. 16. Vomiturientem igitur naturam perquam appoſite adiuuabunt emetica noſtra medicorum arte parata, præſertim ſolidis ex metallis educta, quippe quæ venenis aduerſantur & obluctantur, ut quæ maxime ſunt, ☿, ♁, Halinitrum.

Quod congruentiſſima ſunt vomitoria veneno tactis.

De Canibus experimentū.

Egre-

Egregium eſt Angeli Salæ Oxyſaccharum Vomitiuũ Libro De Peſte Pag. 27. quod recipit Vitri Hyacinthini Matth. more pręparati & ſubtiliter puluerizati ℥j. cinnam. Zedoar. ligni aloes reſinoſi optimi, Seminis Angelicæ an. ʒij. Croci Anglici optimi ʒß. Aceti roſati ℥ xviij. Omnia mittantur in vitrum ſuo ſubere bene clauſum, ne quid ſudoris exſpirare queat. Poſt hæc in B. M. per 24. horas digeratur. Balneo refrigerato liquor coletur, vel per chartam emporeticam filtretur, ſi opus eſt, ut optime clarificetur. Deinde cum aqua roſarum tantum ſacchari ſoluatur, quantum eſt pondus liquoris prædicti; & coquantur ſimul ad conſiſtentiam, quæ requiritur in confectione Manus Chriſti. Quod ſaccharum ſolutum in calidum, prout ab igne ſumitur, cum prædicto liquore paulatim mouetur. Quo facto ſeruatur ad uſum. Longo enim tempore conſeruatur. Doſis pro debilibus ʒ ij; qui prompti ſunt ad vomitionem ad ʒ iij; vel vj. pro aliis: imo ad ℥j. pro robuſtioribus, & qui difficile mouentur. Quod ſi ſuperciliosi quidam Antimonii hoſtes ſine ratione & experientia hoc uti nolunt, Deum teſtor etiam infantibus, ubi neceſſarium ſit, abſque ullo timore præberi poſſe. Hæc ille.

Eſt & meum emeticum quo utor, uni mihi hactenus ſeruatum, nunc tuæ, lector, gratiæ reuelatum; cuius eſt hæc parandi ratio. Cupri, & æris rubri portiones æquæ iniectu aquæ ſeparantis aurum ab argento primũ reſoluuntur, mox igne reſiccatæ cum duplo Halinitri incenduntur: tertio aqua multa diluuntur; ab aqua ſecretum metallicum, & areſactum in aludel apertum cũ quarta ſublimati parte iniicitur, & igni ſubiicitur, ſegregata in ſublimi materia ſeligitur, & vij. granorũ pondere ex vino potãdus puluiſculus porrigitur ἄνω καὶ κάτω perpurgat moderate nec intuto. Quin etiam ſi me audias ſuperiora plane tutiſsima, quod cognoueris inde, quia quotaquæque huius apparatus pars innoxia eſt, contra communem omnium ſublimatorum mercurialium *Noſtri uſus emeticum.*

naturam. Quod ſi timeant noſtri medentes ab uniuerſis foſsilibus medicamentis, ſuffragante utar Ambroſio Pareo, qui tradens de hac eadem tuendorum ἐχιοδήκτων neceſsitate, pharmacum Antimonii miris approbauit, non improbauit, ut noſtri faciunt, modis. In Lib. 20. C. 15. leuioribus enim, ait, catharticis ſperare ſe efferam huius veneni malignitatē viſceribus iam admiſſam expugnare, extremæ & periculoſæ dementiæ eſſe. Addiditque Pareus talia verba: *Profecto tale tantumque periculum nunquam ſine periculo vincetur.*

De Diureticis animaduerſio. His iā de emetico apparatu propoſitis, ſupereſt diuretici pharmacia, quam non perfunctorie propoſuit Auicenna. verum non ſine noſtra aduertentium admiratione, quod diuretica præſcripſerit, quæ altius in penetralia renum, venarum, & veſicę prodigunt produntq; noxam. Verum enimuero ceſſat hæſitatio, cum aduertimus Auicennæ quidem probata diuretica non initio, cum integrior eſt infecturæ vis, verum poſtquam longo & multiplici remediorum uſu debilitata eſt eadem & propemodum euicta. Tunc enim temporis nil prohibet quo minus hacce via deriuetur humor ſuſpectus. Ad hunc ſane modum non abſona fuerit lotii prouocatio, quam ipſam coniungi cum ſudoriferis uno ſimul tempore commodiſsimum fuerit. Cæterum ex hoc omni ordine medicamenta deligere licebit hæc.

Iohanni quidem Heurnio Methodo ad Praxin ſuo titulo cumprimis laudatus eſt ſuccus Iuniperi, qui ſuccus ubi non ſit, ſuccedet multo potior ex cineribus eiuſdem plantæ lixiuia ad trientē pota: Ioſepho vero Quercetano in Pharmacopœa Reſtituta Iuſtini puluis, Oxymel diureticum, oleum gummi hederę; in Diætetico vero Sect. 3. Cap. 11. vinum e roſis pallidis hortenſibus, agreſtibus; & radicis vincetoxici. Reinero vero Solenandro vinum Chamædryte. Hippocrati denique probata non taceam e vino decocta grana x. fraxini. cuius arboris foliorum ſuccus laudatiſsimus eſt aduerſus viperæ venenum. In-

Inter hæc autem omnia vini meri potus memorari cũ primis & uſurpari debet: quod eodem prope molimine quo quęuis antidotus eſt laudata, ſpiritus auget, firmoſque ſuſtinet ad pugnam. Cui & illud eſt amplius meri potatiô, ſalutaris operę precium, quod celerrime diſcurrens cum ſpiritibus vitæ complexum viam undequaque præcludit ſubeunti veneno. Adde quod vinum celerrime nutrit: cuius nimirum excretio celer eſt, docente nos Hipp. 11. Aph. 2. *Quod eorum, quæ velociter nutriunt, veloces quoque ſunt excretiones*. Scire autem licet ſic unice conducere vinum, ut aqua peſtifera ſit vipereo veneno tentatis. Qua videlicet mente Galenus vina mera admiſcens antidotis, cunctis aquoſis ſtudioſe abſtinet, Lib. de Antidot. Cap. 3. Ipſum vero vinum veneno infectis propinandum voluit Epidem Comm. 6. & multo priores Cornel. Celſus Lib. 5. & Nicander in Alexipharmacis: ad hos Dioſcorides Lib. 6. Cap. 55. & ipſe Hippocrates 6. Epid. Com. 5. Mitto quod aduerſus peſtilentiã ex vino glebã Armenam Galenus, myrrhidis radices Dioſcorides, ſuam potionem Rufus obtulere. Sic Toxaris apud Lucianum in Scytha, populum Athenienſem angiportibus ciuitatis vino irroratis peſtilentia liberauit. Sic exercitus Cæſariani peſtis Plutarcho referente fuit excuſſa. Quocirca Plinius 27. Nat. Hiſt. C. 2. peſtilentiam abigi vino teſtatus eſt, doctus fortaſſis à conſultiſſimo ſuo ſemper autore Virgilio, qui in 3. Georgico ait:

Profuit inſerto latices infundere vino
Lenæos, ea viſa ſalus morientibus una.

Sic autem abſolutum & ſingulare vini præſidium ad venena viſum eſt Ioanni Serapioni in Lib. 5. Breuiarii C. de Morſu viperarum, ut conceptis verbis enunciarit hæc: & potus vini puri donec homo morſus toleret, ſu- ,,
per hoc non indiget & curationibus aliis. Quam pari- ,,
ter rem amplexus ac ferme verificatus eſt Aetius, & Aegineta, ut ſi pręmanſum ſit, allium & huius multus ſu-

ſti-

ſtineatur eſus, nullum aliud auxilium homini deſideratum iri ſuaſerit nobis. Porrum addit & cæpe Ioannes Actuarius in Lib. 6. Meth. Cap. 11. quod victus genus quo pacto proficere queat, enodauit idem autor, cauſam aſſignans, quia difficulter hęc mutantur, ægreque exitum reperiunt. Siquidem eorum qualitates ad plures dies permanent, quomodo vi illa letifera non vincantur, neque immutentur, ſed ex aduerſo illam oppugnent? Quod ſi priſcis mythologis omnia ſub velo comprehendentibus credis, Bacchantes, quæ ſuis in homophagiis ſerpentes ore demandunt, oſtendent & ipſæ fortaſſe meri valentis ergò morſus non formidari malorum anguium. Poſt quos omnes comprobatores tam multum eidem detulit Fabius Paulinus vir ſcientiſſimus, ut & occulta vi crediderit proficere.

Iam vero quoniam vitæ fomenta, & ad τῆς διαίτης documenta deuenimus: quædam quæ Paulus Aegineta propoſuit, hic expendenda ſubiicimus, alioquin expenſu digniſſima, quæ me quidē interpretē ſunt hæc: *Offerre cum ferculis edendum piper, & allium conducit; potandum vero vinum præpotens; inſtaurantibus vaporationibus, & congruenti concalfactu compagem corporis replentes: poſt hæc autem ea ſuperdare, quæ morſam particulam percalefaciendi, & lancinandi vim habent*. Hæc porro Pauli præcepta perſpicua ſunt omnia, verum tamen uſus haud omnium compertus. vaporatus, inquā, quod cōtendat, audire potius quā exponere vellem. Verum equidem ut nodi non diſſimulaui difficultatem, ſic eiuſdem reſoluendi non detrectabo laborem. Nempe quæcunque ſunt ab Aeginenſi magiſtro propoſita ſummum opinioni noſtrę ſuffragium ſunt allatura: quæ quidem opinio ſanciuit ſpiritualem & igneam viperei veneni noxiam ſic natura comparatā, ut ſpiritum noſtrum viuificum directe primum impetat, mox corrumpat: quæ corruptio ut ne abſoluatur, eſt omni ante conatu ſpiritus hic noſter muniendus, & exaugendus, addenſanda itē & confarcienda ſua ſedes;

quæ

quæ ſucci ſunt alibiles, ac fibræ carnis, quibus idem includitur. Iſthoc igitur conſilio Paulus iubet primum edendum piper & alliũ. Allium quoties voratũ ἰχιοδήκτῳ, toties cruciatus diros fame leuabat; ſecundo potandũ præpotens merum: tertio vaporatus inſtaurantes, & congruente concalefactu compagem corporis confarcinantes. Quibus præceptis ſingulis quid planius, ut indicetur uſus ſpiritus natiui confirmandi? Quid hiſce præſidiis luculentius ad deſignatam hanc operam perficiendam? Nimirum inſtaurantes vaporatus intellige, qui ex ſimplicibus materiis ſpiritum recreantibus, ideſt odoratis & naturæ amicis comparentur, cum amico item concalefactu compagem corporis offarcientibus, recorporantes dicere ſuetus eſt Aurelianus, ἀναληπτικὰς vero communiter Græci. Hic Aeginetæ ſenſus, hæc noſtra interpretatio eſt.

Iam abſolui contractã in pauca veneni viperini curationem, ſi illud unum cum Aureolo Theophraſto Tract. 3. Chirur. Maioris C. 2. præmonente demum admonuero: celeritatem hiſce præſidiis omnibus cumprimis addendam, nempe niſi præuertatur perniciſſimum fulguris modo venenum, & illudi medicam operam, & ægrum tardas feræ medelæ pœnas luere par eſt. Exiſtimes autem velim & hanc tam amplã curandi rationem, quæ & omni generis ictibus venenoſis communis eſſe queat: ſi quæ alia deſideres, hæc apud primos enarratores nanciſci licebit. Interim autem quid non Q. Sereni pleraque ſuper his remedia carminibus expreſſa ſcitiſſima iam recitamus? Sunt aut iſthæc:

Cuſpide non quiſquam longe, neque cade ſariſſa,
Fulmine non gladii, volucris nec felle ſagittæ,
Quam cito vipereo potis eſt affligier ictu.
Quare aptam dicamus opem, ſuccoſque medentes.
Quem nocuit ſerpens, fertur caput illius apte
Vulneribus iungi: ſanat quem ſauciat ipſa:
Vt Lariſſæa curatus Telephus haſta.

Pro-

Proderit & caulem cum vino haurire ſabuci,
Aut coctum raphani librum, tritumque ligare,
Siue etiam excelſa folium de mole cupreſſi,
Mandabit lactens caprifici ſuccus opellam:
Aut Tithymalus atrox vulnus contrita perungit,
Carduus eſt nondum doctis fullonibus aptus,
Ex illo radix tepido potatur in amni.
Ceruino ex fœtu commixta coagula vino
Sumuntur, quæ res membris agit atra venena.
Aut ferulæ radix potatur in imbre lyæi:
Betonicaue leues, gallinæ aut iura vetuſtæ.
Si vero horrendum vulnus fera fecerit aſpis,
Vrinam credunt propriam conducere potu.
Varronis fuit iſta ſenis ſententia: nec non
(Plinius ut memorat) ſumpti iuuat imber aceti.
Dicendum, & quæ ſit præcox medicina tementi:
Cautio namque poteſt diros præuertere morſus,
Si iecur exſectum tardo de vulture portes.
Erucis aut ſi totos perduxerit artus,
Quas prius attritas vehementi ſpargis aceto.
Aut tu ceruina per noctem in pelle quieſces,
Aut genere ex ipſo dentem portabis amicum.
Toxica præterea quæ ſint pellenda medelæ
Expediam: ſanguis poterit prodeſſe caninus,
Qui facile potu antidotos imitatur honeſtas:
Vis & mirificos cautus prædiſcere odores,
Accenſis quibus arcetur teterrima ſerpens,
Aut Hyracem torres, aut duri vulturis alam,
Vel nepetam, aut frondem rigidæ ſtirpemque myricæ

DE REMEDIIS, QVAE EX VIPERA SVMI POSSVNT, EX CONR. GESNERO.

CAP. VII.

Mirabile elephantiaſis remedium viperarum eſus exiſtit. Eæ vero apparatę cõmodo quo ſupra dictum eſt ægro in ſole deſidenti exhibentur, capite tamen probe velato. Neque vero ſemel tantum aut bis viperas edere ſatis eſt; ſed ſępe id fiat, quum extra periculum ſit, & inſuper commoditatem afferat. Sint autem viperæ recens captæ, & ex humectioribus locis accipiantur. Nam quæ iuxta mare degunt, vehementer ſiticuloſæ ſunt, Aetius. Ius etiam coctarum viperarum abſorbendum, Idẽ. Viperę enim carnes calidæ & ſiccæ tẽperaturæ euidenter exiſtũt, quæ corpus totũ per cutẽ expurgant. Hinc multi, quos elephantia male habebat, eſu potuue ipſarum cõſanuerunt. Quę in maritimis aliiſq; locis aridis degunt magis ad ſitim faciendam ſunt efficaces, Paul. Aegineta. Auerroes dixit carnem tyri purgare lepram: quoniam ipſius materiem pellit ad cutem, & ideo bibentes incidere primo in paſſionem tyrię, ideſt cutis excoriationem, & poſtea ab ipſa liberari, Fumanellus. Et ſcias quod caro viperę, & illud in quo eſt virtus carnis eius eſt de nobilibus medicinis leprę, & non oportet ut ſit vipera de luto, aut littoralis, aut de locis humidis. quoniam in ea ſecundum plurimum eſt parum iuuamentui. Et de eis, quę plurimę eſt malitię, eſt illa quę ſitim facit, cum qua eſt perditio: imo eligatur montana, pręcipue alba, & abſcindantur capita earum & caudę vice una ſubito: & tunc ſi multiplicatur curſus ſanguinis, & remanent viuę, & agitantur agitatione plurima tempore longo, tunc iſtę ſunt bonę. Poſt decollationem mũdificentur, & decoquantur: & comedatur ex eis, & iu-

re ipſarũ, Auicenna. Et ex potatione vini, in quo moritur vipera, aut viuit, iam ſanati ſunt quidam accidentaliter, aut intentione interficiendi, ut moriatur ille leproſus, & quieſcat, Idem. Amatus Cent. 2. agens de viperarũ apparatu pro victu elephanticorũ, ait: *Ius viperarum modo ſupradicto decoctarum primo ebibat, decet: deinde carnes comedat, non ſecus ac veruecis vel aliorum, quæ in prandio quotidie ſumuntur, ſed ieiuno ſtomacho, & in aurora carnes hæ comedi debent, dimidia ſaltem prouſce; & aliquando unius integræ viperæ; prout virium robur adfuerit. A quarum eſu cibum vel potum quemcunque per ſex differat horas. Quod ſi ſudauerit, diligenter ſudorem ſeruet maxime expedit. Excoriari autem ægrotantibus cutis ſolet, ut ſerpentibus euenit.* Hæc Amatus. Quod autẽ ſupra citati authores de uſu carnium viperinarum ad lepram ſeu elephantiaſim ſcripſerunt, id totum à Galeno deſumſerunt, qui Lib. de Simpl. Medic. facult. XI. Cap. 1. hac de re pluribus agit his verbis: *Viperarum carnes palam videre eſt excalefacientes & deſiccantes, ubi condiuntur cen anguillæ, &c. Quod autem totum corpus per cutim euacuent, diſcere tibi liceat vel ex iis, quæ ego iuuenis etiamnum in Aſia noſtra ſum expertus: quæ ſingulatim deinceps narrabo. Homo quidam morbo, quem elephanta cognominant, laborans, aliquo uſque cum ſodalibus conuerſabatur, donec ex ipſius conſuetudine conuerſationeque quidam ipſorum morbi inficerentur contagione, & ille iam odoratu grauis, ac fœdus redderetur aſpectu. Constructo igitur illi tugurio proxime vicum in iugo collis propter fontem, illic hominem collocant, tantum illi quotidie ciborum ferentes, quantus vitæ ſuſtinendæ ſatis foret. Cæterum ad canis exortum, cum forte meſſoribus haud procul inde metentibus vinum eſſet allatum in fictili ſane quam fragrans: is quidem qui attulerat depoſito illo prope meſſores abiit. Verum ubi eius bibendi aduenisſet tempus, ſublato fictili adoleſcens, ut pro more impleto cratere competente aqua vinum temperaret, in cratera vinum effundit, & una excidit vipera mortua. Quare attoniti meſſores veriti*

ne

ne quod, ſi bibiſſent, inde ſibi malum eueniret, ſuam quidem ſitim aquæ potione ſedare maluerunt. Cæterum cum illinc diſcederent, præ humanitate videlicet ac miſericordia homini illi elephanti obnoxio vinum largiuntur, rati expedire illi potius mori, quam viuere in ea miſeria. At ille ubi bibiſſet, admirandum in modum ſanitati reſtitutus eſt. Nam tuberoſum omne illud cutis totius non aliter quam animalium à teſta mollitie nuncupatorum malacoſtracon tegmen decidit. Quod autẽ reliquum erat, molle admodum apparuit, inſtar cutis cancrorũ, ac locuſtarum, ubi extima teſta fuerit detracta. Alterum quoque eiuſmodi non diſſimili caſu in Myſia Aſiæ non procul ab urbe noſtra accidit. Vir quidam elephanto laborans profectus eſt ad aquarum ſponte naſcentum muſcum, ſperans nonnihil ſe commodi adepturum. Erat illi ſcortum mancipium, iuuenis illa ſanè formoſa, compluribus amatoribus ambita. Huic tum alia quædam ex domeſticis rebus, tum penu æger concrediderat. Profectis igitur illis, in ædibus, quibus vicinus erat locus ſqualidus & viperarum plenus, forte fortuna ex illis una in urceum vini incidit negligentius poſitum, extinctaque eſt. Ac ſcortum quidem in lucro id reputans, quod fors eueniſſet, hero id vini propinat, atque ille ebibit. cæterum exinde ad eum modum, quo ille qui degebat in tugurio, perſanatus eſt. Atque hæc iam duo ſunt experimenti ex fortuita occaſione ſumti exempla. Porro tertium quoque annectam, quod ex noſtra profectũ eſt imitatione. Cum quidã hoc morbo ægrotaret, animo magis quã vulgus philoſophico, & contemtore mortis, oppido quã grauiter ferebat, ſatiusq; ducebat mortem ſemel perpeti, quam vitam viuere tam miſerabilem. Itaque illi quæ ſuperioribus duobus accidiſſent indico. Erat autem auguriorum peritus, & amico utebatur mirifice hanc diſciplinam tractante. Itaque ubi ad augurium cum illo conſediſſet, perſuaſus eſt, ut quæ per experientiã eſſent cognita, ipſe imitaretur, atque epoto vino, quod ſic erat veneno infectum, leproſus factus eſt: ac poſtea lepram eius nos conſuetis remediis ſanauimus. Quartus præterea viuas capiendi viperas arte utebatur. Sed illius in illo morbi tantum erant principia. itaque citra ſtudium, quod nobis fuit, ut

illum quam celerrime ſanitati redderemus, miſſo ſanguine, atraque bile medicamento detracta, viperis quas capiebat, uti iuſſimus ſpraparatis in olla anguillarum in modum. Atque hic ita ſanatus eſt, euaporato per cutem affectu. Poſtremo & alius vir quidam opulentus, non noſtras ille quidem, ſed ex media Thracia, Pergamum aduenit admonitus ſomnio. Vbi iubente Deo per inſomnium, ut quotidie medicamentum biberet, quod confectum eſt ex viperis, foriſque corpus inungeret, non multos poſt dies morbus in lepram abiit: rurſumque & hoc pathos quibus Deus præcipiebat medicamentis curatum eſt. Hactenus Galenus. Pullos & capos iure & carne viperarum cum pane ſubactis nutriuit Matthæus Gradi ad uſque deplumationem. Curaturus hoc eſu elephanticos Syluius: Dant aliqui carnes viperarum coctas adcomedendum, gallinæ etiam brodium ad bibendum, & in tanta quantitate dant quouſque gallina deplumetur. quod tunc eſt ſignum, quod virtus talium carnium penetrauit, & eſt imbibita: poſtea decoquunt gallinam, & de ea dant ad comedendum infirmis. & de uſu iſtarũ carnium viperarum recordor, quod cum Ioan. Matth. Gradi curaſſet quendam leproſum, fama diuulgabatur uſque ad Galliam: & quidam alius acceſſit Papiam, ut curaretur à lepra, et inueniens ipſum mortuum, acceſſit ad me, cui exhibui multa remedia: tandem deueni ad exhibitionem talium carnium, quæ laudantur ab omnibus medicinæ autoribus: & dixi illi Gallo ut eas caperet: & fecit; & quod erat multum auidus curari, accepit de eis in multa quantitate cum autem mane ipſum viſitarem, inueni ipſum cum ſæuiſſimis accidentibus & venenoſis, ita quod timui, ne carnes illæ ipſum occiderent. Sed quia virtus erat fortis, expulit per partes cutis, & facti fuerunt per corpus quaſi totum bubones, qui tandem deuenerunt ad ſaniem; & curatis illis remanſit liberatus: Et propter hoc medici non ſunt audaces in exhibendo multam quantitatem rerum venenoſarum: Gatinaria Cap. de Cura debilitatis viſus. Erat

quæ-

quædam nobilis in hac ciuitate laborans cutis affectione, quæ poſt multorum curationem ad meas deuenerat manus: in cuius curatione nihil proficientibus generoſis pharmacis, ad extremum marito conſentiente viperinas carnes in ea probare conſtitueram: unde femella vipera eo modo mundata ac præparata, quem Galenus præſcribit in Lib. de Theriaca, commiſcēdo carnem ipſius viperæ cum galanga, croco, &c. coxi ipſam uſque ad extremam coctionem: deinde accepi pullum unum, quem in ſucco ac brodio ex vipera detracto coquere iuſſi ad ſufficientiam. Ne quid inde mali incurreret, primo ipſi exhibui Mithridatum, tandem pullum cum brodio ipſi obtuli; ex cuius eſu melius ſe habere dicebat. Quo viſo accepi aliam viperam maſculum quem coxi ſine appoſitione aliorum. Eius brodium per tres dies ipſi exhibui, unde ſtatim ſudare vehementiſſime cœpit. Sudorem compeſcui Syrupi viol. cū aqua ſimplice uſu. Poſt ſex dies ſquamæ decidebant: ipſa etiam fuit ſanata. Inſuper concepit maſculum, quum antehac per 40 annos fuerit ſterilis. Alteri mulieri verebar brodiū de viperis ordinare. ſed cocta optime carne viperarum accepi amylum ſeu farinam, quam cum dicta aqua permiſcui, poſitis ibidem carnibus; feci deinceps globulos ex illa farina, quibus columbos more Hebræorum per tres dies alebam: tandem elixos patienti obtuli, unde fuit optimè ſanata, Helideus. Vinum, in quo ipſi maraſſi ſuffocati fuerint, ſi bibatur, morbo Gallico mederi certo experimento tradunt, Aloyſius. Antonius Muſa Medicus cum incidiſſet in inſanabilia ulcera, viperas edendas dabat miraque celeritate perſanabat, Plinius. Cum Crateri medici ſeruus in morbum peregrinum & inuſitatum incidiſſet, quo carnes ab oſſibus diſiungebantur, cæteraque medicamenta nihil prodeſſent, viperæ in modum piſcis præparatę eſu ſanatus eſt, Porphyrius Lib. 1. de Abſtin. ab animalibus. Viperinę carnes, ſi coctæ dentur, claritatem oculis afferunt, ner-

nerûorum vitiis auxiliantur, increſcentes ſtrumas reprimunt, Dioſcorides. Ex iis qui oculis excæcantur, ſunt qui viperarum eſu viſum conſeruant. Porphyrius de abſtinentia animantium. Oculi debilitatem & aquoſitatem & ferè cæcitatem curat brodium omnium viperarum, decoquendo ſimul fœniculum, & debet præparari, id eſt, abſcindendo caudam & caput per quatuor digitos, poſtea euiſcerando & bene abluendo extractâ pelle: & ſimiliter valent carnes. Sed dentur in pauca quantitate Incertus. Silentio præteriri nō debet, quod à quibuſdam memoriæ proditum eſt, nempe ſtrumis laborantes, ſicuti & elephantiaſi, viperarum ac ſerpentium uſu mirificè adiuuari, Ioh. Tagautius. Aiunt iis qui viperas eſitent, pediculos procreari: quod planè à veritate abhorret, Dioſcorides. Id tamen affirmat Galenus his verbis: *Conueniens eſt generalis facultatis meminiſſe carnem viperinam dicendo exſiccatoriam, & valenter digerentem, mediocriter vero excalefacientem. Properat autem, ut videtur, vis eius ad cutem, per eam videlicet, quæ in corpore ſunt, excrementa exigens. Quibus ergo affatim eſt mali ſucci in corpore, iis ingens prouenit pediculorū numerus, & à cute ceu ſquamæ abſcedit ac decidit extrema cutis, quā Græci vocant ἐπιδερμίδα, ad quā ſiſtuntur ac retinentur craſſi terreſtreſque humores ad cutē protruſi: à quibus quidem pſoræ, lepræ, & elephantes naſcuntur.* Hæc Galenus. Ius viperarū præter ſupradicta pediculos è toto corpore expellit, pruritusq; etiam ſummæ cutis, Plinius. Adiiciunt aliqui longam ſenectutē ægris, qui eo cibo, nempe viperis veſcuntur, Dioſcorides. Iſigonus Cirnos Indorum genus, centū quadragenis annis viuere: item Aethiopas macrobios, & Seras exiſtimat, & qui Athon montem incolant: hos quidem, quia viperinis carnibus alantur, Plinius. Viperæ caput impoſitum, vel alterius quam quę percuſſerit, ſine fine prodeſt. Item, ſi quis eam ipſam in vapore baculo ſuſtineat: aiunt enim præcauere. item, ſi quis exuſtæ eius cinerem illinat. Caput quidem diſſecant

Scy-

Scythæ inter aures, ad eximendum lapillum, quem aiunt ab ea deuorari territa. Alii ipſo toto capite utuntur, Idem. Ius viperæ elixæ præter ſupradicta pediculos è toto corpore expellit, pruritusque etiam ſummæ cutis. Effectum oſtendit & per ſe capitis viperini cinis. Vtiliſſime oculos inungunt, Idem. Viperarū capita uſta in olla ad cinerem, deinde trita cum decocto lupinorum amarorum craſſiſſimo, & temporibus illita, fluxum oculorum diuturnum ſiſtunt. Cinis ipſorum per ſe leuiſſime tritus, & in aridum collyrium adhibitus hebetem viſum magnopere corrigit, Aetius. Neruorum nodis medetur capitis viperini cinis ex oleo cyprino illitus, Plinius, & Marcellus. Viperæ caput aridum aſſeruatum & combuſtum, deinde ex aceto impoſitū, igni ſacro medetur, Plinius. Viperæ caput linteolo colligatum, & collo ſuſpenſum, magnum ſane amuletum eſt contra anginas: quippe non ſolum iam factas ſanat, ſed ne fiant, prohibet, Matthiolus.

Cochlearum inanium cinis admiſtus ceræ procidentium interaneorum partes extremas prohibet. Oportet autem cineri miſceri ſaniem punctis emiſſam è cerebro viperæ. Cerebrum viperæ illigatum pelliculæ, dentitiones adiuuat, Plinius. Fel viperę mirabile eſt in abſtergendo oculum, nec infert noxam veneni, Albertus. De felle non audacter ſuaſerim quæ præcipiunt: quoniam, ut ſuo loco docuimus, non aliud eſt ſerpentiū venenum, Plinius.

Conſtat contra omnium ſerpentium ictus quamuis inſanabiles ipſarum ſerpentium exta impoſita auxiliari: eoſque qui aliquando viperæ iecur coctæ hauſerint, nunquam feriri à ſerpente, Idem. Exta eius valent contra omnium ſerpentium ictum, ut dicit Plinius, Vincentius Belluacenſis.

Viperæ adeps contra oculorum hebetudines ſuffuſioneſque efficax eſt, addita cedria melle Attico & pari oleo vetere. Pilos alis euulſos perunctis radicibus recens

cens & per ſe illitus obliterat, atque renaſci non patitur, Dioſcorides. Prodeſt ad oculos inungẽdos adeps viperinus, Plinius. Quidam viperarum adipem in principio ſuffuſionum conuenire tradunt, Aetius. Fel aquilæ, hyænę, urſi, & adeps viperæ miſcentur liquidis cõpoſitionibus ad ficoſas aliaſque eminentias, & oculorũ ſuffuſiones apud Galen. L.4 C.7. κτ τόπ. Adeps viperę caliginem oculorum tollit, Vincentius. Porro quoniã viperarum adipẽ, ubi radicitus pilos ſub alis euulſeris, prohibere illos recreſcere illitum referunt, viſum eſt mihi eius facere periculum eſſe ſatius. Ac ubi prout iubent feciſſem, mentitos comperi: ſicut etiam quod initia ſuffuſionum ſanet, Amatus. In podagra utile eſſe aiunt adipe viperino pedes perungi, Plinius. Ambuſtis medetur adeps viperinus, Idem. Quidam viperę purgatę, ut ſupra dictum eſt, adipem cum olei ſextario decoquunt ad dimidias. Ex eo, cum opus ſit, ternis ſtillis additis in oleum perunguntur, ut omnes beſtiæ fugiant eos, Idem.

Impetigines extrahit viperę exuuium, Hippocrates Lib. 2. de Morb. Mul. Viperę pellicula in puluerem redacta impoſitaque alopeciis mirifice pilos regenerat, Galenus Lib. de Ther. ad Piſonem. Pellium viperinarum cinis alopecias celerri me explet, Plinius. Ex pelle viperarum cinerem facies, atq; aſſidue inſperges, emendabis ſine mora alopecias, Marcellus. Curant alopecias ex Plinio, Erinacei cinis, murium capita, ſinapi, & viperarum pellis, Braſſauolus de Morbo Gallico. Echinum comburi cum viperinis pellibus raniſque, & cinerem aſpergi potioni iubent magi, claritatem viſus promittentes, Plinius. Tunica viperę, quãm proiicit cum innouatur, in vino cocta, dentibus, & oculis medetur, Vincentius.

Viperam viuam in fictili nouo comburere, addito fœniculi ſucco ad cyathum unum, & thuris manna unà, atque ita ſuffuſiones oculorum, & caligines inungere uti-

utiliſſimum eſt medicamentum, id Echion vocatur. Fit & collyrium è vipera in olla putrefacta, vermiculiſque enatis cum croco tritis, Plinius. Echeon medicamen ad viſum, quod ſit ex cinere viperæ & melle, Syluaticus.

Quidam viperas totas extendunt & ſiccant, poſteaque terunt, ac eas in potu contra morbum articulorum exhibent, Aetius. Alii viperam circa canis ortum circumcidunt, id eſt caput & caudam abſcindunt, ut diximus: dein mediam comburunt. Dein cinerem eum dant bibēdum ter ſeptenis diebus quantum prehenditur ternis digitis. ſic ſtrumis medentur. Aliqui vero circumligant eas lino, quo præligata infra caput vipera pependerit, donec exanimaretur, Plinius. Fila multa, præcipue purpura marina tincta, quibus viperæ collum ſuffocatum ſit, mirum in modum tonſillis, aliiſque in collo tumoribus, vel ſingula circumligata auxiliantur, Galenus. Viperæ laqueus faucium apoſtematibus medetur, Io. B. Porta. Quidam in tribus heminis olei diſcoquunt viperam exemtis oſſibus, & pſilothri vice utuntur, euulſis prius pilis, quos renaſci nolunt, Plinius. Arthritici dolores utiliſſime illinuntur oleo, in quo decocta ſit vipera. Hoc enim perfecte curat, Auicenna. Olei viperini confectio apud Leonellum Fauentinum his verbis deſcribitur. ℞. tres vel quatuor viperas: abſcindantur partes extremæ caput & cauda per quatuor digitos: reliqua vero pars per quatuor fruſta diuidatur, & in olla perforata ponatur; quæ olla ponatur in ollam aliam maiorem, deinde orificia earum claudantur bene cum luto, ut ſpirare non poſſint; deinde collocetur aut ſtatuatur in cacabo pleno aqua ebulliente, & ibi ſtet continuè bulliendo per duas horas in olla, tunc exſtillabit liquor à viperis, quæ erant in olla perforata: cum illo oleoſo liquore inungantur nucha & membra paralyticata: ſiquidem à proprietate valet paralyticis. Hactenus Leonellus Fauentinus. Oleum

de Serpentibus: Viperas intellige, & elige ut in Theriaca: & abſcinde caput & caudam, & valebit elephāthiaſi, Manardus in Meſuem. Oleum de viperis in Italia Bononiæ præſertim fiebat anno 1559. ita ut viuæ cōiicerentur in oleum, & inſolarentur dies 40: carnes earum tabeſcere aiunt, & ceu ſolui in oleum. Hoc inungi leproſis & in morbo Gallico utile, Incertus. Accipe viperarum nigrarum Lib. iij. olei ſeſamini ſeſquiſextariū in vaſe vitreato anguſti oris probe obturato, ne vapor inde exhalet: incoquuntur, donec caro ab oſſibus decidat: deinde ubi refrixerint, reponuntur. Cutim expurgat, impetigines, aliaque id genus vitia ſanat partibus affectis penna illitis, Andernacus Dialogo 8. Tomi 2. ſuę Medicinę. Oleum de viperis conciſis in partes & inſolatis in oleo tota æſtate audio D. Fallopium mirifice extollere ad dolores Gallicos alioſque, Geſnerus.

Vincentius Stochetus Anconitanus iuuenis annos natus viginti, elephantiaſi laborans, cutim ex viperarum ſanie per vitream campanam deſtillata illinebat. Suadet Galenus Theriacam ebibitam, vel cuti illitam hoc modo laborantibus ſummopere prodeſſe. At nos ex viperis deſtillatitium hoc magis conferre, utpote morbo rebelli, & fere exoſſatæ elephantiaſi dictæ, nō ſine optimo ſucceſſu augurati ſumus. Primò autem ſanies ex viperis diſſectis, & vaſculis vitreis occluſis, ad ignem lentum deſtillabat: deinde oleum & aqua prodibant, de quibus poſtea ſales concinnari poterant, Amatus Luſit. Cent. 2.

DE THERIACA, ET PASTILLIS THERIACIS.

THeriace non ſolum, quod ferarū morſibus probe cōueniat, ſed etiam quod feræ ipſæ deinceps in confectura miſceantur, congrue ex utroque ſignificato nominatur, Galenus. Theriaca Diacidnes dicitur, id eſt

è vi-

è vipera. Sic eam vocat Galenus ſcribens ad Glauconem. Dicitur autem τὸ δι' ἐχίδνης φάρμακον & τὸ διὰ κίδνης. Κίδνην autem puto dici per ἀφαίρεσιν τοῦ ε. & χ in κ mutatione denſæ in tenuem. Andromachus Theriacam, quę viperas habet, Galenen, ideſt tranquillam cognominat, Galenus Lib. 1. de Antidotis. Vocantur Paſtilli de vipera ſiue orbiculi Theriacæ aut potius Trochiſci de Tyro, Amatus Cent. 2. Confectionem Theriacæ Galenus multis verbis deſcribit tribus libris, nempe Libro de Theriaca ad Piſonem, Libro ad Pamphilianum de Theriacæ uſu, & Lib. 1. de Antid. Liber de Antidotis videtur ultimus eſſe ſcriptus, ideoque ab ipſo maxime peti debere Theriacæ confectionem. Nam in ipſo quædam reprehendit quæ in aliis fieri iubet. In Libro enim ad Pamphilianum viperarum carnibus cum pane miſcendis ius, in quo decoctæ ſunt, affundi iubet: quod in Libro de Antidotis reprehendit. Rurſus in illo ad Piſonem præcipit ſcillas inuolui luto, ut aſſentur: in Libro autem ad Pamphilianum id reprobat. Sunt & alia quædam diuerſa. Hinc colligitur primum ſcriptum eſſe illum ad Piſonem: ſecundo ad Pamphilianum; ultimo de Antidotis. Ideoque forſan non meminit aliorũ; quod in primis non exacte tractaſſet rem. Ille tamen, qui de Antidotis eſt, ſolũ apparatum Theriacæ docet, non autem utilitates, niſi quantum carmine comprehẽdit Andromachus: quod in Libris aliis duobus fuſius docet. Huc autem adferemus quæ ad paſtillos vipereos, qui Theriacæ confectioni admiſcentur, pertinere videbantur.

Ac primum Theriacam antiquiſſimam eſſe, & ſemper ſtudioſe ambitioſeque à medicis locupletatam, donec Andromachus Neronis Medicus viperarum carnes ceu manum extremã operi iã abſoluto addidit, teſtatur Galenus Libro ad Piſonem, & Lib. primo de Antidotis. Solæ viperarum carnes Theriacæ admiſcentur, non autem aliorum ſerpentũ: quia omnes reliqui aliquid ma-

ligni præ viperis habeant: viperæ autem minus aliis feris tabificam vim obtinere cenſeantur, Idem Lib. de Theriaca ad Piſonem.

Viperæ ad Theriacam ſumendæ ſunt nõ quouis tempore, ſed potiſſimum initio veris captæ, cum latebris relictis foras in apricum prodeunt, & non adhuc virus tam prauum habent, Galenus ad Piſonem. Viperas, non ut aliqui faciunt, ęſtate media, neque ſtatim ubi cauernas egreſſæ fuerint, venari conuenit: ęſtate ſiquidem earum carnes ſitim excitant, ſtatimque ab egreſſu frigidę, ſiccæ, & extenuatæ ſunt. Opportunum itaque tempus eſt, quod iis medium intercedit, quodque Andromachus ipſe ſignificauit. quo tempore & qui Libero patri ſacra faciunt viperas lacerant, vere quidem finiente, nondum tamen æſtate incipiẽte: vel ſi ver, quod ad magnam ſui partem hyemale fuerit, circa principiũ æſtatis, non multo poſt Pleiadum ortum, Idem Libro primo de Antidotis, & Aetius Lib. decimotertio Cap. 90. Accipiantur viperæ quum eſt finis veris & incipit æſtas. Et ſi fuerit ver hyemale, dimittantur uſquequo conſequatur æſtas, Auicenna. Viperas feminas accipito. Cauere enim oportet, ne mares in antidoti confectionem aſſumamus, Aetius. Quomodo autem diſtinguantur viperæ mares à feminis, dictum eſt ſupra. Iſtis quidem trochiſcis non conueniunt omnes viperæ, imo flauę, & de flauis feminæ, Auicenna. Videtur autem viperas vocare quoſuis ſerpentes, ac per flauas, ipſas viperas intelligere.

Viperas autem, quę prægnantes ſunt, reiicere oportet, Galenus. Magis enim exaſperatæ ſeipſis redduntur pręgnantes, Aetius. Porro obſeruandum eſt, ne illæ capiantur, quæ in maritimis locis, quæue in aliqua ſalſa aquarũ lacuna degunt. antidotus enim quę ex huiuſmodi viperis confecta fuerit, ſitim excitabit, Galenus Lib. 1. de Antidotis. Non oportet ut capiantur ex piſcinis & littoribus fluuiorum, & aquarũ, & marium, ne-

que

que petroſæ; quoniam in eis ſunt quercinæ, facientes ſitim. Imo capiantur in loco longinquo ab humoroſitate, & non capiantur illæ quæ ſunt debilis motus, imo eligantur illæ, quæ ſunt velocis motus, habentes caput eleuatum, Auicenna.

Viperarum caput ac caudam abſcindere oportet; nam præterquam, quod hæ particulæ virulentiores eſſe videantur, etiam duræ & parum carnis habent. Sufficit autem in magnis viperis id, quod utrinque amputatur, quatuor digitos æquare. Galenus Libro 1. de Antidotis. Capita præcidimus, quia peſſimum humorem, nempe ipſum virus continent. Caudas verò atque ipſa extrema corporis tollimus, tanquam caudæ partes, & ut arbitror ſordidiorem ſubſtantiæ portionem magis trahentes, adeoque crebrius motus gratia trahentes, quemadmodum partes, quæ proximæ ſunt caudis piſcium, minus pingues eſſe ob frequentem motum dicuntur, Idem Lib. de Ther. ad Piſonem. In Libro vero undecimo de ſimpl. medicam. facultatibus, caput quidem viperæ totum abiici probat, ob venenũ, quod ore continent. Verum à ratione alienum ſibi videri ſcribit, adimere & caudam. Nec enim, inquit, dicere liceat, quod id faciendum ſit ob recrementa tum liquida tum ſicca. Nã interfectis atque excoriatis apertiſque exemta interanea omnia abiicimus, ut ſola ſit carniũ ſubſtantia reliqua una cum arteriis venisque per ipſas innatis, quarũ minima moles eſt ut ad totam carnem, ac ne apparens quidem, niſi quis multum diligenter intentis oculis conſideret, Hæc Galenus.

Viperis eo quo dictum eſt tempore captis, primum capita & caudas amputare quatuor digitorum longitudine conuenit, in tantum ſane, quantum videris in eis carne nudatum, Aetius. Dum autem partes has abſcindis, diligenter inſpicere conſilium eſt, num his amputatis exanguia protinus, immobilia, prorſuſque emortua eſſe animalia videantur. Nam ſi tales offenderis

beſtias,

beſtias, nihil ad medicaminis compoſitioné conducere ipſas cenſeto. At ſi motum quendam in ipſis reſiduum conſpicias, & ſanguinem conſeruare aliquamdiu poſſe, has ſeu præſtantiſſimas antidoto præparãdo immittes, utque haud ignauam, exoleſcentemque, ſed validam ad ſeruandam vim habere appareant, Galenus Lib. de Ther. ad Piſonem, & Aetius Lib. 13. Cap. 90.

Fiunt ex vipera paſtilli, qui Theriaci vocantur à Græcis, quaternis digitis utrinque amputatis exemtiſque interaneis, & liuore ſpinæ adhærente, reliquo corpore in patina ex aqua & anetho diſcocto, ſpiniſq; exemtis, & addita ſimilagine, atque ita in umbra ſiccatis paſtillis, quibus ad multa medicamenta utuntur, Plinius. Viperis ab utraque extremitate conciſis tota cute detracta, adeps ceu nullius momenti, omniaque interanea, tanquam excrementorum receptacula eximenda ſunt, totum vero reliquum corpus aquis primo abluendum, ex duabus aut tribus aquis lauandum, Aetius; ac in vas quoddam fictile quamelegantiſſime conſtructum, vel in lebetem probe exterſum, ſplendidumque coniiciẽdum eſt: deinde aquæ purę fontis congruenti menſura (Aetius) ſuper infuſa, viridiq; anetho, (tũc enim viget,) addito, ollæ prunas, ut coquatur, ſubiicere conuenit: vel arida ligna, quæ quod fumum non emittant, ἄκαπνα vocant; vel quod melius adhuc eſt vitium ſarmenta. Salis autem, ſi quidem ſuo tempore viperas ceperis, tantillum immittere oportet: ſin æſtate iam incipiente, nihil. (Quod ſi efferueat olla; ſolet enim aſſiduè in decoquendo aqua ebullire, & ex olla effundi; quotieſcunq; hoc ipſum contigerit, frigidam aquam irrorato, Aetius.) Deinde carnibus iam bene coctis, (ſit autẽ tibi cocturæ menſura cum ſpinę ab illarum carnibus ſeiũguntur) tunc lebete ab igne depoſito, diligenter carnes à ſpinis ſegrega, ut nihil ex ſpinis ſimul auferatur. (Ad manum deinde peluim appoſitam habere oportet mundam, ex iuſculo cocturæ aliquid continentem,

atque

atque in eam ipſam depuratas carnes iniicere: facile enim reſiccantur, & proinde difficulter conteri poſſunt. At vero ubi carnes ipſas puras feceris, ac manibus diligenter expreſſeris, eas ponderato, & in pilam culinariam aſperiorem coniicito, ac fortiter aliquandiu terito, paulatimque iuſculum inſtillato, Aetius.) Atque his exquiſitè contritis, panis ex puriſſima farina optimeque confecti, qui præcipue & bene fermentatus ſit, & ſalis quod ſatis ſit habeat, & in furno non ſub clibano coctus, modicum quiddam admiſcere oportet. Nonnulli tamen in commiſcendo panem viperis hanc menſuram ſeruandam præcipiunt, ut panis pondus viperinarum carnium dimidio minus ſit: Magnus, & Damocrates æqualem panis modum ęquali carnium adiũgunt: alii ne tertiam partem excedat malunt. Ego vero quandoque quartam, quandoque & quintam panis impoſui. Cæterum niſi probe coctus fuerit, periculum eſt, ne aliquid aciditatis medicamentum contrahat. At ſatius eſt, panem hunc ita coctum per aliquot dies loco aliquo ſicciori prius exiccaſſe. Verum cum viperas & panem coniunxeris, diligenterque adeo ſubegeris, ut nulla viperinæ carnis particula non contuſa remanſerit; ex ea maſſa iuſculi, quod ſatis eſt, paulatim affuſo, & opobalſami contactu inter effingendũ utens, paſtillos conficito, qui ſunt tenues: nam craſſi cum difficulter ſicceſcere ſoleant, & carnem putreſcere, & panem aceſcere ſinunt. Quamobrem panem quoque ante ſiccatũ terere melius eſt, & non, quemadmodum ante nos qui Cęſari Theriacam faciebant, viperarum iure maceratũ: id quod ipſe quoq; diu feci, (quod etiã tradit Lib. 11. de Medicament. ſimpl. facultatibus. Non tamen, inquit, tundentes miſcemus, verum aqua, in qua decoctę fuerant viperæ maceramus). Sed mihi poſtea melius eſſe viſum eſt, panem antea contritum viperarum carnibus exactè iam ſubactis admiſcere: citius namque paſtilli ſiccantur, qui ſiccum panem non madidum acce-

ceperint. Sit autem cella in qua paſtillos ſiccabis in ſuperiori domus parte, ad meridiem conuerſa, vel ſaltem ad ſeptentrionem non reſpiciat, ut ſolis radios tota pene die admittat: tali enim loco commode ſicceſcent. Statim ubi fuerint conformati, ea parte collocētur, qua ſolares radii peruenire nō poſſint. (In umbra enim ſiccari eos oportet, Aetius) Frequenter autem ipſos conuertere opus erit, ut æqualiter utraque ex parte ſicceſcant. quod facere ſi quis omiſerit, ſuperior quidem pars celeriter aceſcet; inferior autem humida diutius permanebit, periculumque erit ne marceſcant. Poſtea vero quam exſiccati fuerint, maneant adhuc aliquot diebus eadem in cella longius quā prius à ſolis radiis, ſæpeque denuo conuertantur. Sufficient autem ad hæc omnia quindecim dies ad ſummum: poſt quod tempus donec Theriacam conficere volueris, (opobalſamo optimo oblinendi, & poſt Aetius) recondi debent in vaſe ſtanneo, aut vitreo, aut etiam aureo. Vitrum ſiquidem, & aurum nullam fraudem admittit: ſtannum autem plumbi miſtura adulteratur: quod vitare conueniet, non ſolum in hac, ſed & in quibuſcunq; aliis antidotis: quemadmodum & argentum, ſi purum non fuerit. Vaſa namque ex eo fabricata celerrime rubiginem contrahunt; purum autem argentum, Romani candidum vocant. Cæterū longe melius eſt haud multo poſt, quam paſtillos confeceris, ipſis uti; quanquā non multum detrimenti capiunt, etiamſi peracto anno, atque etiam multo poſt eis utaris. Recte namq; à principio ſiccati, ad tertium, quartumque annum integri perſeuerant, dummodo tamen apte reponantur, & ſubinde puluiſculus quidam, qui ipſis adnaſci conſueuit, mundis linteis interdum abſtergatur. Is namque ſi diutius inhæreat, paſtillos perforabit. Perſpicuum eſt autem eos inutiles euadere, qui perforati fuerint, quemadmodum antequam hoc ipſis accidat, etiamſi multum tempus interceſſerit, utiles permanent. Hæc

Ga-

Galenus Lib. 1. de Antidotis, & Lib. de Ther. ad Piſonem & Lib. XI. de Simpl. Medic. facult. Crito hoc plus de Theriaca ſcriptum reliquit. Viperas vere finiente vel autumno, comprehendendas, eligendaſque illas quæ magnæ & corpulentæ ſint, anethoque impoſito elixandas, carnibus autem è decem viperis collectis, unā panis ſiliginei unciam admiſcendam cenſet, atq; ita paſtillos Theriacales appellatos conficere, Idem Lib. de Vſu Theriacę ad Pamphilianum. Fuchſius Lib. de Compoſ. Medicamentorum vipereis paſtillis, quorum tamē parandi rationem Andromacho acceptam refert, opobalſamum addit. Quamobrem non potui Fuchſium nō mirari, quod non ſolum præter Andromachi & Galeni inſtitutum hoc fecerit, ſed quod etiam medicamentum addiderit, quo iam penitus diu deſtituimur, Matthiolus Epiſtol. Lib. 5. Qui autem plura de Theriacæ confectione & compoſitione cognoſcere volet, & quæ viperinis paſtillis adiicienda ſint, legat Galenum Libris ſupradictis, & Aetium Lib. 13.

Vſus autem Theriacæ ad multa prodeſt. Non enim ſolum ad beſtiarum morſus & venena à natura ſua auxiliatur, ſed & alias magnas affectiones auxiliare pharmacum per uſus experientiam inuentum eſt. Podagricos enim & articulorum dolores iuuat, fluxiones exſiccat, Hydropicis, Elephantiacis, Melancholicis, Quartanariis, Ictericis, Abſciſſæ voci, Sputo cruento, Nephriticis, Dyſentericis, Calculoſis, Anheloſis, Hepatis & Lienis affectibus, Cholericis, Cardiacis, Epilepticis plurimum prodeſt. Lumbricorum omne genus ex inteſtinis exigit. Præſtantiſſimum eſt peſtis remedium. Etiam ſanis frequens eius uſus ſalubris eſt. Senectam enim placidam, vitam longæuam, & ſanitatem ſtabilem promittit, excrementa conſumit, actiones naturales roborat, ſenſus & mentem acuit, peregrinantes contra frigoris iniuriā armat, corpus à venenoſis aliiſq; noxis præſeruat, & ægre paſſibilem reddit: Sanguinem

 bo-

bonum efficit, aeris & aquarum vitia emendat: nec ſolum inſtantibus morbis liberat, ſed etiam ab imminentibus præſeruat. De quibus plura vide apud Galenum Lib. de Ther. ad Piſonem & Lib. de Vſu Theriacæ ad Pamphilianum, & apud Aetium Lib. 13. C. 96. Res quæ in potu tribuuntur leproſis multæ ſunt. Nam de melioribus medicinis eſt Theriaca maior, facta cum carnibus viperæ, Auicenna. Auenzohar Theriacam non modo aſſumtã, ſed & linitam lepræ conferre, ait Fumanellus. Trochiſcos de vipera, aliqui addunt liquoribus deſtillandis contra Gallicum morbum, ut refert Aug. Ferrerius.

DE SALE THERIACO.

PRæparantur & ſales quidam ex his beſtiis, id eſt viperis, qui faciunt ad omnia prædicta, modice lõgoque temporis ſpatio præſidium præbere habiles, continuo autem uſu paulatim adiuuante, Galenus. Sal ex eis ad eadem conficitur, ſed inefficacior eſt. Viua autem vipera in fictile nouum demittitur: adiiciuntur, ſalis, caricarumq; tritarum, ſingulatim quinq; ſextarii, mellis cyathi ſex, mox fictili operculum luto oblinitur, & fornacibus inaſſatur, donec ſal in carbones redigatur, qui poſtea tritus in pulueris faciem reconditur. Plerumque, ut ori gratior fiat, immiſcetur ſpica, aut nardi, aut malabathri momentum, Dioſcorides. Hi ſales hunc in modum præparantur: Viperæ prædictis (nempe in viperinorum paſtillorum apparatu) ſimiles, & eodem tempore captæ numero quatuor, nõ biduo plus poſt venationem adſeruatæ, ſumentur: verum ſi fieri poſſit, eodem die quo ſunt captæ. (Id vero non in meridie faciendum, ſed mane. Tunc enim rigentes adhuc beſtiæ ad motum tardiores ſunt. Quod ſi fagi etiam arboris ramulo viperas cædas, ad motum ipſas tardiores reddes & mirabilem eis ſoporem induces, Aetius.) Deinde

inde ſalis ammoniaci, ſin minus, communis, colore albi, & leuiter ſplendeſcentis, modius Italicus, mox cũ ipſis craſſius tundetur Gentianę Creticę Libra vna ſemis, Ariſtolochiæ rotundæ ſeſqui libra, centaurii tenuis comæ Libræ duæ, cardamomi ſeminis Libra una, Melle Attico hæc uniuntur, (& in 5. aut 6. paſtillos latiores, quo probe exuri queant, reducuntur, Aetius,) & dimidia ipſorum pars in nouum fictile coniicitur. Deinde quatuor viperæ viuæ, quibus adduntur etiam ſcillæ tenerę, recentes quinque minutim conciſæ; ita reliqua aliorum dimidia pars adiicitur, ac ubi cooperueris ollam, lutoque diligenter obleueris, tribus quatuorue foraminibus operculum ipſius pertundes, ut per ea vapor coctionis modum indicet. Nam prius fumus exire videbitur copioſus, obſcurus, admodumque turbidus, qui ignem beſtias iam inuaſiſſe nunciet: quando te animum quoque diligenter aduertere moneo, ne tãdem huius fumi aerem ex viperarum exhalatione infectum inſpires. Poſtea ubi vapor ceſſauerit, & tenuem quandam flammam per foramina eiici conſpexeris, tũc ipſa cocta eſſe quam optime cenſeto, atque ita ollam de igne tollito, tota die & nocte refrigerans. Deinde ollam aperito, exemtoſque carbones diligenter tundito, & cum hiſce miſturis cribrato. Rutæ ſilueſtris ſeminis, hyſſopi Cretici, ſingulorum unciis nouem, hormini ſermonis torrefacti unciis tribus, thymi Attici ſummitatum unciis nouem, malabathri Indici foliorum unciis quatuor, baccarum Iuniperi Laconici carnis libris duabus, coriandri ſatiui ſeminis unciis ſex, piperis albi & nigri ſingulorum libris duabus, laſeris radicis unciis decem, Zingiberis non forati libris duabus, ſatyrii ſeminis vel radicis, pulegii montani, ſeſeli Maſſiliotici rufi, tordylii montani, ſeminis menthę, ſingulorũ unciis ſex, caſię optimæ unciis duabus, cinnamomi uncia una. Conare autẽ ipſa contuſa cibrataque rurſus contundere, & cribro frequenter incernere, ut ad amuſ-

ſim fiant leuia: atq; ſic in vaſis vitreis repoſita nō ſtatim uſurpare conuenit, ſed poſt decē fere dies. Porro ego ipſos præparaui, beſtiis non combuſtis, ſed ipſarum paſtillis, quemadmodū in Theriaca oſtendi confici, miſcēs ipſos quoq; iis quæ cum belluis comburuntur, ut quam habeant in ſe amarulentiam, eam in aduſtione deponant, tanta paſtillorum menſura adiecta, quantum viperarum numerum habere coniecturabam. (Efficiunt autem quatuor viperæ magnæ paſtillorum ſiccorum ſextantem & unciæ dimidium Aetius) & facti ſunt longe præſtantiſſimi, nec cinerem ex aduſtione in guſtu referentes, nec colore nigri, ſed etiam qualitate in uſu ſuauiſſimi redditi, & vires ad ea quę dixi peculiariter facere euidentiores obtinentes, Galenus Lib. de Ther. ad Piſonem, Aetius Lib. 13. Cap. 97.

Exuritur vipera in olla cū ſale, quem lingendo claritatem oculorum conſequuntur, ſtomachi totiuſq; corporis tempeſtiuitates. Hic ſal & pecori datur ſalubritatis cauſa, & in antidotum contra ſerpentes additur, Plinius. Compoſitio ſalis Theriaci, quo Braſſauola in Phagedænis ulceribuſque malignis utebatur ab eodem ordinata: ℞. Salis albi Libras xx. Gentianæ contuſæ Libra 1. ß. Ariſtolochiæ rotundæ Librā 1 ß. ſummitatum centaurii minoris Libras 11. Cardamomi, Armoniaci, Marrubii an. Librā S. Scordii, Chamædryos, ſeminis an. Libra 1. melis. Libras x11. viperas num. 11. omnia ſimul ponantur in vas ferreū ſupra prunas, & bene comburantur, tandem puluerizentur, & ſic erit ſal Theriacum iuxta Braſſauolæ compoſitionē Ferrariæ. Sal Theriacus admodum bonus: Recipit ſalis Ammoniaci, interioris ſcillæ, ſingul Librā ſemis. Silphii, Piperis albi. ſing. unc. ſemis. Piperis nigri, unc. 1. Zingiberis exa. 11. Coſti unc. 11. Cyperi, baccarum Lauri, Dauci Cretici, ſingulorum exag. 11. ſcrup. 11. Ammoniaci thymiamatis, ſcrup. vj. Petroſelini, paſtilli Theriaci, ſing. exag. 11. ſalem cum ſcilla contunde, & alia cū iis conficiens

dato

dato, Myrepſus. Sal viperæ eſt ſal qui ponitur & reperitur in ventre viperæ ſalitæ, And. Bel. quod nõ placet, Geſnerus. In Patauinis montibus reperiuntur Maraſſi ſeu viperæ. Condiuntur ſale, aut ſeruantur in aliquo liquore. Nam ſalem ipſorum doloribus à morbo Gallico (ut vocant) cõtractis illitu remediari lego, Aloyſius.

Hi autem ſales Theriaci ad omnia, ad quæ ipſa Theriaca, valere dicuntur, quamuis non tantam habeant potentiam. Peculiariter autem medentur affectibus maxime ſumma in cute obortis, leucis dico, lepris, impetigini agreſti. Nam ſuperfluitates cuti ſubditas acreſque potiſſimum diſcutiunt. Plurimi igitur ipſos manducantes, ſudoribus largiter diffluunt, ac corruptam vacuant ſubſtantiam, ut pedunculos quoque vocatos quoſdam eiiciant ex corruptione proprie naſcentes. Dentes optime abſtergunt, & flaccidas partes denſant. Fluorem ipſis illabentem reprimunt, à putrilagine dentes præſeruant, erodi ipſos non ſinunt, Galenus. Proprie autem in affectionibus cutis curandis ſales commendantur, cuius generis ſunt, leuce, lepra, impetigo agreſtis, elephantiaſis, alphos, ſcabies agreſtis, & raritas ac defluuiũ capillorum. Huiuſmodi enim cutis vitia confeſtim delent, & acria recrementa ſubter cutẽ redundantia optime diſcutiunt. Pleriſque enim ex eorum eſu ſudor prolicitur, atque ita per exſudationem corrupta ſubſtantia euacuatur, adeo ut quidam in principio pediculos excluſerint intra 14. ad ſummum dies: poſt hos enim nullus in corpore pediculus apparet. Quidam vero pro pediculis ſputa pituitoſa reiectant à ſalium reiectione initium facientes, deinde paulo poſt etiam ſputa repurgata ſiſtuntur. Licet autem tum in prandio, tum in cœna eis uti, cum quibuſcunque eduliis eos accipere velis, neq; ultra ad eorum acceptionem prouocare oportet. Tanta enim ipſis inſita ſuauitas eſt, ut magis voluptatis gratia eos confectos quis dicere poſſit. Licet igitur uſque

ad

ad iij. cochlearia per diem ex eis ſumere, maxime ſi cibus prius in ventre ſit probe concoctus. Qui enim eos accipiunt, concoquunt melius, & cibi appetentiores fiunt; floridius etiam corpus habent, & ſenſus omnes vegetiores. Suffuſiones igitur incipientes, & nondum congelatas egregie diſſoluunt, neque plane quis ſuffuſionem incurrat, qui eos quotidie accipiat. Purgationes item lunares propter obturationem aliquã aut ſanguinis coactionem ſuppreſſas cient. Iidem etiam largum & impetuoſum enſium defluxum ſiſtunt. Quiſquis autem eos præſumſerit, omnes venenorum & virus iaculantium beſtiarum inſidias euincet: neq; etiam quum infectus fuerit, & poſtea ſtatim ſales acceperit, periculum incurret, maxime ſi corporis ſui temperamẽtum per horum ſalium uſum multo tempore appararit, ac veluti condierit, quemadmodum Mithridates feciſſe dicitur. Præſtat & peſtilenti conſtitutione inſtante ad auxiliare hoc & mali depulſoriũ pharmacum confugere, præſertim ſi ei myricæ herbam admiſcueris. Morborum præterea omnium medici ſales exiſtunt, maxime tamen eorum, qui in renibus conſiſtunt. Lapides enim in eis atterunt, & plane marcidos renes reſtituunt. Vertigini vero, & dolori capitis inueterato, morboque comitiali nulla alia conſimilis medela exhiberi queat: ſi quis eos per integrum annum ex ordine large ſumat. Noui & arquatos diuturnos, & ſplenicos, ac colicos, qui frequenter in hanc affectionem inciderunt, per eos ſanatos. Hydropem etiam maxime ſubter cutem per eorum uſum reſiccaui, & ingentem famem, βέλιμον Græci dicunt, diſſolui. Vt quis etiam per frigidum aerem iter faciens minus frigore lædatur, comeſti faciunt. Rigores autem per circuitum repetentes diuturnos cohibent, & tuſſes humectas reſiccant. Tabidos vero iam mirabiliter ad bonam corporis habitudinem reduxerunt paulatim eduliis aſperſi. Exſolutos autem à languore perfecte reuiuiſcere faciunt. Scio namque plu-
rimos

rimos membris penitus reſoluts per ipſos ſanatos. Ad podagram demum maxime incipientem, & omnino ad omnes articulari morbo affectos unicum hoc edulium conſtructum eſſe videtur. Adhortor igitur eos qui à podagra liberati ſunt, ut eis continue utantur. Cęterũ vix ſatis dignis verbis aſſequi queas, quantũ diuturnas quartanas, & deliria ex atra bile oborta dilatent, & remorentur, ſi ante acceſſiones & in interuallis quoq; ſumantur. Enecant item omne lumbricorum genus. Optimum eſt etiam ipſis dentes maxime craſſiores confricare. Non enim albiores tantum eos reddunt, ſed neque dens poſtea laxior factus mouebitur, neque erodetur, neque ſtuporem incurret. Extrahunt etiam per caput recrementorum copiam, ac caput purgant, & oculos leuiores reddunt. Hæc Aetius Lib. 13. Cap. 97. Sal viperæ leproſis iuuatiuus eſt, Auicenna. Quidam ſale cum vipera cremato in olla noua & ſępius ſumpto, aiunt podagra liberari, Plinius. Hæc è Geſnero, paulo accuratius quam vulgo ſunt edita, veterum exemplo deſcribere libuit.

SALIS VIPERINI VOLATILIS PARANDI RATIO

A Clariſſ. Viro Ioan. Iacobo Vepfero communicata.

CAP. IIX.

Paratur hoc modo: Viperæ eo quo ad Trochiſcos preparantur modo in Balneo ut vocant Mariæ modice ſiccantur, & elementari inſipida humiditate exuuntur. Hinc in arena per fortiorem ignem diſtillantur: tranſibit in vas recipiens oleum fœtidum, & acris quidam liquor: Alembici lateribus ſe ſal volatilis applicabit. Oleum ſeparatur, & ſeorſim ſeruatur. In acri humore ſal ille volatilis, qui lateribus adhęrebat, ſoluitur in

phia-

phiala longi colli, & ſubiecto blando calore tum ſolutus ſal, tum in ichore antea ſepultus, & acredine ſolū deprehenſus ſimul electabuntur, phialæ parietibus ſe agglutinaturi, relicto in fundo liquore aliquam acredinem, ſalis volatilis veſtigiū, retinente, maiore imo & forſan nobiliore ſublimata portione. Si hic ſal cādidior & purior petitur, iterum iterumque aqua fontana vel alia pro lubitu diſſoluitur, & ut antea ſublimatur. Quia vero ſic facile tenues in auras euaneſcit, hac ratione figitur. Sal volatilis in puluerem redactus in cucurbitam vitream altam vel phialam longi colli ſternitur, ſuper affunditur ſpiritus ſalis communis, qui affuſus ebullitionem excitabit: quæ non extimeſcenda. Affuſio eo uſque continuanda donec efferueſcere deſinat: tum liquor, qui plane inſipidus erit, abſtrahendus Balneo Marię, habebiturque ſal volatilis aliquantum fixefactus: in chryſtallos pellucidos abibit, ſi in aqua, quę libuerit, ſolutus in locum tepentem reponatur. Huius Salis vires ut reſpondent dogmatici apparatus aliis, ſic his maiores & efficaciores eſſe tenuitatis præſtantia debebunt.

Sal Viperarum Volatile, Oleum, Spiritus, Sal Fixum, & Fixatum eiuſdem.

VIperæ exſiccatæ, conciſæ, & leuiter contuſæ una cum epate, & corde, etiam exſiccatis, & forfice comminutis, ingeruntur in retortam loricatam uſquedum impletur. Deſtillatio in vas recipiens amplum, obſeruatis ignis gradibus, exhibet primo phlegma & ſpiritum, hinc ſal volatile undique lateribus recipientis, colloque retortæ adhærens: tandem oleum fœtidum & craſſum per tritorium vel chartam ſeparandum. Exemtū vero ſal volatile purificetur in phiala ſatis longa cum amplo ſi placet alembico ſublimandum per arenam moderato igne, ne aquoſitas aliqua ſalem ſe-

ſequatur: quod aucto igne contingere ſolet. Salis huius partes magis ſublimes reliquis ſunt odoris penetrantioris; idcirco in vitro optime clauſo cuſtodientur. Medicamentum ſumme penetrans putredinem arcet, in toto corpore obſtructiones reſerat, febres reſoluit omnes, etiam quartanas, ſi hora una vel altera ante paroxyſmũ propinetur in liquore appropriato, qui acrimoniã eius nonnihil obtundere, nõ tamen deſtruere valet: utpote in Emulſione ſem. Melon. vel amygd. dulc. addita portione aq. Roſ. vel Cinnamom. & Sacch. alb. Doſ. à gr. vj. ad ℈ ß.

Figitur eodem modo quo Sal Volatile microcoſmi, niſi quod loco proprii ſpiritus Salis fixi, qui paucus eſt in viperis, & ex capite mortuo conſueto modo elicitur, ſumatur ſpiritus ſalis communis. Sic fixatus medicamentum eſt immutabile, totum corpus penetrans, reſoluit excrementa quæcunque, eaque abſtergit inſtar ſaponis, ubicunque locorum hęſerint, etiam aſſimilata, ut facile & cõmode à natura expellantur, vel per ſudorem, inſenſibilem tranſpirationem, aut, quod utplurimum fieri ſolet, per urinam. Propterea in Melancholia quacunque, Podagra, calculo renum & Veſicæ, obſtructionibus viſcerum omnium, & ipſa putredine, pręſentiſſimum eſt remediũ. In deperditis viribus pertingit ad loca affecta; naturam confortat, adiuuat, purgando ſcilicet, & reſoluendo excrementa naturæ aduerſa. Doſ. à ℈ ß. ad ℈ j. in iuſculo, vino, aut alio vehiculo conueniente.

Eſſentia Viperarum.

℞. Iocinora & Corda viperarũ numero centum circiter exſiccata & conciſa, cum ſpiritu vini rectificatiſſimo diebus tribus vel quatuor, fiat tinctura ſecundum artẽ. Iunctis depletionibus adde ad ℔. j. tincturæ ſalis volatilis ℥ j. ſalis fixati ℥ ß. Vt autem optime uniantur,

digere adhuc menſe uno vel altero, & habebis ſummum, quod à viperis ſperari poteſt medicamentum.

Serpentium verò carnes Petri Aponenſis iudicio in Meſueum Comm. x. laudabiliores ſunt eorũ, qui albi, non aquatici, nec montani, abſciſſis menſura digitorũ VII capite & cauda, nec aliter moriantur: prima ebullitionis aqua abiiciatur. Eſt medicinarum materia diuturnis ægritudinibus, quarum materia fuit cholera & maxime aduſta, & omnium humorum aduſtione, & infectione ſanguinis diuturna, & credas de hac medicina in leproſis, & proprie cum lacte hecticis nullum huic ęquipollens medicamen, & ictericis, & ſupercalefactis hepate, & malitia fellis, non ex coniunctione complexionis & ſubſtantiæ, quamuis aliqui ad bene eſſe ſine hac faciant, nec ſubſtantia, nec complexione. Scriptũ eſt enim quia eſt talis, & non quare, muniuit medicinam largitor bonorum vel naturalis, & ſupernaturali virtute utraq; cœleſti, & elementari, ſicut Deus creauit. quædam eſt nobiliſſima in rebus virtus, non natura hac, ſed altera natura inuita; non de naturis eorum, quę ſunt ſub ſole, ſed alterius noſtro intellectui ignotę.

VARII VIPERARVM IN PVLVERES APPARATVS

Ab Illuſtriſſimo viro, Commendatore Digniſſimo, & Mecœnate Literatorum optimo D. Caſſiano à Puteo communicati.

CAP. IX.

EFficaciæ maximè mirandæ in febribus quamplurimis, contra peſtem, lepram, vermes, & ſimilia mala: quorũ ſecreta à Rudolpho II. Imperatore, ad Patriarcham Caietanum, apud Sac. Cęſar Maieſt. Nuncium Apoſtolicum, ab ipſo verò ad quendam eius aulicum, hinc ad D. Franciſcum Sandelli peruenere.

Præ-

Præparatio prima.

Sumitur vipera & irritatur. Dein, capite ipſi & cauda abſciſſa, aperiuntur interiora, & viſcera eximuntur. Tum linteo ſiccatur, inque vino, & aqua vitæ lota in fruſtula diuiditur. Quæ patinæ impoſita, operculoque lutato recta in furnum poſt panis extractionem immittuntur & ſiccantur. Ex quibus piſtillo contuſis, & collatis puluis perficitur, cuius doſis ſcrupul. j.

Alter modus, ſeu Puluis Secundus.

Commendatur hic præ reliquis omnibus. Pulueris doſis à drach. j. ad ij. imo in febribus malignis à drachma j. ad drach. j. & ſemis, ſumitur in aqua rutæ capraríæ miſta cum ſpiritus vitrioli guttis 4, aut 6: occiditur vipera, lauatur, & purgatur, ut ſupra. Poſtea ſuffumigio ſequenti ſuffumigatur. ℞. baccarum Iuniperi Librā j. ß. baccarum lauri ℥ iiij. Myrrhæ ʒ ij. Caryophilorum ʒ j. Thuris ʒ ij Radicum Ireos ℥ ß. Ligni Aloes ℥ ß. Carabes, Belzoini an. ℥ ß. fiat ſecundū artem puluis groſſus mixtus, & cum hoc puluere ſuffumiga per 3. dies quantum vis ad libitum: quanto plus tanto melius. Doſis ſcrupul j. tempore neceſſitatis.

Vſus pulueris prædicti.

Doſis eius, drachma ſemis, ſumta in vino, vel brodio, vel in conſerua quadam appropriata. In uſum etiam venire poteſt miſſus ſali communi, ita ut in cibis condiendis illius vicem ſubeat. Confert in catarrho ſalſo & vehementi, in phthiſi, tuſſe, aſthmate, hydrope, ſumtus mane in brodio carnis ſcrupuli pondere. Præſeruat à venenis: & ſi de veneno hauſto adſit ſuſpicio, ſumitur eius doſis una, ut iam dictum eſt, in vino vel in

 alio

alio liquore. Peſtis tempore tam præſeruationi quam curationi inſeruit, ſudore procurato. Pleuritidi, ſeu punctur æ vehementi remedio eſt, cum aqua ſcabioſæ, vel Cardui benedicti: & ſi calor ægrum non premat, cũ vino. Quo caſu ſi ſudor inſequatur, nullo modo is impediendus eſt: imo in febre acuta ardente, dicta alias febre Vngarica, prouocando ſudorem vel maxime iuuat.

Præparatio in Electuarium.

℞. Carnem viperarum occiſarum, & lauatam, ut ſupra, in fruſta ſcinde; tum tigillo impone, affuſa aqua vitæ bona, eam incende dum in pultem caro redigatur, & bene cocta ſit, ſpathula lignea eam agitando, donec aqua vitæ incendio abſumta ſit. Pultem ita coctam cola, & in mortario probe contunde. Tum ℞. huius carnis viperinæ ℥ iiij. ſacchari candidi optimi ℥ ij. vel iij. Fiat ſecundum artem confectio cum mucilagine tragacanthi, poſtea cum aqua cinnamomi ad vij. vel viij. guttas, ut habeat odorem. Doſis ſcrupuli unius.

Puluis viperæ in Magiſterio.

℞. Pulueres carnis viperinæ, ſolue in ſpiritu vitrioli in calore cinerum, donec ſint ſoluti: ſolutionem præcipita cum oleo tartari: poſtea ablue bis vel ter cum aquis cordialibus. qui puluis erit albiſſimus. Doſis granorũ vij. vel viij. ad xij.

Præparatur etiam hoc modo: Vipera occiſa, & diligenter lauata, tum excoriata & exenterata, ſiccatur linteo, & in fruſta diſcinditur, quemadmodum quoque cor & hepar: dein puluis ſcordii in umbra probe ſiccatus ipſis inſpergitur, fruſtaque, pane ex furfure tritici, qui iam ante furno immiſſus fuerat, & fere coctus ſit, includuntur, foramine piaſtræ, ut vocant, vel ducatonis latitudine in pane facto, miciſque exemptis, in

qua-

quarum locum fruſta illa reponuntur: tum teſſella, quæ exciſa fuerat, foramen clauditur, rimis paſta probè oblitis, ſicque furno, poſt extractum panem, calore ſatis temperato immittitur, ibique ſtare ſinitur, uſquedum dicta fruſta puluere conſperſa probabiliter poſſint pulverizari, quod fit in mortario lapideo. Seruatur in vaſe probe clauſo, diuque ob efficaciam ſcordii conſeruatur, quod ipſi maiorem virtutem addit. Nactus eſt illum à P. D. Horatio Morandi Monacho Vallis Vmbroſæ, qui eum ſummopere laudabat. Idem ille dixit, fel viperæ, vulneri impoſitum quod canis rabidus inflixit, ei mederi.

Viperarum puluis mirificus, in venenis, maligna febre, morbillis, à D. Michaele de Fabiis Leiden. Medico Romæ degente.

Luna creſcente ac in ſigno Leonis conſtituta, Sole vero in Geminis, aut itẽ Leonis ſigno viperas agreſtes recenter captas abſciſſis capitibus exenterabis: ſic exſiccatas contundes, ac in ſubtiliſſimum puluerem rediges, hac, ſi placuerit, lege, ut pro qualibet futura doſi terna ſint tam corda quam iecinora, aut quia fortaſſis moleſta foret humorũ diſtributio, aggregatim permiſtis ac contuſis omnibus, ac in puluerem redactis. Doſis erit à ſcrupul. ij. ad drachmam j. verno præſertim tempore poſt purgationem modicam. Conſeruatur puluis in vitreo vaſe, ac in loco aridiori.

Pilulæ de viperis, cum Balſamo Orientali.

Mirabilis efficaciæ tam contra venena quam contra alia mala, ut infra dicetur: quarum deſcriptio data fuit D. Cardinali à Monte, à quo habuit D. Ioannes Faber Agens Romæ Epiſcopi Bambergenſis, ſimpliciumque pro-

profeſſor Pauli V. & Vrbani VIII. Summorũ Pontificũ.
℞. Viperas quot vis, cum ſunt in magno vigore, iis caput & caudam ſimul amputa, ne torqueri poſſint, & ſtatim proiice in aquam, ibique mori ſinuntor, deinde excoria & exentera. Aduerte autem ne illis fel rumpatur: quod ſi rumperetur, abiice totam viperam. nam felli venenum ineſſe creditur. Cum exenteraueris, exoſſa, carnem quæ reſtat linteo bene ſicca. Poſtea ℞. panem ex furfure tritici in furno bene coctum, non uſtum, & teſſella cruſtæ eius ſublata, excaua, tantum medullæ extrahens ut carnem viperinam capiat: mox repone teſſellam corticis panis ibi, unde extraxiſti, & glutine facto ex farina & aqua rimulas diligenter illine, & repone in furnum, donec viperina caro ſiccetur, ut contundi, & in puluerem redigi poſſit. Cum caro bene ſicca erit, abiice panem, carnem ſerua, & pulueriza. Ex hoc puluere fac pilulas ciceris magnitudine cum opobalſamo orientali albo liquido & optimo. Has pilulas tanquam rem pretioſiſſimam ſeruato in lignea pixide in puluere cinnamomi, ut humiditas exeat. Nã pilulę ʒi. qualibet ſeptimana ſtomacho ieiuno quatuor horis ante prandium ſumi poſſunt: quæ vitam producunt, bonam valetudinem, viſum, & iuuentutem conſeruant; renes & uniuerſum corpus iuuant: mire venenis, putredinibus, catarrhis, podagris, reſiſtunt. Vſu harum pilularum præparatarum à Medico Cynthio Clemenſi D. Alexander, Cardinalis Vrſinus, patruus eius qui hodienum viuit, à maximo catarrho, qui ipſi oculos, genua, & crura infeſtabat, principiumque podagræ eſſe credebatur, liberatus eſt, ſanitatemque priſtinam recuperauit. Pilulæ iſtæ operantur egregie, ſi earum uſui primo purgatio lenis, corpori eius, qui illis uti debet, cõueniens, præmittatur. Cardinalis prædictus quauis ſeptimana duas ſumebat, ſingulas pondere xij. granorum, nõ ultra. Inuoluebat eas pulueri cinnamomi, quo melius conſeruarentur. Cumque illis uteretur, guttu-

lam

ſam unam vel duas aquæ cinnamomi cochleari infundebat.

Theriacale Principis ANHALTINI.

℞. Viperas, quibus abſcinde caput & caudam, & detrahe pellem, ut artis eſt, eas exentera, & diligenter cor cum hepate reſerua: optime ſiccatum, & deterſum linteo corpus in clibano tepido ſicca, poſt exemtionem panis, lentiſſimo calore, ita ut reduci poſſit in puluerē album. Cor & hepar eodem modo ſicca & pulueriza. Puluis erit rufus, & ſaporis minus grati, licet non omnino ingrati. Doſis eſt drachma j. in quodam liquore cardiaco, in vino ſecundum vires. Puluis albus melior ad præcautionem: rufus potentiſſimus ad curationem. Habuit Princeps hoc remedium à quodam milite gregario ex Hungaria redeunte, qui libenter omne venenum aſſumebat, arſenicum, ſublimatum, omniaque acerrima: quod mirandum, imo et aquam fortem ſe bibere velle dicebat, aſſerebatque ſufficere, ſi ſemel tantum ſingulis ſeptimanis ſumeret, ad præcautionē. Narrauit mihi hiſtoriam princeps de quodam hoſpite ruſtico, cui cum vellet iſte miles hoc ſecretum aliquot taleris vendere cum iactatione virtutum, clam hoſpes miſit in militis poculum arſenicum, à quo cum nullo pacto poſt aliquas horas lædi videret, nunc inquit tecum libere paciſcar, emitque ſecretum 25. taleris. Dixit mihi princeps, ſe ſæpius canibus exhibuiſſe, poſt napellum, arſenicum, ſublimatum, felici ac vero ſucceſſu. Item, ſe habere medicum, qui coram ipſo deuorauit arſenicum, et ſumto hoc remedio manſit incolumis. Item iuuenem quendam, magnatis alicuius familiarē, cum domino ſuo pertenderet imo aſſeueraret, certam eſſe et exploratam virtutem iſtius antidoti, pro qua poſcebat nummos, exutum, ſuadente et hortante milite, à quo iſte iuuenis remedium emerat, arſenicum deuoraſſe, à quo calorem in ſtomacho ſenſit, et poſt aliquot

horas

horas ſubſultus et conuulſionem in brachiis. Tandem tamen aſſumpto remedio euaſit, ſanuſque et illæſus permanſit. Coram me utrumque puluerem comedit princeps, ego etiam poſt ea deguſtaui. Vide Angelum Baldum de Vipera. Illuſtriſſimus D. Di Rodi deſcriptum nactus eſt breue mendoſum directum ad Sereniſſimam D. Chriſtinam Lotharingicam Magnam Ducem Hetruriæ de uſu carnium viperinarum: quæ diſſertatio, ut apparet, quodammodo translata eſt in tractatum de effectibus mirabilibus carnium viperæ; quibus corpus ſanum et à venenis ſecurum conſeruatur, iuuentus prolongatur, ſenectus retardatur, multi morbi incurabiles pelluntur, cum aliis effectibus mirabilibus, Italice editum à Carolo Pannicello Medico et Philoſopho, ad Sereniſſimam D. D. Chriſtinam Lotharingicam Matrem Magnam Ducem Hetruriæ. Florentiæ 1630. Typis Simonis Ciotti, permiſſione Superiorum. Hic eſt titulus Tractatus in ſeptendecim capita diuiſi, in quibus ſingulatim agitur de uſu carnium viperinarum, de ouis gallinarum quæ illis fuerint nutritæ, et de pulueribus ex viperis confectis. Tractatus eſt paginar. 103. Diſſertatio autem manuſcripta, erat Medici Puntæ, qui prædictæ Sereniſſimæ D. inſeruiebat.

Tractant fuſe de hoc viperarum puluere, Andreas Libauius, Syntagm. arcan. parte dicta Pharmaceutica, Quercetanus in Pharmacopæia Dogmatica, Erneſtus Burgrauius in Pyrotechnia, ubi tradit modum differentem ab eo, quem tradidere Zacharias à Puteo, et Fellius, in Claue medica rationali Spagirica et Chirurgica, de Stranguria, Pruritu et Herpete exedente, impreſſa Venetiis, in qua docet non ſolum quomodo ſint parandi iſti pulueres, ſed et quomodo iſtis nutriendi ſint pulli, ut horum eſu effectus mirabiles ſentiantur: & tandem Oſualdus Crollius in Baſilica Chymica.

DE PVLVERE QVI FIT EX SERPENTE, ET DE VIPERA. CAP. X.

E Sebaſtiano Baſſone in Libro de Actione, Artic. 4. 5. 6.

IAm non fuerit intempeſtiuum, ex hac noſtra poſitione, quam uniuerſa natura facit luculentiſſimam, cauſam ſcrutari, cur prędictus puluis ſerpentis cõtra venena tantam virtutem poſſideat. Neq; enim id fieri putandum eſt per attractionem, ut in illis quæ Articulo Secundo retulimus: quaſi venenum à veneno prolectetur: quando conſtat carnes huius ſerpentis & viperæ exſecto capite & cauda eſſe ſaluberrimas prorſuſque veneni expertes: cuius quoque ſi cauſam ſciuerimus, petiti rationem haud obſcuram habebimus. Art. 4.

Norunt veri Philoſophi, quid ſit balſamum illud naturale, quo terra omnium parens imprægnata eſt, in quo quidem balſamo magnum eſt ſecretum. Huius prę omnibus vipera & coluber tantum participant, ut vi eius omnia noxia pellente exuuias quotannis deponant, nouaque pelle induti veluti renaſcantur, aut certe iuueneſcant: quod nulli alteri animali conceſſum eſt. Porro ſerpentis frigiditas eſt manifeſta, quæ, ut de adipis, auri, cæterorumq; mineralium creatione diximus, ſpiritus tenuiſſimos erumpentes coercet ſub cutem, ubi nouam conſtruunt; adeo ut facile vetus exuatur. quæ, quoniã ex eiuſmodi ſpiritibus etiam ex parte cõtexta eſt, ſic depoſita non paruam virtutem retinet. Iam ut cauſam cur venenum habeat ſerpens indipiſcamur, ea duplex eſt. Pluribus enim rebus precioſiſſimis excrementum lethale cognatum eſt; quod & ſerpenti conuenit: hæc eſt prima. Et quæ ſunt optima talia nõ euadunt ſine exquiſita purgatione: hæc eſt ſecunda. Sed expoſitione hoc poſtremum indiget. Vnde, inquã,

hæc accurata noxiorum expulſio tale venenum procreet? Videtur potius contrarium. En. Pellis igitur frigiditate & natura talem excretionem repellente, dum omnis illa colluuies amandatur antrorſum, quà pori ac viæ magis patent, fit, quod in alio quouis animali contingeret. Quid? Finge, quæ in homine ſunt noxia, quęque per totum corpus diſperſa ſunt, ac per cutem reliquoſque meatus exeunt, in unum locum coire, diutius paulatim concoqui. Quid futurum ſperas, ubi maligni illi ſpiritus in unum congregati, lentoque calore adiuti maiora impedimenta per concoctionem exegerint? Si humores excrementitii, dum egeri nequeunt, putreſcentes faceſſunt in virus; quid hic noxiorum omnium ex omnibus partibus in unum confluxus? Ergo iã habes, quomodo, quæ in ſerpente maligna per totum corpus diſgregata, atque inde libere per cutem quaq; verſum exeuntia nullum ſui ſenſum præbuiſſent, dum in os veluti in ſentinam collecta, non aliam quam per dentes viam moliuntur, veneni vim ibi acquirant. Qui enim maligni vapores per cutem expirare nequeunt, dum laxiores, qui in anteriora ducunt, poros ſequuntur, extremo dentium, maxillarum, aliorumque oſſium veluti ſepto cohibiti quieſcunt, donec ira exæſtuante exciti per dentes exeunt; quod à ſerpente morſi experiuntur. Cæterum quam facile vis eorum ab ambiente frigore ſopiatur, teſtatur eorum, extincto ſerpente, extinctio. Vnde Gal. teſtis eſt vinum, in quo vipera mortua ſit, præſentiſſimum aduerſus lepram eſſe remedium, nedum venenum.

His expoſitis adhuc anceps ſum, an quemadmodum ſal illud ſeu balſamum Naturæ e colubro venenum omne per dentes expellit, ita aſſumptum in corpus humanum ac per membra diffuſum veneni ſit impatiens, quod propterea citius expurget. An vero quemadmodũ de bufone, ſcorpione, capite etiam ipſius colubri applica-

to diximus, hic puluis humidũ, quo deſtitutus eſt, cõgruum reuocans, hoc venenum alliciat, cum quo diſcedat e corpore. At ſi hoc ſit: nulla videtur ratio, cur totus coluber perpetuo veneno non madeat. Si enim grauiſſima venena ſublimati, arſenici, & napelli, velut amica & familiaria hic puluis prolectet, quidni cũ erat in ſerpente venenũ retinebat ut amicum? vel quid illud eſt, quod in ſerpente viuo venenum excernebat? Eſt ſpiritus quidem igneus, ſed frigido rite tẽperatus, quem naturæ balſamum vocauimus. Qui quidem ſpiritus ita compactus principium motus eſt in rèquauis animata. Poſſim dicere calorem natiuum cum humido coniunctum. Superius declarauimus, ut pugna ſit inter hoc calidum & humidum: quamdiu calido exitum moliente, ac propterea humidum diſſipante, illud contra humidum aduentitium atque auxiliare acceſſit, ſibique copulat. Quod ſi non debita fuerit inter hæc contraria proportio; ſed calidum plus diſſipet, aut contra humidum plus attrahat, quam debeat; ita ut vel nimia ignis violentia humidum citius abſumatur, ac proinde euadente calido res extinguatur, vel ex aduerſo humido nimium exuberante calidum ſtranguletur: tale compoſitum ex igneo & humido non vocatur balſamum, ſed illud in quo alterum contrariorum altero legitime temperetur.

Talis igitur in ſerpente horum contrariorum proportio, ut, cum valde ſit frigidus, eius calidum non expellat, niſi quod noxium eſt; idque per dentes, ut diximus. Mortuo vero colubro igneum illud extinguitur, tumq; humidum liberius fit, ut humidum aliud prolectet. Atque hæc cauſa eſt, cur exſectum caput ſerpentis, emiſſo ſanguine, in quo potiſſimum calor vigebat, ſpiritibuſq; illis feruidioribus ſolutis, ſi applicetur, humidũ, quod ſupereſt, in eius quod effluxit ſupplementum, venenum ex parte vulnerata proliciat. Simili ratione pinguedo ſerpentis illita venenum attrahit. Longe vero

maiorē, ſi ſerpente arefacto atque in puluerem reductō humidum ſuperſit pauciſſimum, quippe venenum quod eſt prope ſimilis naturæ longe potentius attrahit, haud ſecus atque terra arida auidius humorem allicit, quam humida.

Ergo meo quidem iudicio fallitur Quercetanus, cū in ſua Pharmacopœa Reſtituta hāc talis pulueris efficaciā tribuit balſamo naturali. Si enim tanta ineſſet in eo, puluere balſami naturalis virtus, vires proſtratas ſūmū in modū reſtauraret: quod minime facit, cum eius vis in venenis proliciendis conſiſtat. Extincto, ut diximus, illo ſpiritu igneo, qui è ſerpente venenū abigebat, id tā facile ſe recipit ad carnes ſerpentis, quā ſudor. ubi ſpiritu exhalato refrixit, in corpus reuertitur, unde calidum illud ipſum auexerat. Tanto vero promtius ſe recipit, quanto magis ab humido relicto in conſortium appetitur. Demum tale humidum relictum in ſerpente tanto auidius ſimile attrahit, quanto ipſum paucius eſt, ut videre eſt in omnibus ſiccisſimis, in quibus modicum humidi, quod ſupereſt, humores potenter ad ſe rapit. Atque hæc eſt ratio, cur puluis eiuſmodi venenū potentiſſime proliciat. Verum quæras merito, ſi humidum ſerpentis attrahit venenū ut ſimile: quidni ipſum eſt venenoſum?

Art. V. *In quonam ſita ſit veneni natura.*

Venenum, ut alia, conſtat ex contrariis, ſed in veneno potentiſſimis. Quemadmodū in ſucco papaueris oſtendimus, aliiſq; plurimis, quæ referre longum eſſet. Si veneni parte ſulfurea igneum rei ſoluente, eiuſdem pars frigida frigido rei iungatur, fit breui tempore totius caloris relicti extinctio aut ſuffocatio, ut de papau. ſucco diximus. Sin veneni calido agente humidum ambiens pertinacius ſit, non cedat, ſed ad ſe rei humidum aſciſcat, ſoluitur partis animalis geminus calor humido abſcedente. Hic vero calor liberius graſſans veneni calido vires auget, contra quas humidum,

ut

ut ſe ſuſtineat, pergit auidius corporis humidũ ad ſeſe pertrahere. Cuius quanto promptior eſt ceſſio, tanto effuſior eſt calidi ſoluti vis, quæ ferocienti veneni ſulfuri pabulum aggregeretur: atq; hunc in modum, venenum, depaſto corpore, per omnes partes propagatur. Ergo magnũ diſcrimen eſt inter hoc & primũ. In illo namque calidi humidique facile eſt diuortium, ita ut ſulfureum veneni ſolutum, corporis, quod inuadit, calidum ſoluat; humidum vero veneni corporis humido facile coeat. At in hoc veneno humidum eſt tenacius, adeo ut, quamuis urgenti calido non cedat, corporis humidum in ſocietatem alliciat. Itaq; primi illius veneni calido partem aliquam calidi animalis ſoluente, reliquus calor a præualente humido frigidoque ſuffocatur, idq; ſine magna contrariorum colluctatione. In hoc, vero dira contrariorũ pugna creſcit diutius, dum quo magis urget ſulfur veneni, eo magis inſtat eius humidum animalis partes humidas ſibi adiungere.

Eſt tamen hæc inter utrumque conuenientia, quod utrumque ex partibus conſtet contrariis, quarum actio contraria hanc inferat corpori perniciem. Solue hæc contraria, iam nullum niſi in magna copia corpori afferunt incommodum: quin ſi parua in quantitate, maxime vero aliis immixta, ſumantur, leuamen non exiguum corpori ſint allatura. Sic nempe modicum olei vitrioli, vel ſulfuris, aliorumue, quæ prudens prætereo, licet ſumme calidum, in plurimis corporis humani morbis deſperatis præſentiſſimum eſt remedium. Sic eorum una aut altera gutta febres ardentiſſimas vel pertinaciſſimas ſoluit, non ſine miraculo. Quamuis hoc oleũ in maiori copia ſumptũ notabile corpori detrimentum afferret, vel etiam uniuerſale illius incendium excitaret; ſicut videmus moderatum calorem ignis admoti ambuſtis conferre, qui nimius augeret ambuſtionem. Debitus namque calor ſoluit ignẽ, qui alioquin in parte ambuſta ſæuiret impeditus. Sic olei

lei talis ſulfur efficaciſſimum in corpore calori erratico viam aperit, qua facilem nactus exitum ceſſat in corpore tumultuari; copioſius tamen corporis ſuccum depaſceret.

Huius dogmatis inter alia ſtibium nobis fidem facit, quod quidem ſincerum eſt violentiſsimum. Imperiti quoniam id combuſtione vident lenius, exiſtimant eius malignitatem in partibus, quæ euaporant, latere. At contra ex ſtibio crudo ac ſincero elicitur aqua: quæ ſola ac pura longe melior eſt, quam quiſquam credat inexpertus, imo caret illa malignitate, quæ remanet in illo ſtibio, ex quo protracta eſt: ex quo rurſus alias prolicias partes expertes malitiæ, tandemque quod ſuperabit, vitio carebit. Itaque illius maſſæ, cuius pauca grana ingentem corporis concuſsionem mouebant, nullam partem extrahas, quæ rite ſumta magnũ corpori non afferat leuamen. In quo igitur veneni illius natura conſiſtebat? Nimirum in tali partium proportione. Sic nempe, ut familiaribus utamur, plurima ſeorſim optima ſunt, ac palato gratiſsima: quæ ſi confundantur euadant moleſtiſsima.

Ergo ut ad propoſitam quæſtionem reflectamus orationem, quærebatur cur carnes ſerpentis, quæ venenum ut ſimile proliciant, non ſint venenatæ? Reſpondeo, humidum eiuſmodi carnium ſimile eſſe humido veneni, ac idcirco ipſum adſeſe allicere; calidum vero, quod in illis carnibus reſtat, veneni ſulfuri nequaquam conſentire. Idcirco minime mirum, carnes illas non eſſe venenatas, in quibus non ſit calidi humidiq; proportio, qualis ad venenum requiritur. Quin repugnat nihil, dum carnium eiuſmodi in corpus ingeſtarum humidum facit humidi veneni attractionẽ, aliquas partes calidas ex veneno ad corporis calidum tranſire, cumque illo fœdus paciſci ad noxiorum expulſionem. Quod quidem de calido huius alexipharmaci non obſcurum eſt, ut ab humido proprio re-

relictum cum animalis calido ineat ſocietatem, ac quicquid nocet, euacuet.

AVCTARIVM OPERIS.

Ad Partis Primæ Caput Quintum IOANNIS BAPTISTAE CAPVCII Thurii Coriolanenſis eximii Medicinæ Doctoris Exercitatio: An, & cur, ubi maximum Venenum, ibi & maxima Antidotus.

PRima huius problematis pars videbitur iuratis illis veterum, recentiorumue ſectatoribus, vel omnino ſuperflua vel temeraria; ſiquidem ii ab Auerrhoe mutuati ſunt periculoſum illud enunciatum: Famoſum impoſſile eſt eſſe falſum. Nobis vero atq; aliis, quibus citra Socratis, citra Platonis iniuriam, ipſa veritas nuda potius, quam aliena commendatione fucata ſemper placuit, non indigna & diſquiſitione, & reſolutione viſa eſt. Etenim ſi abſolute & implicite dixerimus; ubi venenū ibi alexipharmacum ſubeſſe, obiiciet non ſine ratione quis, pleraque ſimplicia omnino venefica nullā prorſus antidoti ſcintillam intra ſe continere. Quid enim à lethiferi Napelli, ſiue frondibus, ſiue radicibus, aut eius flore vitale ex rhizotomo? petas quid ab Aconito pardalianche, quid à venenoſo fungo, quid à peſſimo bufone, cuius cinis ſuſpectus præter aliorum opinionem fuit celeberrimo trium Cæſarum Archiatro Cratoni? Quinimo nullum è vegetabili familia, inquies, reperire eſt venenum, quod antidoti ſecum coniunctionem patiatur. Quę enim à Clariſſimo Seuerino recēſentur veneficæ herbæ, quibus etiam in medicina facienda utimur, non tales dici merentur ſtricto nomine, ſed largo, quo pharmacum omne validum noſtrę natu-

rę venenũ dicimus. Id quod videtur etiam innuiſſe Cardanus Lib. 2. de Venen. cuius rei rationem ab ipſo non traditam nos talem forte adinuenimus. Scammonium nempe (quod inſtar ſit omnium) validum pharmacum vere venenum non eſſe: ſiquidē, ſicet nimia purgatione corporis humores reſoluendo hominē tandem perimat, hoc non venefica vi, ſed cathartica facit, quæ in illo vegetior eſt, quam in rhęo, & manna; quæ veneni nota nō adhuc infamia euaſere. Confirmat hoc & vulgaris Scammonii uſus, qui temperat energiam illā mercurialem, & imminuit, non abolet. alioquin inutile omnino eſſet. At quod vere venenum eſt, neq; pręparari, neque cicurari poteſt. Idem de arrhenico dici debet, cuius in butyrum redacti virtus, non alia eſt ſpecie, ab illa, quam ipſum integrum, crudumque habebat; ſed illamet ipſa corrodendi vis, vel exedendi, remiſſa tamē, & humano uſui accomodatior. Id quod obſcure, ut ſui moris erat, acutus ille, ſed barbarus naturæ genius Theophraſtus Paracelſus lemuribus ſuis demonſtraſſe videtur in Libro Paramiri; vbi ens veneni à quatuor aliis entibus omnino diuerſum poſuit, quorũ proprium eſt, ut unum in aliud non tranſeat. Quod neque Bertinus intellexit; neque tolerabit vulgaris ſchola de rerũ tranſmutationibus, & generatione inutilia & falſa quotidie commenta. Verum enimuero ſi propinquius ad rem ipſam introſpiciendam accedamus, quę hucuſque in dubitationem allata ſunt propoſitioni Clariſſimi Viri non refragabuntur, dummodo illa penitiori ſenſu capiantur. Non enim intelligendum eſt, ut antea negauimus, ipſummet veneni ens præparatione aliqua poſſe humanæ incolumitatis præſidium fieri, ac proinde verificari, ut unde venenum, inde exurgat Antidotus: ſed in unoquoque miſto heterogeneo, in quo talis venefica vis reperitur, in eodem illo neceſſario occultari eiuſdem venefici principii contrarium, quo è vinculis ſuis ſoluto, nihil efficacius excogitari poſ-

poſſit ad contubernalis hoſtis excidium. At inquies ſi eſt in Napello napellini virus antidotus, cur eiuſdem radice epota perit homo, non ſanatur autem à coniuncto alexipharmaco? cur tot excogitata transmarina remedia, & ex rubro mari inani faſtu, ut cũ Plinio dicam, aſportata peregrina præſidia, ſi præſtantiſſimũ, & omniũ generoſiſſimum in eo ipſo inuenire datur? Reſpondeo,(atq;hiſce ſatisfactũ putabo ſecundę problematis tis parti) in venenatis mixtis ſua naturali craſi conſiſtétibus plus poſſe venenũ, quam coniunctum alexipharmacum; ſicuti in melle ipſo plus obſernatur palato dulcedinis, quam corroſiuæ aciditatis, qua tamen neque caret, neque eget, ut ex vitali anatome per ſpagirica inſtrumenta autopſia comprobatum eſt. Perdit igitur homines napellus veneno, ſuo non curat antidoto. Quia hominis Archęus venenoſo illius multo ſulfuri & volatili ſuccumbit cito ob ſpirituum tenuitatem: neſcit vero nequicquã ex eodem parem antidotum illico pręparare, & in ſua vi illam exaltare, adeo ut veneni operationem vel infringat, vel retardet. Id quod Archæus muris, qui napelli radices depaſcitur, bene callet, & quod mirabilius eſt tenuiſſimæ muſcæ, quę illius floribus victitat, mechanicus ſpiritus. Neq; vero, quia Hippocrates atq; Gręci omnes vini ſpiritum & ardentem aquã non viderunt è vino abſtractam, quis mendax haberi potuiſſet, ſi vitali anatomia inſtructus demonſtraſſet neceſſariis rationibus illam è vino per accómodata vaſa elici poſſe. Ita neque temerariæ doctrinæ iuſte ego accuſari poſſum, ſi defendam tale quid alexipharmacum in ſe Napellum habere, quod ipſius veneno apprime aduerſum ſit, ſi neque in vitro, neque in pixide illud oſtendam; dummodo neceſſariis argumentis ſic eſſe poſſe, & debere demonſtrauerim. Quid enim amabo muri illi Napelliuoro egregiam illam vim contra napelli venenum largitur, niſi idem & napellus? At quæ napelli pars, ni illa, quam diximus alexipharma-

ca, deſtructa, vel ſeparata venenoſa? Finge enim talem non eſſe, dicaſque ex venefico napello carnem, oſſa, ſanguinem, totumq; animalculum illud ſibi præparare alexipharmacum: quia talis nempe eſt muris calor, talis facultas, talis anima, ut virulentū atq; letiferū tráſmutet in ſalubre. Nugaberis. Ni etenim arcana illa ſeparatio fiet, ficta hæc tranſmutatio non ſufficiet, quin venenoſus etiam mus adoleſcat. Non enim tanta eſt viuentium facultas, ut obuium quidquid arripit ad libitum vertat & tranſmutet. Neque porro unum omnia ſunt, ut Anaxagoras dicebat, neq; quodlibet ex quolibet, ſed tale ex tali, determinatum ex determinato. Neque etiam verum eſt quod publice paſſimque in Medicorum ſubſelliis declamatur, à calido nempe iecore bilē generari, quæ humor eſt amarus, luteus, à ſanguine diuerſus, ex eadem puta lactuca, ex qua temperatum alias iecur nihil tale prius conficiebat: ſiquidem amarus ſuccus ubi in alimento paucus eſt, in unoquoq; hepate paucus ſeparabitur, (non generabitur) atque etiā in flagrantiſſimo non copioſior erit. Cuius paradoxi fidē non ſuſpectam habebit ille, qui hermetica analyſi inſtructus penitiora naturalis Philoſophiæ introſpexerit, & veritatis partibus (non authoritatis) ſtabit; cuius magiſter ſenſus eſt. Id quod nos alias luculentius forte demonſtrabimus. Adde quod Hippo. habemus 6. Epid. Sect. 5. dicentē nutricem elaterio bibito puello purgationē promouere, quia poſt concoctionem ea pręcipue quæ valida ſunt ſubdit Gal. priorē vim retinent, uſquequo totalis illa ſeparatio ubi fieri debet poteſtq; non fiat. Celebris eſt hiſtoria illa de venenata puella Alexandro oblata. Multi & ſunt qui viperarum venenum è partibus venenatarum bupreſtium conflari autumant. Idem igitur de moſchi mure dicendum eſſet, ſi napellus nihil præter venenum haberet: ſi mus peculiari alchymiſta careret, qui mirabilem illam ſeparationem inſtituit ſalubris à letifero. Hæc enim dico requiruntur

ambo, ut admirabile hoc opus fiat. Inſuper ſi talis eſt ex ſe muris facultas producendi antidotum, & è cibo, quo ille veſcitur, nó fit, cur, ſi alio alatur cibo, non remanet? cur non accuſatur inſaniæ natura, quæ innocẽtiſſimo animali de periculoſiſſima eſca prouidit? Tutius erat alexipharmacis, & bezoardicis herbis muſculum alere, quibus Indicæ capræ, quæ bezaar lapidem generant, victitant, ut poſt alios refert Doctor Ogliine, Clariſſimus Gallic., & noſter Archiater: ni ſagax illa natura in paruo hoc animali induſtriam, & ſuæ potentiæ vim patefacere voluiſſet, demonſtrata in humanum genus ampla beneficentia: ut ſi accuſanda illa eſſet ob productum venenum, laudanda ſtatim & colenda eſſet ob exhibitam tam mirabili modo contra illud antidotũ. Oportuit igitur moſchi murem napellini veneni antidoto napello veſci; atque Archæum talem habere, qui valeat venenoſum ſulfur à cominanſa radice ſeparare, & balſamicam illam ſalinam eſſentiam à ſuo contrario ſolutã exaltare, elaborare, & in præſtantiſſimum vitę humanæ ſubſidium aduerſus domeſticum virus deducere. Neq; hoc mirũ, cũ ex eodem flore apis archæus dulciſsimum nectar exugat, araneus autẽ pungentiſsimum venenum. Neque nouum videatur dogma, cum adſertorem habeat diuinum Hippocratẽ Lib. de Natura humana; vbi ait, adeſſe in terra ſalſum acidum, amarum, & dulce, & omnigenum, trahere verò unumquodque, quod ſibi familiare eſt. Atque illud eſt quod iugiter Medicorum ſchola inculcat, ſimile à ſimili trahi, foueri, nutriri: utpote quod oſſeum eſt in ſanguine oſsibus apponi, quod hepaticũ hepati, quod ſpiritale facile conuerti in ſpiritum: quam operationẽ recentiores Naturæ myſtæ magnetiſmum dixere. Sed non eſt hic nobis ſubſiſtendum, imo potius intrinſecus penetrando diſquirendum eſt, ſi qua in hac humanæ ignorantiæ caligine veritatis lux affulgeat, ut cauſam & rationem inueniamus, cur poſita eſt ſimul cũ Napel-

lo veneno antidotus, quam quidem adæquate vulgaribus Philoſophię principiis diffiterer prorſus adinuenire. Adeunda nobis igitur ſunt ſpagirica oracula, apud quæ Axioma hoc legimus. In quocumque mixto excellens aliquod ex tribus manifeſtum eſt: in eo neceſſario aliud deliteſcit principiũ egregiæ virtutis. Eſt exempli gratia in ipſo opio manifeſtum ſulfur narcoticum, cuius ſpecifica actio eſt, ſpiritus addenſare (nulla hîc, vel frigoris, vel caloris petitur energia) & proinde euacuationes omnes ſiſtere. At ſi penitiora opii vulcanico igne luſtraueris, ſalem reperies vitriolatum, qui enormes vomitus concitare aptus eſt. Obſeruatur etiã ab ignauo palato piperis acrimonia, quam caloris ſobolem vulgares faciunt. Guſta etiam eiuſdem oleum per veſicam deſtillatum, dulce quid percipies; & ſi Hartmanno credimus paraſti frigidum hepatis medicamen; interim ipſa acredine neque diminuta, neque abolita, ſed in ipſo recremento adhuc latitante, quod olim ingenioſiſſimum & egregium Doctorem Medicum illuſtremque Theriacopœum D. Donzellum traxit in admirationem. His adde etiam, quod quanto magis in heterogeneo aliquo corpore principium unum exaltatur in manifeſto, eo magis in occulto alterum. Sicuti enim è china radice, in qua in manifeſto nullum videtur excellens, in occulto nihil pretioſam reperitur; in vino vero, quo generoſiori, aut ſpirituoſiori, eo maior acidi tartari, qué vulgo dicimus, & fixioris in illo copia recondita eſt: ita & in maxime venenoſo mixto, maxima & inteſiſſima in occulto vis alexipharmaca deliteſcit mixtionis lege, quã occulte Hipp. Lib. de Nat. hum. nu. 7. & de Vet. Medic. num. 24. expreſſit. Ait enim ibi ſanitatẽ in temperie cõſiſtere. Hanc vero facere, ubi amarũ dulci, acerbum acri optime immixtum eſt: adeo ut nihil eorũ exſuperet, & nulla excellens qualitas ſentiatur. Contra vero ubi unum alteri præponderauerit, quod fit ubi ab altero ſe ſecreuerit, tunc morbum adeſſe. Sic porro in

mixtis:

mixtis. In quibus enim experimur intenſam qualitatem vel balſamicã, vel venenoſam, neceſſario concludimus, nullam eſſe contemperationem, & refractionem. Proinde uti valentiſſimũ erit venenum in manifeſto, ſic infracta erit antidotus in occulto. Contra vero in mixto illo, in quo egregia vis & energia non obſeruatur, ibi omnia ſub vinculo amicitiæ & contemperationis mixta ſunt: in quibus neque venenum, neque antidotus inueniri licet. Concludamus igitur, non creaſſe Altiſſimum abſque bezoartico venenum, neque alexiterium ſiue viru, atque mixta quot lethifera ſunt, ea intrà ſe antidoti ſcintillam aliquam habere: quæ ſi optimum adinuenerit ſeparatorem, poſſit ſupra omnia alia alexipharmaca coniunctum extinguere venenum. Atque his Clariſſimi Viri propoſitionem confirmatam ſuo robori reponimus parati contrariis rationibus, ubi validiores & veriores fuerint, ſuccumbere, ubi futiles & logicæ, condigna reſponſione occurrere.

Clariſſimo Viro THOMAE BARTHOLINO *Gaſparis Filię Marcus Aurelius Seuerinus Salutem.*
Patauium.

QVod hebes quidem iudicium meum dubiis in pleriſque quæſtionibus per ſæpe conſulas, Bartholine ſolertiſſime, video iam honorificentiæ tuę proprium characterem. Quid enim ego ſus Mineruam? Nam neque admirandam ingenii tui lucem ac perſpicaciam hic dicendo equidem attrectem; tum ne hanc infantia ipſe mea turpiter detrectem; tum ne videar virtuti tuæ palpum dare. Verum quantumcunque ineptus modo morigerus ſuam hanc quæſito paro reſponſionẽ. *Neoſſotrophii tota maceries opere tectorio leuigatur extra intraque, ne feles aut vipera perrepat.* Verba ſunt Iunii Moderati Columellæ Lib. VIII. de Re Ruſt. Cap. XV. propoſita. In quibus Petrus Victorius vir in caſtigandis bono-

bonorũ autorũ codicibus exercitatiſſimus in Adnotation. ad Colum. rectè viſus eſt ſibi ſuſpicari mendũ ſubeſſe: quod reptāri alioqui natura viperæ minime cõſentiat in columbarii pullos aſpirare: quod opus priuatum eſt animantium, quæ unguibus in ſublimes conſcenſus niti queant. Sic accomodatè pro *Viperæ* ſubſtituendum voluit *Viuerra*, quæ Latina vox id valet quod ἴκτις Græcè. Aduerſionẽ quidẽ principio ſagacem, & ingeniosã certe commentum: Verum ſi condonent id liberi à perturbationibus manes, lubricum, ac facile, id eſt, quod non expendit cuncta; Victorii indicium porro monſtrabo; & quam rectiſsimè conſtare ſibi locum Columellæ, & vanam nullamque fuiſſe caſtigatoris reſtitutionem; quam tua, Bartholine, ſolertia mea quidem opinione funditus intuita, præciſa ad omnem modum interrogatione ſubodorata eſt. Primum enim te non latet fama, qua perhibetur fœtas mature viperas ſuper arboribus ad partum conniti conſueras: quæ vulgatis prædicatio ſi falſa ſit: attamen non fallent ſummatum quorumque virorum teſtimonia, quibus ſingulis aut omnibus inſania ſit obloqui, vel contra ſentire. utrum amas rogo, iuniorum recentem experientiam, an indubitabilem veterum autoritatem? utrorumque nos utrãque producemus. E iunioribus cõfidis ſedulitati Hieronymi Cardani, qui in Lib. 7. de Varietate plures, ait, viperæ ſuper arborem ſerpunt. Varinus autem ex Scholiis ad Veſpas Ariſtophanis, inquit, mures ac ſerpentes orophiæ dicuntur, quæ circa ὄροφας, hoc eſt ædium tecta verſantur atque erodunt. Ante hos vero eſt conſultiſsimus animalium indagator Albertus, qui viperã ramos arboris emenſam cum pica pullos agnatæ defendente colluctatam narrauit. Venio nunc ad amplioris notæ viros, quorũ primus eſt Nicander, qui in Theriacis Draco, ait, auiũ omniũ nidos inuadit. Neq; vero te moueant ſuſpicatio de alatis: nimirũ meminit Aelianus Dracones, ut elephantis arborũ ramos ore decer-

pturis

pturis inſidientur, in has prius ſerpere. Poſt Nicandrũ audi Philoſtratum in Apollonio, qui non obſcure ſcripſit ſerpentibus conſcendi ſublimes auiũ nidos. Accedit Oppianus, qui Laur. Lippio interprete Lib. 5. de Piſcib.

Et veluti ſerpens, qui ligno nactus ab alto
Altis eſt vernæ pullos ſub tecta ſonantes
Mactat, & occiſos ſubicit ſub dentibus artus.

Ab his non diſſentit Ael. qui Lib. 8. de Animal. 13. de Iaculo ſerpente diſſerens, ait: *Perſæpe etiam correpens in arborem aſcendit*: Qui & alibi draconem menſa conſcenſa epulatem commemorauit. Eſt & in Anthologiæ 1. 13. Epig. poſtremo Poetæ, qui conſcendentis in arborem aſpidis meminit. Ad hos Conſtantinus de Agricultura Lib. 14. Cap. 5. *Serpentes non infeſtabunt columbarium, ſi in quatuor angulos columbarij inſcripſeris*. Id Adamrei non ignorauit Epiphanius, qui Lib. 2. Tom. 1. contra Hæreſes narrat e Phyſicorum neſcio quorum traditione myoxi, id eſt gliris, partos catulos à viperis venatione corripi. Qui glires præterquam in glandiferis, id eſt celſis arboribus non nidificant. Hæc Græci plerique. Cæterum Latinorum neque Terentius Afer iſtius facti non meminit in Phormione dicens; *Anguis per impluuium decidit de tegulis*. Sed & Plinius in Cap. XII. Lib. VIII. Hiſtor. Natur. ait: *Mira animalium pro ſe cuique ſolertia eſt, ut iis una ſcandendi in tantam altitudinem difficultas. Draco itaque iter ad pabula ſpeculatus ab excelſa ſe arbore iniicit*. De Acontia nunc ſeu de Iaculo ſerpente ſermonem ferã. Recte Iſidorus: *Exiliunt in arboribus, & dum aliquod animal obuium fuerit, iactant ſe ſuper illud, & perimunt*. Et Albertus ait: *Acontias in arboribus latere*. Et alibi: *occultantur inter folia ſub arboribus*. Et Vincentius Belluacenſis: *Iaculus eſt ſerpens, qui arbores ſubit*. Ita & Petrus Andreas Matthiolus in Commentario; & Solinus: *Iaculos ex arborum ramis vibrari vulgatum* dixit; alias vero: *Iaculi arbores ſubeunt*. Et Luc. Pharſaliæ nono:

Ecce procul ſæuus ſterilis ſe robore trunci

Torſit & immiſit, Iaculum vocat Africa ſerpens.

Verum aliis longe plurimis dimiſſis aduerſus Petrum non aliis armis pugnare velim, quam ſuis ipſius, id eſt verbis Columellæ, qui non ſinit imponi nec ſuaderi nobis aliud, quam quod modo dictum eſt in Lib. 8. Cap. 14. aiens: *In anſerum ſtruendis cellis ſeruanda ſunt eadem quæ aliis generibus pullorum, ne coluber, ne vipera, felesue, aut etiam muſtela poſſit aſpirare; quæ fere pernicies ad internecionem proſternunt teneros.* Quo effato quid clarius? quãdo & coluber hic nominatur uti vipera, & quando etiã muſtela ſimiliter memoratur, quæ cum viuerra congeneris eſt. Neq; noſtrę ſententiæ minus facit locus Columellæ, in quo Victorius offendit. Nempe cum dicit Romanus author: *Neoſſotrophii tota maceries opere tectorio leuigatur extra intraque, ne feles aut vipera perrepat;* apparet his verbis leuigandam eſſe maceriem opere tectorio, ut per hoc recta (quod Varro dixit in 3. de Re Ruſt. Cap. 13.) id eſt leuis & polite incruſtata ſit: nam ſecus videlicet viperam per aſpera correpere facile quiret. Igitur Victorio ne ſua ſibi opinio quid imponeret, vel ipſa Columellę verba fuerant ſatis. Quippe per aſpera & ſcabra perrepere aſcendendo rectè vipera poteſt; per leuia vero & polita non poteſt. Hæc quidem magni momenti ſunt: verum longè maxima ſunt, quæ mox ſubnectam; id eſt naturalia viperæ organa, & fabrefactę ad uſum aſcendendi particulæ. Siquidem adnotarunt prior Iſidorus Hiſpalenſis in opere de Originibus, & poſterior H. Cardanus in Lib. 7 de Varietate Cap. 29. coſtis quaſi cruribus, & ſquamis quaſi unguibus uti ſerpentes ad incedendũ, ac ſeſe quoquo modo deferendum. Quarum quidem ſquamarum fabricatio tam nobilis eſt, tam luculenta, ut Virgilius accuratiſſimus obſeruator aſtantes appellarit ſquamas in hydro per hæc: *Vipera & attonitis ſquamis aſtantibus hydri.* Ideſt mea quidem interpretatione arrectis ſic, ut quaſi adſtent, metaphora ex animatis & prouidis ad inanima-

traducta; pro [aſtantibus] autem cum promptius dici fuiſſet [*horrentibus*] grauius fit argumentum noſtrum, quòd electum eſt dici [*aſtantibus*]. Cæterum placuit Aeneid. XI. dici: *Arrectiſque horret ſquamis, & ſibilat ore*. Eſt igitur aſtantium ſquamarum epitheto energię plurimum, ut dixi. Nimirum ſerpentibus per antedictos autores ſurriguntur ſquamæ non aliter, quam hiſtricibus ſpicula. Dixi de Serpentium ἀναβάσει, atque ad ſublimia conſcendendi facultate. Cæterum, ut longè ſuperet admiratio; poſſunt & per ſemet rectas aliquãdiu ſe ſuſtinere viperę. Nec me fallit Aelianus de Animal. Cap. 18. *Quibus ſurriguntur*, ait, *ita viperæ, ut extrema cauda nixæ rectas celſaſque ſe conſtituant*. Tali ad unguem poſitu in nomiſmate Aeſculapii inſculptas apud Sebaſtianum Ericium legeris binas utrinque medias binas baculis ſuffultas; has quidem, ut ego interpretor, indicandæ minus integræ ſanitati, illas vero abſolutæ integritati. Sunt igitur indita inſtrumenta, & ſeſe ſurſum attollendi, & in ſublime aſcendendi viperis: nam & cauda niti poſſunt. Audi magnum Albertum, qui ait: *Pareas eſt ſerpens, qui quaſi totus erectus graditur ſuper caudam, & partem corporis cauda coniunctam*. Lonicerus item Nicandri Moluros ſerpentes interpretatur, quaſi cauda ingredientes: & Aelianus alicubi Dracones, ait cauda ad terrã adniti, reliquo erecto corpore. Quin & complexæ viperæ mutuis inter ſe ſpiris in coitu venereo rectæ ſe ſuſtinent, ut Abbatius in Lib. de Vipera Cap. 16. nec non obſeruatores alii ferunt. Adeo nimirum metaphreno validi ſunt ſerpentes. Quæ ſi perpendiſſet aut ſi nouiſſet Victorius, itemque illud Virgilii Georg. 3. certè ſummum; *Aut tecto aſſuetus coluber ſuccedere, & umbræ*; haud quicquã hercules in codice Colum. emouiſſet, verum cuncta præter caſtigationem adornaſſet, & authoris prudentiam peculiariter explicaſſet. Quæ mihi per hanc epiſtolam ediſſerenda viſa ſunt, quatenus honeſtæ tuę, Bartholine, petitioni ſatisface-

 re

re ſolennique tuę circa pulcras aduerſiones ſedulitati obſecundare libuit. Cæterum ſi quid in his deſideres amplius, perpetuarum mearum commentationum occupationumque multiplicium anguſtiis id condones rogo. Præterquam tui amicorumue cauſa quicquam alieni ſubiecti ſubire non patior in præſenti. Ex aduerſo nulla eſt tam obſtricta, tam excellens gratia, quam tuę, Bartholine, comitati non habeam nunc, referendam vero & rependendam non ſeruem poſtero tempore, quòd nomen meum pro virili tueris. Obſcurior equidem illuſtrari per viros autoritatis probatæ quid non amem, qui gloriolę dulcedinem & non vulgarem amo? Diſertiſſimo Rhodio plurimam à me dic ſalutem, ſuadeque ut me non ſcribentem ferat, dum ei Meſſanenſem Hortum Caſtelli reddendum curem. Fratris aduentum tui, eius credo quem abs te tertium nõ adhuc cognoui, percupide opperior, tum ut hunc quidem priuate, tum ut te in eodem pernorim ſpecimina Bartholinæ domus, ſimul etiam cum Bartolo, clariſſima. Qui tres omnes feliciter valete. Cl. Viro Io. Veslingio plurimam meo nomine ſalutem imperti. Neapoli Idibus Octobris An. M. DC. XLIII.

SYLLA.

SYLLABVS AVCTORVM

qui citantur, reſtituuntur, & explicantur.

A

ABehali. 452.
Abſyrtus. 53.
Acta Apoſtolorum. 229. 356
Io. Actuarius. 249. 453.
Acuſilaus. 4.
Paulus Aegineta. 117. 293. 295. 336. 338. 356. 361. 397. 406. 409. 410. 411. 414. 447. 457. 469. 470. 473.
Aegineta enarratores. 4.
Aelianus. 4. 10. 32. 36. 37. 44. 49. 54. 65. 101. 123. 124. 125. 126. 136. 137. 140. 142. 146. 149. 152. 157. 159. 175. 177. 191. 192. 195. 196. 217. 221. 224. 225. 236. 245. 248. 264. 266. 267. 268. 269. 271. 279. 282. 286. 29– 306. 308. 351. 358. 373. 380. 382. 398. 402. 435. 518. 519. 521.
Aeſchines. 363
Aetius. 85. 102. 117. 146. 153. 159. 169. 191. 216. 222. 223. 224. 293. 294. 351. 356. 359. 361. 397. 400. 408. 409. 410. 411. 414. 415. 417. 434. 447. 456. 458. 469. 473. 479. 480. 481. 484. 485. 486. 487. 488. 489. 490. 491. 492.
Leo Africanus. 159
Georgius Agricola. 457
Albertus Magnus. 14. 53. 128. 129. 149. 152. 169. 207. 221. 264. 268. 285. 519. 521.
Andreas Alciatus. 27. 36. 120.
Einſdem Emblem. comment. 62
Vlyſſes Aldrouandus. 20. 52. 62. 88. 90. 91. 101. 102. 123. 158. 190. 248. 262 269. 275. 293. 299. 301. 340. 358. 360. 363. 365. 397. 411. 414. 419. 437.
Alexander ab Alexandro. 156. 366
Clemens Alexandrinus. 19. 123. 177. 180. 194.
Iulius Alexandrinus notatus. 337.
Alpharabius. 343
Proſper Alpinus. 135. 452
Donatus Altimarus. 430
Franciſcus Alunnus. 31
Alzarauius. 342
D. Ambroſius. 42
Anaxagoras. 514
Andreas Medicus. 180. 195. 267.
Ioan. Andernacus. 482.
Andromachus. 282. 283. 484.
Baldus Angelus Abbatius. 20. 74. 89. 90. 100. 108. 129. 154. 164. 166. 171. 172. 173. 177. 178. 234. 236. 269. 273. 284. 287. 294. 300. 301. 307. 312. 340. 357. 358. 359. 360. 363. 368. 373. 383. 386. 387. 414. 418. 420. 422. 437. 438. 439. 443. 504. 521.
Anhaltinus Princeps. 503.
Anthologia. 2.
Alexander Aphrodiſeus. 109.
Apollonius Rhodius. 4. 27. 116. 120. 313. 511.
Petrus Aponenſis. 26. 101. 107. 108. 136. 267. 350 356. 427. 449. 498.
Apollodorus. 217
Apollonius Thyaneus. 197. 245. 248. 267.
Angelus Aproſius. 344
Apuleius. 196. 264. 267.
Hieronymus Fabricius ab Aquapendente. 183. 185. 186. 187. 189. 201. 203. 211. 214. 219.
Santes Ardoynus. 17. 105. 106. 159. 286. 316. 342. 343. 350. 351. 356. 411. 430. 456. 479. 518.
Ariſtophanes. 24. 64. 284. 301.
Ei. Scholiaſtes. 28.
Ariſtophanis ſcholiaſtes. 518.
Ariſtoteles. 18. 26. 31. 42. 80. 88. 91. 93. 97. 100. 101. 103. 106. 107. 112. 113. 114 115. 125 128. 130. 132. 134. 146. 148. 149. 152. 159. 172. 181. 182. 184. 185. 187. 189. 190. 193. 198. 200. 201, *explicatus.* 202. 203. 204. 206. 207. 210. 211. 214.

217. 226. 228. 230. 231. 232. 233. 234. 235. 236. 237. 238. 239. 245. 244. 245. 268. 269. 276. 278. 320. 326. 328. 335. 345. 351. 352. 380. 382. 387. 398. 403. 413. 440. 443.

Arnobius. 5.

Arrius. 95.

Ludouicus Arioſtus. 6. 62. 110. 179. 344.

Artemidorus. 164.

Athenæus. 180. 367.

Athanaſius 267

Carolus Auancius. 29.

Auenzoar. 430. 490.

Auerrhoes. 149. 162. 393. 428. 438. 447. 473. 511.

D. Auguſtinus. 267. 388.

Auicenna. 5. 17. 31. 92. 110. 112. 128. 135. 137. 145. 159. 179. 190. 211. 255. 270. 286. 295. 307. 308. 396. 397. 414. 425. 426. 432. 441. 447. 449. 452. 457. 458. 465. 468. 474. 481. 484. 485. 490. 495.

Cælius Aurelianus. 142. 148. 154. 471.

Hippolytus ab Auria. 350.

Autor Libri Secretorum ad Montium. 6.

Libri de Oſſibus. 283.

Autor priſcus de Rerum natura. 101. 277.

Autor Lib. de Ther. ad Piſonem. 364. 378. 442. *Vid. Gal.*

Autor libri de Spermate. 31.

Auſonius. 41.

B

Andreas Baccius. 147. 302. 313. 331. 343. 356. 358. 363. 366. 368. 376. 378. 409. 412. 451. 452.

Hermolaus Barbarus. 144. 155. 216. *excuſatur*, 222.

Gaſpar Bartholinus Pater. 179. 215. 308.

Filius. 522.

Bartolus Bartholinus. 522.

Thomas Bartholinus. 28. 129. 215. 308. 517.

D. Baſilius. 123. 267. 302. 351.

Sebaſtianus Baſſo. 98. 251. 312. 322. 375. 395. 431. 437.

Ioannes Bauhinus. 358.

Gaſpar Bauhinus. *ibid.*

Beda. 55.

Ioannes Beguinus. 465.

Andreas Bellunenſis. 221. 293.

Petrus Bellonius. 106. 115. 153. 157. 172. 190. 191. 204. 223.

Ioannes Bellonius. 278.

Vincentius Belluacenſis. 11. 125. 159. 219. 221. 225. 265. 294. 344. 479. 480. 519.

Petrus Bembus. 141.

Antonius Berthiolus. 88. 109.

Georgius Bertinus. 512.

S. Biblia. 134. 194. 275. 305.

Iacobus Billius. 53. 95. 228.

Ioannes Boccatius. 21.

Ioannes Bohemus. 141.

Gerardus Boumanus. 292. 364.

Antonius Muſa Braſauola. 338. 342. 480. 492.

Ioannes Branchinus. 74. 97. 346. 350. 360. 366. 454.

Ioannes Brodæus. 172. 190

Erneſtus Burgrauius. 504.

C

Andreas Caſalpinus. 139. 140. 274. 316. 354. 366. 392. 401. 443. 445. 448.

Caietanus Patriarcha. 498.

Ambroſius Calepinus. 216.

Callias. 383.

Iulius Camers. 267.

Thomas Campanella. 187. 313. 334. 389. 431.

Martianus Capella. 344.

Hieronymus Capinaccius. 209. 413. 432. 457.

Ioann. Baptiſta Capuccius. 85. 460. 511.

Carthuſienſes Sacerdotes. 92.

Hieronymus Cardanus. 10. 12. 14. 16. 24. 27. 31. 33. 87. 97. 105. 119. 143. 145. 146. 148. 151. 154. 157. 158. 176. 191. 216. 217. 246. 263. 265. 270. 284. 288. 296. 298. 303. 332. 335. 337. 344. 345. 349. 359. 383. 403. 421. 423. 428. 439. 442. 455. 456. 459. 512. 518. 520.

Ioannes Caſa. 94.

Petrus Caſtellus. 84. 117. 298. 352. 465. 522.

Stephanus Rodericus à Caſtro. 98. 251. 388. 391. 394. 428. 442. 457.

Cato. 175.

Ioannes de Catratia. 150.

D. Chryſoſtomus. 55.

Fran-

Franciſcus Cauſolinus. 359.
Cornelius Celſus. 31. 132. 145. 146. 184. 305. 321. 322. 337. 338. 359. 361. 363. 364. 366. 368. 408. 454. 469.
Gulielmus Cheul. 65.
Alphonſus Cicarellus. 318.
Cicero. 20. 25.
Iunius Moderatus Columella. 11. 32. 33. 148. 215. 224. 270. 517. 520.
Franciſcus Clarus. 359.
Iulius Cæſar Claudinus. 91. 92. 117. 172. 173. 285. 288. 290. 300. 358. 368. 378. 386. 437. 447.
Claudianus. 209.
Cynthius Cloinenſis. 502.
Ioannes Baptiſta *Codronchius.* 142. 148. 178. 306. 342. 450.
Fabius Columna. 83. 466.
Natalis Comes. 57. 62. 177.
Conciliator. Vid. P. *Apon.*
Valerius Cordus. 264. 396.
Ioannes Cornarius. 15. 414. 457.
Conſtantinus Geoponicus. 519.
Emmanuel Coſta. 258.
Hermannus Conringius. 345.
Nicolaus Contarenus. 28.
Thomas Cornelius. 151.
Ioannes Coſtaus. 147. 396.
Vincentius Cozurellus. 460.
Petrus Crinitus. 19.
Oſualdus Crellius. 135. 289. 301. 419. 439. 460. 504.
Cyrillus. 24.

D

Iacobus Dalecampius. 190.
Damocrates. 482.
Dantes. 6. 8. 19. 31.
Dauid vates Regius. 47. 95.
Dercylus. 37.
Bernardus Deſſenius. 172. 174. 191.
Petrus Angelus Diamantinus. 29.
Diodorus ſiculus. 23. 24.
Diogenes Cynicus. 191.
Dioſcorides. 11. 102. 106. 144. 167. 190. 210. 284. 285. 286. 314. 318. 336. 339. 351. 356. 361. 380. 396. 406. 407. 408. *emendatus.* 410. 411. 447. 451. 452. 453. 456. 469. 478. 480. 490.
Marcellus Donatus. 143.
Ioſephus Donzellus. 104. 516.
Ludouicus Duretus. 399. 401.

E

Eccleſiaſtes. 179.
Empedocles. 186.
Epimenides Cretenſis. 180.
Epigrammatarii Græci. 174. 210. 224.
Epiphanius. 95. 262. 267. 519.
Michael Epheſius. 281.
Thoma Eraſti vitæ ſcriptor. 346.
Sebaſtianus Ericius. 29. 122.
Eſaias Propheta. 28. 55.
Eucherius. 55.
Flaminius Euolus. 285.
Euonymus. 465. *V. Geſn.*
Euripides. 129.
D. Euſebius. 53. 95. 126. 128.
Euſtathius. 42. 225.
Euthymius. 47. 467.

F

Ioannes Faber. 501.
Petrus Ioannes Faber. 385. 453. 464. 465.
Michael de Fabiis. 501.
Hieronymus Fagius. 123.
Gabriel Fallopius. 108. 396. 441. 442.
Leonellus Fauentinus. 481.
Tomas Fazellus. 146.
Fellius. 504.
Epiphanius Ferdinandus. 366. 455.
Ioannes Fernelius. 143. 355. 450.
Augerius Ferrerius. 490.
Franciſcus Ferrandius. 197. 268.
Paulus Æmilius Ferrallus. 249.
Iacobus Ferrarius. 285.
Marſilius Ficinus. 53. 426. 428. 432.
Nicolaus Florentinus. 135. 190. 191.
Rodericus Fonſeca. 101.
Iacobus Forliuienſis. 107.
Robertus Fluddius 89.
Hieronymus Fracaſtorius. 83. 317. 330. 337. 384. 450. 454. 456.
Leonardus Fuchſius. 44. 143. 251. 489.
Antonius Fumanellus. 447. 473. 490.

G

Galenus. 2. 6. 8. 9. 11. 14. 15. 21. 32. 72. 74. 78. 81. 87. 96. 102. 105. 107. 109. 111. 116. 119. 129. 137. 143. 144. 145. 148. 150. 160. 162. *Defenditur*

ditur, 163. 164. 165. 166. 173. 180. 191. 192. 196. 207. 224. 265. 273. 274. 280. 283. 284. 285. 286. 293. 294. 299. 301. 310. 311. *emendatus*. 318. 321. 322. 327. 329. 330. 331. 332. 333. 338. 345. 351. 352. 355. 358. 360. 363. 367. 369. 373. 376. 382. 384. 387. 388. 396. 400. 401. 403, *correctus*. 406. 412. 416. 419. 420. 422. 423. 424 427. 429. 430. 434. 435. 436. 438. 440. 441. 442. 446. 447. 448. 450 453. 454. 469. 474. 478. 480. 481. 482. 483. 485. 486. 489. 490. 492. 493. 506.

Michael Gauaſſetius. 209.

Marcus Gattinaria. 8. 91. 368. 445. 447. 477.

Theodorus Gaza. 200. 201. 203. 204. 231.

Geber. 79. 82.

Aulus Gellius. 336. 455.

Gentilis Fulginas. 394.

Geoponici. 33. 158.

Conradus Geſnerus. 10. 44. 52. 104. 105. 125. 129. 135. 141. 146. 151. 157. 181. 191. 216. 223. 225. 250. 262. 265. 268. 270. 274. 275. 292. 295. 306. 329. 338. 359. 364. 371. 414. 437. 447. 473. 482. 493.

Petrus Gillius. 24. 154. 211. 222. 224.

Bernardus Gordonus. 92. 94. 105. 311. 351. 429. 455.

Abrahamus Gorlaus. 62. 65. 119.

Io. Matthaus Gradius. 447.

Hieronymus Gratarolus. 15. 417.

Iacobus Greuinus. 88. 106. 107. 108. 115. 159. 172. 191. 216. 248. 311. 335. 338. 357. 407. 409. 447.

Martinus Grimaldus. 347.

Antonius Guaynerius. 139. 142. 367. 397. 439.

Horatius Guarguantus. 174

Petrus Gylius, 24. 154. 211. 222. 224. 417.

H

Hali Abbas. 17. 293. 430.

Thomas Haneſius. 250.

Ioannes Hartmannus. 92. 516.

Heliodeus de Padeanis. 447. 477.

Heliodorus. 159.

Herodotus. 18. 23. 40. 77. 192. 196. 202. 267. 268.

Heſiodus 17. 33. 57. 118. 120. 128. 180.

Heſychius. 42.

Gulielmus Fabricius Hildanus. 347.

Ioannes Heurnius. 102. 115. 428. 468.

D. Hieronymus. 19. 228. 266. 267. 387.

Hippocrates. 8. 77. 112. 113. 143. 144. 173. 227. 283. 300. 305. 311. 345. 352. 353. 371. 372. 385. 397. 399. 401. 451. 468. 469. 480. 513. 514. 515. 516.

Hippocrates veterinarius. 53.

Ioannes Baptiſta Hodierna. 100. 252.

Gaſpar Hofmannus. 162. 163. 165. 440. 447.

Homerus. 176.

Christophorus Honeſtis. 139.

Gisbertus de Horſtius. 174.

Horus Apollo 92. v. O.

Horatius. 4. 10. 14. 17. 19. 20. 21. 22. 32. 42. 47. 129. 270. 300. 308. 438.

Ioannes Houghton. 96. 413.

Hyginus. 4. 53. 92. 98.

I

Ieremias. 277.

Ieremia Interpres. 91. 280.

Ignatius Auerſanus. 246

Incertus. 478. 482.

D. Iobus. 16. 41. 274.

D. Ioannes. 20. 24. 52.

Ioſephus. 28. 40.

Ferrandus Imperatus. 90. 114. 191. 197. 203. 204. 220. 268.

Ioannes Ionſtonus. 278.

Thomas Iordanus. 105. 162. 413. 430. 444. 446 457.

Paulus Iouius. 15.

Laurentius Ioubertus. 393. 423. 424. 426. 428. 434.

Iſidorus. 17. 24. 55. 115. 130. 159. 191. 193. 196. 212. 216. 217. 222. 223. 263. 267. 269. 277. 278. 519. 520.

Iſigonus. 447. 478.

Iuuenalis. 8.

Ioannes Iuuenis. 283.

K

Athanaſius Kircherus. 26. 155. 275. 397. 430. 436. 444.

An-

L

Andreas Lacuna. 197. 268.
Firmianus Lactantius. 305.
Dionyſius Lambinus. 13.
Aelius Lampridius. 9.
Cornelius à Lapide. 262. 268.
Scribonius Largus. 148. 404.
Andreas Laurentius. 421.
Leuinus Lemnius. 140. 152.
Ioannes Leonicenus. 221. 521.
Nicolaus Leonicenus. 172. 190. 191. 203. 204. 214. 269. 298.
Nicolaus Tomeus Leonicenus. 267.
Ambroſius Leo. 328. 331.
Ioannes Leonus. 141.
Franciſcus Leotius. 294. 460.
Andreas Libauius. 28. 75. 79. 82. 84. 96. 97. 104. 132. 133. 136. 142. 144. 151. 170. 321. 368. 372. 379. 381. 383. 395. 396. 397. 400. 419. 420. 426. 432. 440. 443. 444. 446. 504.
Fortunius Licetus. 181.
Matthias Lobelius. 157.
Ludouicus Locatellus. 346. 350.
Iacobus Lochmannus. 248.
Ioannes Lonicerus. 521.
Lucanus. 32. 65. 136. 137. 153. 159. 196. 216. 221. 222. 223. 267. 519.
Lucianus. 37. 127. 316. 469.
Lucretius. 138. 211. 217. 305. 309. 355. 382.
Amatus Luſitanus. 16. 94. 197. 266. 268. 269. 284. 294. 361. 363. 367. 474. 482. 483.
Lycophron. 23.
Eius Scholiaſtes. 53. 54.
Conradus Lycoſthenes. 264.

M

Gregorius Macer. 274.
Macrobius. 5. 41. 212.
Olaus Magnus. 21. 25. 45. 127. 141. 145. 151. 169. 213. 224. 225. 249. 276. 282. 291. 307. 371. 401.
Albertus Magnus. 487. *Vid. A.*
Ludouicus Mainerius. 10. 117.
Simon Maiolus. 267.
Ioannes Manardus. 482.
Manilius. 6. 41.
Paulus Mantuſias. 250.
Bartholomaeus Maranta. 76. 142. 334. 430. 459.
Nonius Marcellus. 226.
Marcellus Burdegalenſis. 480.
Maria Auſtriaca. 173.
Marinus. 14. 72. 94.
Martialis. 10. 102.
Petrus Martyr. 141.
Franciſcus Maſſarius. 89. 171. 172. 188. 191. 247.
Iulius Firmicus Maternus. 141.
Petrus Andreas Matthiolus. 105. 139. 145. 147. 225. 299. 361. 363. 365. 382. 402. 459. 479. 519.
D. Matthaeus. 261.
Megaſthenes. 24. 278.
Pomponius Mela. 24. 148. 263. 278.
Gerardus Mercator. 96.
Hieronymus Mercurialis. 10. 107. 108. 110. 111. 130. 172. 248. 263. 266. 275. 286. 293. 294. 306. 336. 363. 368. 395. 396. 414. 428. 457. 466.
Gaudentius Merula. 264.
Ioannes Meſue. 498.
Metrodorus. 24.
Michaeas propheta. 28.
Ioannes Thomas Minadous. 379.
Claudius Minos. 37. 49.
Antonius Mizaldus. 265. 270.
Bartholomaeus Montagnana. 291.
Cardinalis à Monte. 501.
Nicolaus Monardes. 274.
Horatius Moraudus. 501.
Moſes propheta. 2. 14. 26. 55. 88. 121. 133. 152. 159. 178. 211. 227.
Iacobus Mugretius. 173.
Philippus Mullerus. 465.
Aloiſius Mundella. 477. 492.
Antonius Muſa. 117. 446.
Daniel Mylius. 463.
Nicolaus Myrepſus. 493.

N

Nazianzenus. 24.
Natalis Comes v. C.
Nicander. 4. 6. 8. 11. 20. 21. 23. 24. 27. 28. 34. 49. 91. 92. 94. 136. 137. 141. 146. 154. 155. 158. 159. 172. 190. 192. 196. 222. 223. 224. 230. 231. 239. 267. 269. 271. 274. 277. 283. 290. 291. 292. 293. 294. 301. 305. 307. 314. 330. 382. 384. 406. 409. 411.

411.415.416.417.469.518.519.
Nicandri Scholiaſtes. 154.183.
Nicolaus Euſebius Nirembergius. 101. 178.278.
Nicol. Florentinus. v. F.
Auguſtinus Niphus. 105.114.172.391.
Gregorius Nyſſenus. 305.

O

Iulius Obſequens. 181.
Marcus Oddus. 92.114.
Oglimo. 515.
Oppianus. 169.195.224.266.519
Orus Apollo. 52.92.103.169.192.196. 202.267.312.330. *vid. H.*
Ouidius. 3.17.18.19.22.33.36.47. 59.64.129.177.180.196.211.

P

Carolus Panicellus. 103.504.
Iulius Palmarius. 442
Theophraſtus Paracelſus. 72.207.377. 433.442.452.460.471.512.
Fabius Paulinus. 83.308.449.470.
Ambroſius Pareus. 146.286.292.306. 359.430.456.
Pauſanias. 20.42.92.148.155.158. 159.169.170.177.180.223.270. 307.
Bernardus Penotus. 450.
Iacobus Peletarius. 285.
Aulus Perſius. 59.
Franciſcus Petrarcha. 23.
Silueſter Petraſanta. 148.157.
Pherecydes. 24.52.95.
Philarchus. 248.
Philoſtratus. 197.219.245.248.267. 313.519.
Ioannes Philoponus. 114.
Pierius Valerianus. 5.42.44.45.51. 52.119.126.172.197.214.267. 268.373.383.
Philippus Pinellus. 118.
Ioan. Baptiſta Piſantius. 460.
Plautus. 19.
Plato. 6.193.352.353.363.454.
Plinius. 5.12.16.20.23.24.25.42. 49.52.53.54.91.101.102.104. 107.111.127.128.130.132.136. 137.140.146.147.148.149.151. 157.159.171.177.184.191.193. 196.202.203.204.219.215.232. 237.242.245.250.257.264.265. 266.267.269.270.271.278.282. 283.286.290.293.294.295.301. 308.320.322.329.335.349.359.367. 379.380.381.383.393.398.399. 400.401.403.443.446.447.454. 456.469.477.478.479.480.481. 486.492.495.513.519.
Plutarchus 5.9.17.22.44.118.120. 126.127.177.178.180.196.248. 267.335.469.
Iulius Pollux. 285.
Ioannes Iouianus Pontanus. 344.
Ferdinandus Ponzettus. 97.105.123. 124.139.142.146.160.329.332. 343.358.359.363.368.384.388. 390.391.397.410.413.424.443.
Thomas Porcachius. 19.
Porphyrius. 45.306.447.477.478.
Ioannes Baptiſta Porta. 11.12.15.481.
Simon Portius. 108.208.
Petrus Poterius. 285.289.301.
Ptolemaus. 31.51.
Punta. 504.
Caſsianus à Puteo. 498.
Zacharias à Puteo. 501.
Pythagoras. 3.137.

Q

Ioannes Baptiſta Quadramius. 193.
Ioſephus Quercetanus. 28.75.81.82.98. 251.289.301.386.428.465.468. 504.508.

R

Raſis. 53.88.146.
Ioan. Raniſius Textor. 24.52.62.223.
Leonardus Rauvolfius. 32.
Ioannes Rhodius. 242.404.522.
Cælius Rhodiginus. 4.5.17.24.49.51. 98.123.130.156.179.191.202. 265.267.270.271.336.366.455.
Ioannes Riolanus pater. 343.
Gulielmus Rondeletius. 72.105.183. 184.185.195.266.267.349.366. 380.426.
D. di Redi. 504.
Timotheus Roſellus. 465.

Iulius Martianus Rota. 417.
Deſiderius Roterodamus. 124.
Euſtachius Rudius. 209. 368. 415. 444.
Rudolphus II. Imper. 498.
Ioannes Ruellius. 148.
Epheſius Ruſſus. 469.

S

Sabellicus. 5. 181.
Angelus sala. 463. 467.
Sanctorius de Sanctoriis. 287. 389.
Franciſcus Sandelli. 498.
Honoratus Seruius. 22. 132. 226.
Iul. Scaliger. 24. 27. 33. 44. 87. 106. 107. 141. 142. 146. 155. 158. 159. 160. 161. 162. 163. 164. 166. 172. 175. 176, notatur. 191. 197. 201. 202. 204. 212. 214 216. 219. 222. 223. 226. 264. 265. 268. 279. 284. 291. 292. 295. 296. 334. 339. 417. 430. 440. 442.
Iacobus Schegckius. 432.
Ioannes Schenkius. 372.
Scribonius. V. L.
Marius Schipanus. 121. 282.
Seneca. 22. 170. 248. 266.
Daniel Sennertus. 181. 344. 389. 390.
Ioannes Serapio. 469.
Sextus Empiricus philoſophus. 383.
Petrus Seruius. 275.
Q. Serenus. 471.
Simeon Sethus. 367.
Petrus Seuerinus. 372.
M. Aurel. Seuerinus. 166.
Diodorus Siculus. 289. 335.
Sidonius Apollinaris. 213.
Silius Italicus. 28.
Io. Baptiſta Siluaticus. 457.
Iacobus Siluius. 91. 476.
Aeneas Siluius. 141.
Societatis Ieſu ſacerdotes Coll Rom. 197.
Reinerus Solinander. 468.
Solinus. 45. 151. 154. 157. 159. 191. 219. 221. 223. 225. 277. 519.
Sophocles. 24. 271.
Soranus. 143.
Pompeius Sprechius. 245.
Ioannes Baptiſta Spontonus. 11. 298. 304. 351. 386. 422.
Statius. 27. 33. 47. 214. 279. 356.
Nicolaus Antonius Stelliola. 197.
Henr. Stephanus. 315.
Robertus Stephanus. 222.
Auguſtinus Steuchus. 123.
Stobaus. 363.
Vincentius Stolchetus. 482.
Strabo. 41. 128. 312. 398.
Suidas. 123. 162.
Fridericus Sylburgius. 369.
Aeneas Syluius. 40.
Sympoſius. 198. 267.

T

Ioannes Tagaultius. 362. 447 478.
Terentius. 13. 421. 519.
Theodorus. 24.
P. Æmylius Torillus. 116.
Theophraſtus Ereſius. 89. 107. 245. 267. 268. 309. 336. 352. 455.
Theocriti interpres. 181. 214.
Thraſillus. 151. 266.
Hieremias Thriuerius. 147.
Io. Baptiſta Thurius. 247.
Tibullus. 103.
Philippus Tinellus. 100.
Franciſcus Toletus. 197. 268.
Ioannes Trullius. 288.
Maximus Tyrius. 211. 245.
Iſacius Tzetzes. 53. 123.

V

Valerius Maximus. 13.
Antonius Valetius 285.
Franciſcus Valleriola. 458.
Franc. Valleſius. 179. 413.
Baptiſta Varinus. 28. 518.
M. Varro. 23. 41. 43. 383. 520.
P. Vegetius. 20.
Iacobus Verardus. 6.
Nicolaus Venetus. 141.
Paulus Venetus. 141. 216.
Andreas Veſalius. 362.
Ioannes Veslingius. 40. 156. 294. 522.
Arnaldus Villanouanus. 70. 349. 425. 427. 439.
Petrus Victorius. 215. 517. 520. 521.
Vidus Vidius. 146.
Matthaus Villanus. 181.

411. 415. 416. 417. 469. 518. 519.
Nicandri Scholiaſtes. 154. 183.
Nicolaus Euſebius Nirembergius. 101. 178. 278.
Nicol. Florentinus. v. F.
Auguſtinus Niphus. 105. 114. 172. 391.
Gregorius Nyſſenus. 305.

O

Iulius Obſequens. 181.
Marcus Oddus. 92. 114.
Oglimo. 515.
Oppianus. 169. 195. 224. 266. 519
Orus Apollo. 52. 92. 103. 169. 192. 196. 202. 267. 312. 330. *vid. H.*
Ouidius. 3. 17. 18. 19. 22. 33. 36. 47. 59. 64. 129. 177. 180. 196. 211.

P

Carolus Panicellus. 103. 504.
Iulius Palmarius. 442
Theophraſtus Paracelſus. 72. 207. 377. 433. 442. 452. 460. 471. 512.
Fabius Paulinus. 83. 308. 449. 470.
Ambroſius Pareus. 146. 286. 292. 306. 359. 430. 456.
Pauſanias. 20. 42. 92. 148. 155. 158. 159. 169. 170. 177. 180. 223. 270. 307.
Bernardus Penotus. 450.
Iacobus Peletarius. 285.
Aulus Perſius. 59.
Franciſcus Petrarcha. 23.
Silueſter Petraſanta. 148. 157.
Pherecydes. 24. 52. 95.
Philarchus. 248.
Philoſtratus. 197. 219. 245. 248. 267. 313. 519.
Ioannes Philoponus. 114.
Pierius Valerianus. 5. 42. 44. 45. 51. 52. 119. 126. 172. 197. 214. 267. 268. 373. 383.
Philippus Pinellus. 118.
Ioan. Baptiſta Piſantius. 460.
Plautus. 19.
Plato. 6. 193. 352. 353. 363. 454.
Plinius. 5. 12. 16. 20. 23. 24. 25. 42. 44. 52. 53. 54. 91. 101. 102. 104. 107. 111. 127. 128. 130. 132. 136. 137. 140. 146. 147. 148. 149. 151. 157. 159. 171. 177. 184. 192. 193. 196. 202. 203. 204. 219. 225. 232. 237. 242. 245. 250. 257. 264. 265. 266. 267. 269. 270. 271. 278. 282. 283. 286. 290. 293. 294. 295. 302. 308. 320. 322. 329. 335. 349. 359. 367. 379. 380. 381. 383. 393. 398. 399. 400. 401. 403. 443. 446. 447. 454. 456. 469. 477. 478. 479. 480. 481. 486. 492. 495. 513. 519.
Plutarchus 5. 9. 17. 22. 44. 118. 120. 126. 127. 177. 178. 180. 196. 248. 267. 335. 469.
Iulius Pollux. 285.
Ioannes Iouianus Pontanus. 344.
Ferdinandus Ponzettus. 97. 105. 123. 124. 139. 142. 146. 160. 329. 332. 343. 358. 359. 363. 368. 384. 388. 390. 391. 397. 410. 413. 424. 443.
Thomas Porcachius. 19.
Porphyrius. 45. 306. 447. 477. 478.
Ioannes Baptiſta Porta. 11. 12. 15. 481.
Simon Portius. 108. 208.
Petrus Poterius. 285. 289. 301.
Ptolemaus. 31. 51.
Punta. 504.
Caſsianus à Puteo. 498.
Zacharias à Puteo. 501.
Pythagoras. 3. 137.

Q

Ioannes Baptiſta Quadraminus. 193.
Ioſephus Quercetanus. 28. 75. 81. 82. 98. 251. 289. 301. 386. 428. 465. 468. 504. 508.

R

Raſis. 53. 88. 146.
Ioan. Raniſius Textor. 24. 52. 62. 223.
Leonardus Rauvelfius. 32.
Ioannes Rhodius. 241. 404. 522.
Cælius Rhodiginus. 4. 5. 17. 24. 49. 51. 98. 123. 130. 156. 179. 191. 202. 265. 267. 270. 271. 336. 366. 455.
Ioannes Riolanus pater. 345.
Gulielmus Rondeletius. 72. 105. 183. 184. 185. 195. 266. 267. 349. 366. 380. 426.
D. di Rodi. 504.
Timotheus Roſellus. 465.

Iulius Martianus Rota. 417.
Deſiderius Roterodamus. 124.
Euſtachius Rudius. 209. 368. 415. 444.
Rudolphus II. Imper. 498.
Ioannes Ruellius. 148.
Epheſius Ruffus. 469.

S

Sabellicus. 5. 181.
Angelus ſala. 463. 467.
Sanctorius de Sanctoriis. 287. 389.
Franciſcus Sandolli. 498.
Honoratus Seruius. 22. 132. 226.
Iul. Scaliger. 24. 27. 33. 44. 87. 106. 107. 141. 142. 146. 155. 158. 159. 160. 161. 162. 163. 164. 166. 172. 175. 176. *notatur.* 191. 197. 201. 202. 204. 212. 214 216. 219. 222. 223. 226. 264. 265. 268. 279. 284. 291. 292. 295. 296. 334. 339. 417. 430. 440. 442.
Iacobus Schegckius. 432.
Ioannes Schenkius. 372.
Scribonius. V. L.
Marius Schipanus. 121. 282.
Seneca. 22. 170. 248. 266.
Daniel Sennertus. 181. 344. 389 390.
Ioannes Serapio. 469.
Sextus Empiricus philoſophus. 383.
Petrus Seruius. 275.
Q. Serenus. 471.
Simeon Sethus. 367.
Petrus Seuerinus. 372.
M. Aurel. Seuerinus. 166.
Diodorus Siculus. 289. 335.
Sidonius Apollinaris. 213.
Silius Italicus. 28.
Io. Baptiſta Siluaticus. 457.
Iacobus Siluius. 91. 476.
Aeneas Siluius. 141.
Societatis Ieſu ſacerdotes Coll Rom. 197.
Reinerus Solinander. 468.
Solinus. 45. 151. 154. 157. 159. 191. 219. 221. 223. 225. 277. 519.
Sophocles. 24. 271.
Soranus. 143.
Pompeius Sprechius. 245.
Ioannes Baptiſta Spontonus. 11. 298. 304. 351. 386. 422.
Statius. 27. 33. 47. 214. 279. 356.
Nicolaus Antonius Stelliola. 197.
Henr. Stephanus. 315.
Robertus Stephanus. 222.
Auguſtinus Steuchus. 123.
Stobaus. 363.
Vincentius Stoshetus. 482.
Strabo. 41. 128. 312. 398.
Suidas. 123. 162.
Fridericus Sylburgius. 169.
Aeneas Sylnius. 40.
Sympoſius. 198. 267.

T

Ioannes Tagaultius. 362. 447 478.
Terentius. 13. 421. 519.
Theodorus. 24.
P. Æmylius Torillus. 116.
Theophraſtus Ereſius. 89. 107. 245. 267. 268. 309. 336. 352. 455.
Theocriti interpres. 181. 214.
Thraſillus. 151. 266.
Hieremias Thriuerius. 147.
Io. Baptiſta Thurius. 247.
Tibullus. 103.
Philippus Tinellus. 100.
Franciſcus Toleſius. 197. 268.
Ioannes Trullius. 288.
Maximus Tyrius. 211. 245.
Iſacius Tzetzes. 53. 123.

V

Valerius Maximus. 13.
Antonius Valesius 285.
Franciſcus Valleriola. 458.
Franc. Valleſius. 179. 413.
Baptiſta Varinus. 28. 518.
M Varro. 23. 41. 43. 383. 520.
P. Vegetius. 20.
Iacobus Verardus. 6.
Nicolaus Venetus. 141.
Paulus Venetus. 141. 216.
Andreas Veſalius. 362.
Ioannes Veslingius. 40. 156. 294. 522.
Arnaldus Villanouanus. 70. 349. 425. 427. 439.
Petrus Victorius. 215. 517. 520. 521.
Vidus Vidius. 146.
Matthaus Villanus. 181.

Virgilius expoſitus. 2. 3. 5. 7. 8. 16. 18. 19. 22. 23. 28. 32. 47. 49. 54. 57. 69. 82. 88. 94. 97. 123. 133. 146. 173. 174. 178. 209. 210. 211. 213. 215. 223. 259. 288. 302. 320. 329. 352. 417. 469. 520. 521.
Marcellus Virgilius. 318. 408.
Raphael Volaterranus. 24. 32. 222. 225.
Ioan. Georgius Volchamerus. 360.
Gaſpar Volſius. 104. 329.
Eduardus Votton. 207.
Ioan. Vrſinus. 15.
Fuluius Vrſinus. 67.
Cardinalis Vrſinus. 502.

X

Xantus. 548.
Gulielmus Xylander. 180.

Z

P. Zacconus. 49.
Zacutus Luſitanus. 94.
Io. Baptiſta Zapata. 465.
Zenodotus. 4.
Zoroaſter. 95.

Rerum & Verborum memorabilium
INDEX.

A

ABortus ex adipe viperino. 11.
& viperæ tranſitu. 12.
Abſoluta agendi forma. 74.
Achilles à Chirone nutritus. 179.
Aciculę punctura exanimata puella. itemque matrona nobilis. 345.
Acida ob acrimoniam calida. 354.
M. Acilii numiſma. 37.
Aceti vis antidota. 434. 435. cum bolo Armena. 454.
Aconiti vis impedita in corpore. 394
Acontias. vid. I.
Acontias in ſemet conuoluta. 213. ejus iactus. 224. lingua acuta. 275.
Actionis naturalis requiſita 570. 423. 425.
Actio per ſimilitudinem. 74.
Aer & Aqua media elementa. 169.
Aeris nos immutantis vires. 143.
Aer alit. 280.
Adeps ſerpentis venenum allicit. 507
Aeſculapius, ſ. anguis forma cultus. 37. Ophiucos. 41. 45. cum angue pictus 64. 119.
Afflatus viperarum venenatus. 307.
Africa. 21. Ophiuſa. 96.
Agaricus in ictibus venenatis laudatur. 457.
Agyrtarum impoſtura in admouendis viperis. 293. 347. 351. 375.
Alectonis crines viperis intexti. 18.
Alexipharmacum ſine veneno nullum. 517.
Alexipharmaca vacuantia. 425.
Alexiteria corpori ſimilia. 165.
Alexiteria. Alexipharmaca. 423.
Alexiterii externi vis. 393.
ἀλεξιφάρμακον. ἀλεξιτήριον. 423.
Alimentis molliri vel incendi venenum. 156.
Allium externe pyroticum, interne alimentum. 401.
Allii uſus ad venena. 469.
Alopeciæ remedium. 480.
Ambuſtis. 480.
Amodites cauda fiſſa. 274.
Amphisbæna trigrada. 225.
Amuleta. 423.
Anguillæ caput & cauda præſcinditur. 284.
eſus vulgo ſuſpectus. ibid.
Anguis etymon. 212.
Anguis Æſculapius fragrat. 10. quis 151. fœcundiſſimus. 34.
Anguis ater ranam deuorans. 255.
Anguium os, guttur. 254. 556.
Lingua. 254.
Sibilus. 255.
Nares. ibid.
Dentes. ibid. Recurui. 266. caui. 257. membrana ipſorum veſiculis diſtincta veneno refertis. 257.
Anguis Lunaris. 41.
Saturninus. 51.
Anguis imperii nota. 50.
veneficiis aptus. 19.
aquaticus. 226.
amphibius pedibus inſtructus. ibid.
Angues animalibus infeſti. 24.
cornuti. 27.
Indiæ mali. 31.
Aquatici minime venenoſi. 33.
Imperatoribus Romanis in pretio. 36.
à diuerſis populis culti. 37.
Mercurio dicati. 42.
Senectam ponunt 50.
conditio eorum cœleſtis. 53.
aere nutriti. 277. inediæ patientes. 278. 280.
Anguini corporis termini ab humana proportione diſſiti. 3.
Anguium inceſſus. 5 212. 213. 226. pedes. 215. ſpina. 216 longæuitas. 62. diſcrimina. 219. venenatorum

 ſpe-

ſpecies. 135.
infidiæ in hominem. 7.
abominatio. 9.
Analogia ad Planetas. 41.
Analytica Ariſtotelis. 206.
Anatomia. ibid.
Eſſentialis ſeu vitalis: Propria, quæ interpretatoria, & Dijudicatoria. 207.
Anni hieroglyphicum. 52. 64.
Animalis ſpiritus in cerebro. 318.
Antens. 27.
Antidotus. 423.
Antidoti vis. 335.
Antidotus Carthuſiana. 460.
Antipathia veneni cauſa. 384.
Apollo. 64.
Apollini anguis adpictus. 119.
Apollonius draconis viſceribus nutritus. 126.
Apicula innoxia. 438.
Aqua vipereo veneno tentatis nocet. 469.
Aquæ potus ad venenum. 336.
Aranei ſaliua. 318.
Arbor climatis Indici melancholica flores noctu reparat. 458.
Arcanum de Ciconia. 460.
Arges in ventriculum ſubrepens. 7.
Arſenici fumus cutem efficit nitidam. 314.
Arſenicum. 71. quid. 82.
Natiuum, & arte paratum. 82.
à ſulphure diſcretum. 84.
eius balſamum. 465. Butyrũ. 512.
Articularis morbi remedium. 481.
Artium differentiæ. 206.
Aſpis ſinuoſa. 224.
Ægypti cicur. ibid.
in Theriacam admittitur. 379.
eius venenum potu non offendere. 367. 403.
nec animalium caro, quæ interemit. 403.
Aſpis à vipera. Prouerb. 20. 291.
Aſpidis auditus. 130.
venenum. 140.
non eſt in Gallia. 153.
Athi montis incolæ diuturnionis vitæ. 447.
Auium rapacium ungues & roſtra nociua. 344.
Aurum Diaphoreticum Theophraſti. 460.
Autoris experimentum. 74. 53. 94. 103. 107. 288. 325. 346. 350. 360. 363. 365. 371. 461. 467.
Inſtitutum. 271. 357. 405. 449.
ingenuitas. 415.
Libellus de &. 219.
Chirurgia reſtituta. 359.
Paradoxologia de Saluatellæ ſectione. 303.
opinio de dentibus. 298.
de Theriaca. 434.
Commentarius in Lib. de oſſibus. 283.

B

Balearis terra ſerpẽtes necat. 149.
Balſamum naturæ ſulfureum. 98. 100.
Balſamo naturæ terra eſt impregnata. 505.
iſque Sal. & ſpiritus. 506. 507.
venenũ incomprehenſibile. 138.
Balſamo viperas cicurari. 155.
Baſiliſcum refert vipera. 17.
Baſiliſcus. Regulus. 136. 330. quandoque mitis. 152.
eius venenum ſubtile. 316.
Baſiliſci motus 219.
Sanguis veneni amuletum. 52.
pictura apud Aegyptios. 65.
triuenefica vis. 137. tradux. ib. 140.
cadauer ſiccum beſtiis infenſum. ibid.
Belenium, herba. 403.
Betula floret hieme anguium afflatu. 45.
Bezaarticum Animale. 92.
Minerale. 465.
Bezahar cur venenũ pellat. 393. 394.
unde petatur. 515.
Bilis viperina tactu innoxia. 234.
Bilis atra, eiuſque fermentatio. 341. 434.
Bilis a b atra ſuperaſſata. 341.
Bilis atræ & Aceti analogia. 434.
Boa Plinii quid? 152.

Bufo viuus vomitu reiectus. 29.
Bulimi remedium. 494.

C

CAduceus. 47.123.
Cæcilia Theriacæ mixta. 135.
Cæcilia viuipara. 210.
ſe cauda erigit. 211
vorata à vipera viua redditur. 250.
Cæpe ad venena utile. 470.
Calidi & humidi copula. 507.
pugna. 509.
Canis rabidi venenum. 331.
Canum rabies. 148. 242.
ad eorum morſum. 501.
Caput ſerpentis mortuum attrahit venenum. 507.
Capparis ſuccus viperę infenſus. 257
Capo di Verde exitioſa fluctibus venenoſis. 32. 96
Capucini virtus. 147.
Carbonarii ingreſſus. 221.
Cariophyllorum extractum. 460.
Carnis temperatura ambigua. 87.
Catoblepa. 136.
Cauſtica. 83.
Cauſticum è vipera. 108.
Ceraſtes. 6. potus abſtinentiſſima. 106.
eius à uipera diſcrimen. 172. 190
ingreſſus. 223.
Cerberus centiceps. 4. 20.
inferorum cuſtos. 177.
Cerebrum purgatur à calore. 324.
Ceres. 57.
Chamędryte uinum. 468.
Charybdis. 65.
Chimæra. 98.
Chinæ radicis vis. 516.
Cherſydrus. 154.
Chymia. 206.
Cœli vi ſerpentes mutari. 149.
Cœlum pater omnium, terra mater. 150.
Cœleſtium in inferiora actio. 150.
Cleopatræ venenatæ hiſtoria. 364.
Coagulum quoduis veneno aduerſum. 313.
Colorum fons. 80.
Colubraria terra. 31.
Colubri ſignificatio. 275. greſſus. 225.
lingua. 275.
Columbę fel in uropygio. 373. 437.
Confectio Alkermes. 167.
Conſulum & Imperatorum victoriũ hieroglyphicum. 29.
Corpus animatum eſt inſtrumentum perfectum. 209.
Cornucopiæ. 59.
Crocus nimia menſura venenũ. 167.
Cucurbitula ad uulnus à morſu viperæ. 451.
Cucurbita anguina. 12.
Cutis vitiis auxilium. 482.
Cyanei lapidis facultas. 167.
Cypariſſus. 47. 56. 123.

D

DEmetrius Phalereus à ſerpente ictus. 23.
Dentium ſatio Cadmea. 27. 47.
Dentes viperis renaſci. 100.
Dentis hamiformis noxa inſignis. aculeati pariter. 349.
Dentis viperini mucro hiſpidus. 350
Dentium dolori remedium. 359
Dioſcorida inſula. 21.
Diſcordiæ capiti implexa vipera. 18.
Diuretica Sudorificis mixta ad viperæ ictus. 468.
Dipſades in Italia lociſque Septentrionalibus nullæ. 144. eius uenenum craſſum ac tenue. 316.
Dotyenium canes interimit. 466.
Dotycnio ſublatus canis ſine ueneni ſigno. 83.
Dracæna eſui innoxia. 437.
Dracones halitu uolucres attrahunt 24. Solertes. 125.
Draco Aeſculapio, & Saluti dicatus. 42. itemq; Bellonæ, Iunoni, Dianæ, Baccho. 65.
Sol. 45.
Epaminondæ inſigne. 51.
Draconis natura diuina. 54.
erymon. 129. motus. 219.
lingua. 275.
roſtrum validiſſimum. 313.
Draco loci natura nunc venenatus. nũc innoxius. 159. manſueſcit. 173.

aere

aere nutritur. 277.
Draco Aegyptius diu ſine cibo uiuit. 101.
Dracontii radix. 12.
Dryini morſus. 140.
Durities à ſiccitate. 113.

E

EBuſitana terra ſerpentibus aduerſa. 149.
ἔχις quid. 172. eius etymon falſũ. 196.
femina. 201.
Echidna, Hydra. 186.
Echion, medicamentum ophthalmicum. 481.
Elixir Magni Ducis Etruriæ. 460.
Elephantiaſis remedium 473. 478.
Electuarium ex vipera. 500.
Emeticum Seuerini. 467.
Elephantes anguimani. 217.
Epilepſiæ remedium. 290.
Equi rabies. 147.
Erichtonius. 59. 92.
Erucæ motus. 213.
Eſſentia Petri Ioannis Fabri. 464
Viperarum. 497.
Exſuctus vulneris à morſu. 451.
Exuuię qua ui deponantur. 505.
Ezelini oculi truces. 15.

F

FAgi ramus. 265.
viperę ſoporem inducit. 490.
Faunus. 59.
Fauſtinæ inſomnium. 13.
Febris remedium. 497.
Vngaricæ præſidium. 500.
Felium coitus. 194.
Fel viperinum impune deglutitum à fele. 258.
Non igitur venenum, ſed veneno affine. ibid.
Femina impune venenũ vorans. 388.
Feminis quã viris perniciοſior ſcorpii ictus. 399.
Feræ venenatæ fœtæ quomodo incolumes diu ſuperſint. 379.
qui tutæ ſint à veneno caudæ. 389.
Feræ venenatæ diſcrimina. 135. 142.
Fermentatio eſcę à dentibus viperæ. 298. 321.
Fermentationis cauſa ſpiritus acidus. 352.
in ſe pereitus perpetuo. 353.
Ferrarienſis ditio anguibus ſcatet. 21. 251.
Ferrum candens veneni remedium. 453.
Fimus caprinus ad uſtionem. 452.
Foſſilia deleteria. 71.
Foſſilia craſſa & acria ſimul. 319.
Fraxinus viperæ nequicquam aduerſa. 264. 265.
Frigus pro cruditate. 337.
Fructus plantarum, oua Empedocli. 186.
Funiculus argenteus, ſpinæ medullæ. 179.
Fungi à uipera tacti non ſunt funeſti. 269.
Furia. 92.

G

GAleni liber de Theriaca ad Piſonem ſuſpectæ fidei. 192.
Galene, Theriaca. 483.
Galli gallinacei cerebrum veneno contrarium. 314.
Galli ueneno interemti caro non offendit in menſis. 366.
Galli ſalacitas unde. 377.
Gallinacei rabioſi olitorem interimentis hiſtoria. 147. 377.
Genius iunior, ſenior. 59.
bonus. 62.
Genitura viperis expreſſa impune. 174.
Germania viperam ignorat. 396.
Gigantum forma. 13.
Glirium catuli num à viperis vorentur. 262.
Gnome. 148. 157. 219.
Gorgonei capilli. 211.
Greſſus animantium varius. 210.

H

HAemorrhoi greſſus. 212.
gummi Hederę oleum. 468.
He-

Helenium externe venenum, interne alimentum. 400.
Helenii fabuloſa origo. 402.
Hellebori vis, et antidotus. ib
Helioſtropium. 56.
Hercules cum hydra ſerpentifera. 64.
eius effigies. 120.
Heroibus anguis cultus. 57. etiam vipera 177.
Hibernia ſerpentibus vacat. 413.
Hippocratis effigies. 37.
cum ſerpente. 119.
Hirudinum morſus difficiles. 349.
Hominis ſtatura. 2.
malitia. 175. motus. 210.
Homo qui venenum alteri communicet. 390.
Humidum radicale hominis ſulfuri reſpondet. 80. craſſum & tenue. 318.
Humidi vitalis proportio reſpondēs calido. 101.
Humoris à veneno coalitus. 238
Hydri marini. 25.
Hydri lapillus. 270.
Hydræ in Corcyra miri motus. 217.
Hydrargyri natura ambigua. 87.
Hygia. 64.
Hyſterica miracula. 341.

I

IAculus. Acontias. 224. 519.
Ianus Aegyptiis mundus. 212.
Ichneumon aſpidē occidit. 224. 274.
Icon lectiſternii. 37.
Feminæ cum angue. 38. 39.
Lunę triformis ſeu Dianę. 43. 59.
Viperæ ad Solis aram. 46.
Bellonæ, 48.
Victoriæ. 60.
Eumenidum. 58.
Genii. 61.
Gratiarum. 63.
Iouis. 62.
Anguis cum diademate. 68.
Erichthonii. 93.
Herculis cum angue. 121.
Serpentis cum caduceo. 122.
Membranarum viperellæ. 205.
Voluminum anguium. 218.
Motionis anguium. 220.
Linguæ viperinæ ad viuum expreſſæ. 281.
Dentis remorſoris. 297.
Hamiformis. 348.
Iecur calidum non ſemper bilē producit. 514.
Impetigini auxilium. 480.
Inciſiones partis demorſæ à vipera. 452.
Indi veſcuntur anguibus. 447.
Infectura. 321. non tantum ſpiritalis, verum & materialis. 340.
Infectura quid. 369.
eius inſtrumenta. 370.
modus. 373. vis. 408. curatio. 449. externa, interna. 455. 459.
Inferi. 26.
Influxus qui. 385.
Inſcriptio. 36. 37.
Inſecta. 208.
Inſularum indigenæ ſerpentes innoxii. 404. 413.
Intemperies frigida & ſicca peſſima. 32.
Iuno domina inferioris ætheris. 59.
Iunonis cum Ioue coniugium. 150.
Iuniperi aqua ardens. 460.
Succus. 468.
Lixiuium. ibid.
Iupiter forma ſerpentis cultus Græcis. 49.
Iuſtini puluis. 468.

K

κίδνυ. 483.
Κρατηράφρων vipera. 120.

L

LAcertus. 263.
Lac veneni remedium. 514.
Lectiſternium cum anguibus. 36.
Leo ideſt Cæcilia, ſeu Cenchris. 221.
eius ingreſſus. 222.
Lepra. vid. Elephantiaſis.
Libri de Theriaca autoris incerti. 358.
Locis venenum variat. 145.
etiam ſtirpes, & animantes. 147.

Loca

Loca viperis aduerſa. 263.
Luciferi de cœlo lapſus. 52.
Luis Venereæ remedium. 482.
Lumbrici motus. 213.
Lumbrici in ventriculo & inteſtinis viperæ inuenti. 233. 248. 266.
Luna triformis. 42.
Lupi dens pueris amuletum. 358.
Lupi morſus venenatus. 358. quandoque non venenatus. 372.
Lupi dente morſus equus vegetior efficitur. 358.
Lupus Martialis. 47.
Lydus Dioſcoridis. 210.

M

Maraſſus viperę ſpecies. 172. 191.
Magiſterium ex puluere viperino. 500.
Magnetiſmus. 515.
Double Marcheur. 215.
Μαθήματα. 206.
Marſi viperas innoxie tractant. 174. 398.
eorum iactantia. 309.
aſpide impune veſcuntur. 403.
Medicamentum nullum inculpatũ. 70.
Meduſæ caput. 4. 9. 18.
Mercurij epitheta. 42.
figura. 52.
Caduceus. 121.
Melita inſula ferarum venenatarum expers. 157.
Mergus anguillam deuoratam aluo reddit. 250.
Meri potus ad venena laudatus. 336. 365. 369.
Metalla naturæ ancipitis. 87.
Menſes retenti vim habent veneni. 355.
Mercurii ſublimati aſſumti remedium. 383.
eius efficacia. 394.
Moluti motus. 221.
Mons anguium. 21.
Monocerotis vis alexiteria. 252.
Morbi diuini. 342.
Mortis præſagium in demorſis à vipera. 415.
Morſus hominis ieiuni venenoſus. 142. etiam irati. 371.
Morſus viperini auxilium. 331.
Symptomata. 338. 339.
Motus eſt venenati morſus remedium. 454.
Motûs principium. 507.
Motus ſpontaneus; voluntarius rationalis. 209.
Mucronis offenſa grauis. 345.
Mumia vitæ Angeli Salæ. 461.
Murenæ dens nõ eſt venenatus. 358.
nec eius caro. 367.
Mus araneus venenatus. 147.
eius morſus. 351.
Mus napelliuorus. 513.
Mus moſchi. 515.
Muſcæ oculus per microſcopium à Io. Bapt. Hodierna examinatus. 252.
Muſica veneno reſiſtit. 335.
Myoxus. 519.
Myrus, ſerpens maritimus. 195. 267.

N

Napellus homini venenum; non muri, nec muſcæ. 513.
Antidotum continet. ibid. 516.
Natrix, velociſſima. 211.
Naturæ in venenum vis. 73.
Naturalia non deperduntur. 170.
Naturæ vis ingens. 187.
Numidia. 21.
Numiſma Neronis. 36.
M. Acilii. 37.
Claud. Tiberii. 47.
Getæ Imperatoris. 120.
Adriani. 122.
Vitellii. ibid.
Herculis Eſtenſis Ferrariæ Ducis. 251.
Nux metella canes tollit. 466.

O

Oculi viperini ſignificatio. 15.
Oculorũ ſpiritus in humore. 319
Oculorum vitiis remedium. 464. 477. 478. 479. 480.
Oleum viperinum. 482.
Olei ſulfuris vis. 509.

Ophiuſa herba. 12.
Ophiuſa terra. 21. 30. 32.
Ophigena. 41.
Ophioneus. 52.
ὄφις. 129.
Ophiophagi. 387.
Opii correctio. 460.
Opii reſolutio ſpagirica. 516.
eius ſal vomitiuus. ibid.
oleum dulce. ib.
Opis Deæ ſerpentes curules. 27.
leones. 59.
Opobalſamum in Paſtillis theriacalibus. 489.
Orophia ſerpentes. 578.
Orcus. 26.
Oſci quaſi ophici. 22.
Oſci Imperatoris Tyrrhenorum inſigne. 251.
Oſtenta ſacrorum anguium. 51.
Oua duûm generum. 183. fœcundari. 201.
ὀρθοπυγγώδη μέρη. 186.
Oxymel diureticum. 468.
Oxyſaccharum vomitiuum Angeli Salæ. 467.

P

Parcæ. 26.
Pareas anguis in Apollinis templo. 64.
Paludes producunt colubres. 33.
Parricidii pœna. 245.
Partis à vipera demorſæ remedia 449 450.
Paſſer à vipera deglutitus. 233.
Paſtinacæ marinæ aculeus valde nociuus. 349.
veneni tamen expers. 360.
Pediculi à carne viperę aſſumta. 478.
etiam à ſale theriacæ pelluntur. 493.
Pediculari morbo abſumti. 350.
Perſicus. 148
Perſidis terra. 32.
Peſtilenti affectu correptis miſſio ſanguinis eſt ſuſpecta. 456.
Phalangia diu ſine cibo viuunt. 101.
Phalangio morſi muſica curantur. 455.
Pharias. 216. eius inceſſus. 221.
Pharmacum quid. 5. 11.
Pharmacum mediæ ſignificationis. 338.
Philomelæ & viperæ antipathia. 263
Φοῖβος. 54.
Pilos non impedit adeps viperæ. 480
Pilulæ de viperis. 501.
earum vſus. 502.
Piſces anguinæ formæ horribiles. 11.
Piſcium coitus. 193.
Plattenſis anguis 225.
Pluuia ſerpentum. 181.
Porphyrus ſerpens. 373.
Pororum vacuitas beſtiis latentibus noxia. 106.
Prædeſtinatio Hermeticorum. 381. 395.
Priami genethliaca. 51.
Primalitates Campanellæ. 384.
Promethei aquila. 4. 17. 98.
furtum. 50.
Proſerpina, Proſephone. 42.
Pſylli. 398.
Ptyas aſpis. 125. 224. 269. 282. 306.
eius ſputum. 308.
Puella oſculo venenato inficiẽs. 390.
Pulueres viperini. 499.
Pulli veneno ſublati hiſtoria, fine veneni ſignis. 85.
Puluis viperinus, albus, & ruſus. 503.
eius efficacia. 508.
Puluis trochiſcos perforat. 488.
Purgatio corporis in ictu venenato. 457.
Puſtulæ à viperæ morſu. 356.
Puteolanus ager anguium ferax. 21.
Putrefactiua. 84.
Python. 33.

Q

Qualitatis gradus notantur. 86.
Qualitates primas neglexit Dioſcorides. ibid.
Quartanæ remedium. 368.

R

Rabies hominis ab interno principio. 143.
Radix ſerpentiformis. 12.
Reſorporans vaporatio. 471.

Regiones ab anguibus vaſtatæ. 23.
Regis Aegypti hieroglyphicum. 29.
Reptilium indignitas. 1.
Reptilia indifferentis naturæ ad venenum. 144.
Rigoris præſidium. 494.
Romantiæ. 362.
Rugerius ab Atlante nutritus. 179.

S

SAſia vipera. 181.
Sal theriacalis. 490.
eius vires. 492. 493. 494. 495.
uſus. 493. 494. 495. vires & uſus. 492. Braſſauolæ. 497.
Sal viperinus volatilis. 495. 496.
fixus. 496. 497.
vires, & vſus. 497.
Sal venenis reſiſtit. 385.
Saliua hominis non eſt viperæ noxia 263.
Homini tamen antidotus. 381.
& cur. 383.
Sale ammoniaco referta. 385.
Saliua. Sanies viperæ. 312. pyrotica. 321. Celſo frigida. 337. non eſt venenata. 360. qui colligatur. 363.
Salutis omen anguis. 36.
Salus. Vid. Hygia.
Sanguinis miſſio in ictu venenato ſuſpecta. 456.
Sanguinis coitio in demorſis ab angue. 338.
Sanguis anſeris & anatis veneno aduerſus. 314.
Saturnus Draconibus vectus. 51.
Saturni ſanguis. 52. currus. 62.
Scammonium non eſt venenum. 512
Scammonium præparatum. 167.
Scarabæus Aegyptiis coronatus. 67.
Scarificatio. 450.
Scincus crocodilo affinis. 102.
Scincus. 210. Venerem mouet. 318.
Scorpii aculeus fiſtuloſus. 351.
Scorpii innoxii. 146.
Scorpii partus. 242.
Scorzonus Calabris. 250. 279.
Scorzonus Hiſpanicus & Catalaunenſis lingua præditus acuta. 274.
Scutum Herculis ſerpentibus inſignitum. 51.
Semen prolificum in teſtibus. 319.
Seminis retenti vis venefica. 355.
Sepedonis. & ſepis greſſus. 223.
à ſepe demorſi veſtis putreſcit. 140.
Serpentium neceſſitas. 2.
Serpentis pro anguilla eſus. 13. ſerpens anguillæ affinis. 255.
Serpens mali ominis veteribus. 13.
Serpentes terrigenæ, ac terræ filii. 27
Africæ & Aſiæ exitioſiſſimi. 30.
Serpens terræ hieroglyphicum. 28.
Oſiſi Regis Ægypti ſymbolũ. 50.
initio non reptabat. 55.
Apollinem prouocat. 120.
Serpens callidus, non prudens. 228.
Serpentes diligunt pueros. 126.
& puellas. 127.
ſãguine prędití ſubtiliſſimo. 128
in arca Noæ cur ſeruati. 133.
Surdi. 136.
quidam mites. 441.
eſculenti. 141.
in certis inſulis veneni expertes. 157. 404.
Diuinæ iræ miniſtri. 219.
Serpentes linctores medici. 275.
marini dentibus potius ſerratis quam venenatis. 358.
Solis aduenis nociui. 398.
Angli innoxii. 415.
Serpentis in aluo adeps. 260.
cor eiuſque motus. 261.
Iecur: Lien. Pulmo. ibid.
Caput abſciſſum mordet. ibid.
Vernatio. ibid.
homicidæ fabuloſum exſilium. 264.
M. Aur. Seuerini vomitorium. 467.
Sibilus viperæ. 282.
Sicilia venenoſorum anguium tetrax. 404.
Sidera quæ ſeruiunt inediæ viperarum. 101.
uſus. 229.
Notio, & Definitio. 132.
fœda fabrica. 2.
generatio. 4.

pri-

prima forma. 55.
ortus ex illuuione. 5.
è terra. 31.
Odor. 10.
Halitus grauis, & malignus. 282. vid. Affla.
Effigies inuiſa. 11.
Diſſidium cum homine. 14.
feraces orbis tractus. 21.
caliditas. 174. 177. 227. 263.
inſidia. 22. 228.
feritas. 173.
mater vipera Indica. 101. 278.
venenum. 132. unde. 505. greſſus. 211. 520. morſus. 332.
pernicitas. 174.
æſtus interior. 280.
frigiditas. 505.
Smaragdi vis commentitia. 264.
ni viperæ alexipharmacum. 382
Solium venenoſum à lignis ſerpentium veneno infectis. 368.
Solis in viperas influxus. 45.
effigies. 64.
Sol Aegyptiis ſacer. 64.
Somnus venenatis pernicioſus. 455.
Specus ſerpentium in agro Romano. 275.
Spirituum Vitalium extinctio in venenatis. 83.
Spiritus calorem continens. 25.
Spiritus Mercurialis fermẽtatio. 355
Spiritus locutioni ſeruiens. 319.
Sputum egeritur pediculorum loco. 495.
Stellio ſcorpionem viſu perimit. 137.
Stella læuis. 11.
Stellionis morſus. 349.
Stercus naturæ ſulfur. 452.
Stibium peracre. 317. eius ſpiritus. 372. aqua. 510.
Stirpes anguis forma horrendæ. 12.
Strumis remedium. 478. 481.
Strategema. 9.
Sublimati aſſumti remedium Hydrargyrum. 73.
Sudationes aſſæ venenatis ictibus conferunt. 456.
Suffumigium ad puluerem viperinũ. 499.
Suis adeps non aduerſatur viperæ veneno. 266.
Sues reſiſtunt venenato morſui. 355.
Sulfur quid. 79. diu flammam fouet. 101.
Sulfur craſſę & acris ſubſtantiæ. 317.
Sulfur accenſum aduerſus venenatos ictus. 453.
item, eiuſdem oleum per campanam preparatum. ibid.
Sulfuris aqua acidula. ibid.
Sultanus afflatu inficiens. 154.
Syri à ſerpentibus innoxii. 125.

T.

Tabis remedium. 494.
Tarantula inediæ patiens. 101.
phalangium Apulum. 455.
Tarantulæ morſus remedium. 366.
Taxus. 148.
De Temperamento iudicium vulgare. 86.
Terra principium deſtructionis. 26.
ideoque non eſt elementum. ib.
eius venena. ib.
à puella copioſè vorata. 30.
Serpentum mater. 34.
Terræ Meliteæ vis ad viperæ morſum. 252.
Τὸ Θεῖον. 352.
Thair ſerpens monoceros. 135.
Theriaca nimia quantitate venenũ. 161.
remedium πολύχρηστον. 166.
Theriacæ veræ documentum. 396.
Purgantium vim acuit. ib.
Theriacæ etymon ineptum. 430. verum. 482. natura cœleſtis. 53.
Theriaca è ſola vipera. 135. Aliorũ Alexipharmocorum vires immunit. 397.
Theriacæ vitioſus apparatus. 396. 397. verus apparatus. 416.
Theriacæ vis alexiteria nota, modus agendi incertus. 422. Modus. 423.
Theriaca per accidẽs alexiteria. 424.
venenum contrarietate excludit. 426.

& ſimilitudine. 429.
ſanis nocet. 428.
Eius effecta per Accidens. 432.
fermẽtatio à carne viperina. 434
eius vis varia. 441. 435. ac tempus. 441.
è viperis, non aliis ſerpentibus, conficitur. 484.
uſus ipſius. 489.
Theriaci paſtilli venenum trahunt. 442.
Theriaca Andromachi. 459.
Theriacalis Aqua. 459. Sal. 490. vi. S.
Theriaca Crollii. 460.
Thermutis aſpis diademate coronata. 40. 65.
Tiberio ſerpens in deliciis. 25.
Tireſiæ fabula. 65.
Trochiſci Alhandal. 167.
Viperini. 483.
Trochiſci viperini ut parentur. 486.
& conſeruentur. 488.
Tubera podagram pituitoſam diſcutiunt. 318.
Tubuli optici effectus. 254.
Tumor à viperæ morſu. 356.
Dii tutelares diuerſarum animantiũ. 50.
Typhon. 57. 98.
Typhoæus. ibid.
Tyriæ paſſio 473.

V

VAporatio inſtaurans. 471.
Vaſa trochiſcis viperinis apta. 488.
itemque pulueri viperino. 501.
Vegetabilia craſſa & acria ſimul. 518 venenata. 70.
Venenatum quoduis animal ſuum habet in ſe alexipharmacum. 380.
Venenum eſt Qualitas, & Subſtantia. 387.
Venenum quid. 322. eius differentiæ. 442. 445.
Veneno aſſueti non inficiuntur veneno. 387.
Veneni apathia ex cõſuetudine. 390
Venena bina in homine commoriuntur. 393.
etiam iuuant. 394.
Venenum cor petit. 394.
eius impedimenta. ibid.
è Veneno peſſimo medicina elicitur optima 397.
Venenum ubi maximum, ibi & maxima antidotus. 511. 516. 517.
Venena admota aſſumtis peiora. 399. 401. & promtiora. 340.
Veneni vires quæ retundant. 399.
viperei ſigna. 405. 406. 407.
Venenum calidioreſne, an frigidiores citius inficiat. 412.
Venenum frigidum promtius calidæ temperiei hominem, quam frigidæ inuadit. 413.
Venenis in eſſe medicinam. 70.
Venenum intendi ac remitti. 134.
craſſum & ſubtile ſimul poſſe conſiſtere. 317.
Veneni oppugnandi principia. 73.
nullum veſtigium in corporibus venenatis. 83.
Venenum calorem trifariã iugulat, 327. non frigore. 338.
& quo modo. 328. 331. 332.
bifariam oppugnatur. 334.
Veneni propagatio. 350.
Veneni celeritas ſiue tarditas. 135.
Venenum non extrahitur viperæ capite. 457.
Veneficiis aptus anguis. 19.
Venenum ab homine genitum. 143. 355. 375.
Veneni cauſæ non naturales. 143.
vis vernatione mutatur. 147.
Venenum extra temperiem. 173. in quo ſitum. 508. 510.
aſpectus olfactus, tactus. 308.
impropriè. 356.
Veneni vitium mutabile. 161. 168.
Venus à vipera ictis eſt ſuſpecta. 456.
Vertiginis remedium. 290.
Veritatis efficacia. 363.
Veſpæ ictus. 349.
Victoria. 59.
Victus corpora immutantis facultas. 144.
Ioan. Mariæ Vicecomitis oculi truces. 15.
Vincetoxicum. 468.

Vinculi adminiſtratio. 450.
Vinũ chymicis extractionibus menſtruum. 285.
Vinum merum. Vid. M.
Vinum pendulum vipera iniecta reſtitutum. 178.
Viperæ etymon. 71. 91. 236. neceſſitas. 194. indignitas. 1.
Deſcriptio. 131.
Greſſus. 5.
Ortus ex medulla ſceleſtorũ. 4. 5. 177. 179.
è Styge. 17. 177. 180.
è capillis mulierum. 179. 211.
è cerebro. 170. natura deſpecta. & exoſa. 6. 7. quænam ea. 77. ambigua. 86. 87.
è cineribus. 180. ex illuuione. 181. è lacerta. ibid. 214.
cutis verſicolor. 8.
conſpectus horribilis. 8. 9.
Veſtigia graueolentia. 9.
Forma. 12.
Agilitas. 13.
Frons nulla. 15.
Vipera è ſtomacho euocata hominis. 7.
per anum. 368.
hydræ æquiparatur. 17.
ſub marmore cõcluſa vixit. 119.
Viperæ inteſtina contagioſa. 11.
Vipera nullum animal ſalubrius. 34.
Viperæ circum balſamos degentes Arabibus ſacræ. 40.
Lunæ hypogææ ſimilis. 42.
Dianæ ſubdita. 16.
Viperæ ſignificatio. 484.
Viperæ partes intaminatæ. 273. 274.
Caput. 279.
Lingua. ibid. cui nulla eſt veſicula. 275.
eius uſus. 276. 278. 280. 281. 282.
Veſicula. 357.
Ventriculus. 275.
Pulmo. 279. 282.
Cauda. 282. veneni expers. 283.
Cur præcidatur. 284.
Semen, & Oua innoxia. 286.
Fel innoxium. 288.
Venæ ex corde ad caput protenſæ ſine veneno. 289.
Veneni locus. ibid.
Cor, & hepar. ibid.
Oſſa ſpinæ. 290.
Os veneno infectum. 291.
Dentium tuniculæ, ac veſiculæ. 351.
Structura. 344.
eiuſque uſus. 292. 297.
Vaginula. ibid. cauitas. 297.
Numerus. 293. 295. 298. 350.
Dentes Leonini. 296. 357.
Dens maximus articulo tortilis non eſt. 296.
& ſemilunaris. 346.
Dentes mutari. 246.
Morſus eiuſque remedium. 249. 252.
Dens virulentus. 251.
Deperditus mox renaſcitur. 258
Dentes mobiles. 259.
Veneni fons non eſt fellis folliculus. 299. 330. & cauſa. 323. 376. neque cor, & iecur. 301.
Sed materiæ vitium. 302.
Sedes. 205. 305.
Saliua. ibid. quid. 307. eius uſus. 308.
Materia fel. 308.
Veneni ſpecies. 309.
Fons cerebrum. 311. 316.
Subtilitas. 313. 316. 373.
Sapor, & odor. 314.
Lentor atque craſſities. ib.
Viperæ viuacitas. 320.
liquor pyroticus. 328.
pugna cum ſcorpio. 104.
Sal volatile. 108.
Oua mollia à natura durata. 113.
Reſolutio ſpagirica. 116.
Vis medica. 117.
στοργή. 252.
Viuida & vegeta conditio. 117.
Aetas longa. 118.
Audacia. 120.
Vigilantia. ibid.
Prudentia. 121. 123. 124.
Vafrities. 124.
Viſus. 129. 130.

Auditus. 130.
Guſtus. ibid.
Olfactus. ibid.
Tactus. ibid.
Pater Piras, mater Anguis. 188.
Virus vitale. ib.
Coitus. 192. 194. 235. 370. cum muræna. 195. fabuloſus. 266.
Generatio & partus. 242. 245.
Locus pariendi. 196. 246.
Partus à fabulis vindicatus. 196. 245. 267.
Partus eiuſque ratio vera. 197. 198. 237.
Quo numero catuli excludantur. 203.
eorum membranæ. 204.
habitus ſeu figura. 230.
adſcenſus. 215.
magnitudo. 230.
Color. ibid.
Cutis. 231.
vernatio, ſpolium, ſenecta. ib. 247.
membrana. 232.
Tunica. ibid.
Muſculi. ibid.
Vertebræ. ibid.
Renes ibid.
Viſcera Naturalia. 233.
Gula. ibid.
Lingua. 276.
Inteſtina. ibid.
Iecur. ibid.
Vena caua. ibid.
Cyſtis fellea. ibid. 234. 258.
Caput. 373.
Malæ. 15.
Lingua. 16.
Dentes. ibid.
Genitalia. 192. 194.
Dentiũ viperinorũ ſpineũ. 350.
Arſenicale. 83.
ab uniuerſo corpore ſeparatũ. 72.
Cauda. 16.
Sanguis. 17.
Fel. ibid.
Cognomina. 23.
Venenum bilioſum. 30.
Libido. 42.
σοργή. 44.
Fœcunditas. 34. 44. 90.
Beneficentia. 34.
vis alexiteria. 35. 69.
Vaſa ſpermatica. 235. 236.
Teſtes. ibid.
Vterus. 235. 236. 242.
Embryon. 237. 243.
Penis geminus. 236.
Venter feminæ. 237.
Cor. ibid. eius motus. 244.
Vena, & Arteria magna. ibid.
Pulmo. ibid.
Aſpera arteria. 238.
Cerebrum. ibid.
Nerui.
Lingua. ibid.
Oculi. ibid. 239.
Nares. 239.
Auditus pori. ibid.
Maxilla immobilis. ibid.
Dentes. ib. 240. fiſtuloſi. ib. 371.
Dens viperæ virulentus. 252.
Gingiuarum vaginæ. 254. 240.
Oua. 243.
uteri ſemen. ibid.
fœtus conformatio. 244.
membranæ. ibid.
figura. ibid.
viſcera. ibid.
à ceteris anguibus differentia. 260.
adeps non impedit pilos naſci. 266.
lapillus nullus. 270.
Vipera vitiorum typus. 18.
Vipera D. Paulo inſultat. 18.
rhinoceros. 28.
De Viperis fabuloſa. 262.
Vipera non adflat venenum. 269.
Vomitus viperę venenoſus. 282.
Viperina caro viperis vorata interimit. 331.
Solida & craſſa. 335. 436.
Veneni expers. 437.
Viperæ partes veneneficæ remotiores, & proximæ. 357.
Viperæ mortuæ venenũ ſeruatur. 355
Viperæ venenum qui expellatur, &c

in quem locum. 506. 507.
Viperini pulueres. P. 499.
vires, & vſus. ibid.
Viperæ venenum è bupreſti. 514.
è Vipera remedia. 473.
Viperæ morſus à colliſione partium neruoſarum peſſimus. 359.
dentes unde venenati cenſentur. ibid.
quales tamen non ſunt. 360.
caput amputatum veneno inficit. 365.
Subſtituitur Anguis quilibet in Germania. 396.
caro qui viperis nociua. 586.
Vipera demorſi animalis carnem nō attingunt animalia venenoſa. 366.
venenum natura trahit. 443.
Viperinum medicamentum alia venena impedit. 400.
Vipera Ægyptia Patauinis maior. 230
Vipera Solaris. 45.
Viſus acutiſſimi. ibid.
Martialis. 47.
Iouialis. ibid.
Πολυπλανήτης. 52.
Frigida. 87. quæ opinio reiicitur. 98.
Calida, autoris mente. 89. & cur. 109. 250.
Humida. 114. Sicca. 116. nitroſa ib. verè calida & ſicca. 117.
uva delectatur matura. 96.
viuipara. 109. 132. 171.
veneni expers. 131. 153. 285.
Viperæ cum apicula comparatio. 54.
diuinitas. 67.
Vipera cœleſtis ac terrenæ naturæ. 56.
variæ formæ. ibid.
cornuta. 251.
vi ſulfuris ad cutim ab internis euocat. 81.
captiua nihil deguſtat. 97.
vino per inſidias capitur. ibid.
Viperæ eſus pulcritudinem inducit. 116.
generatio tropica, & vera. 176.
cum aliis ſerpentibus cognatio. 190. 191.
Vipera è ventriculo eiecta per inferiora. 7.
in Phœnicia necans halitu. 156.
Viperis affluentes terræ. 21.
Vipera indifferens ad venenum. 167.
quod ei acceſſorium. 169.
quomodo à ſerpentibus diuerſa. 172.
alimento eſt. 173.
cicurata. ibid.
à Principibus in ſymbolum culta. 174.
nulli iniuria, qui non intulit iniuriam. ibid.
Viperæ Aethiopicæ nigræ. 158.
certarum inſularū innocuæ. 158.
Pithecuſanæ, Capreanæ, Meliteæ, & Creticæ tales. 413.
caro media inter venenum, & non venenum. 162. 448.
Vipera in vaſe vitreo ſuffocata id rumpit. 250.
cocta ſpumā reddit copioſū. ib.
Viperæ è corporibus humanis erumpentes. 178.
Vipera è ſole genita. ibid.
à muliere excluſa. 181
non eſt ouipara. 184. ſed viuipara. 188.
Viperæ caput & fel impune voratū à canibus, & gallis gallinaceis. 74.
ſpiritus ignei noſtros diſſipāt. 76
Succus oris viperæ perfectio. 79.
natura ſulfurea. 79. 80.
halitus ſulfureus. 80.
Balſamus ad pulmones affectos. 81.
Qualitates contrariæ, acutæ ac terreæ. 81.
Arrhenicum. 82.
Sulfur & Arſenicum diſcreta. 84
Temperatura. 86. 171. temperatiſſima. 135. 176.
Cerebrum. 129.
Genitalia. 89.
Longæuitas. 91. 105.
fragrantia. 251.
Inceſſus pernicitas. 92. 417.
Fellea redundantia. 92.
Caro menſes euocat. 94. poda-
gram

gram abigit. 102.
Victus. 96.
cum vino affinitas. ib.
Inedia. 102.
Alimenta diu aſſumta non fœtent. 104.
venenum in capite. 135.
Vitia. 18. 19.
Viperæ delectus ad medicamenta. 416.419.471.484.490. 498. 501.
maris ac feminæ diſcrimen. 418.
caro non eſt veneni particeps. 423. 457. 441.
mediæ maturæ. 448.
partes venenatæ, & veneno deſtitutæ. 438.
Venenum capiti impactum. 438
Sanguis qui veuenatus. ib.
Viſcera innoxia. 439.
Viri magni inexperiẽtia decepti. 363.
Vita in calido & humido cõſiſtit. 25.
Viuendi principium cœlum. 26.
Vitrioli oleũ ad morſus viperæ. 454.
Vnionum natura. 56.
Vomitus inſigne veneni aſſumti remedium. 453. 457. 466.
à vipera illis adeſt. 466.
Votum Valetudini dicatum. 37.
Vrbetani Antidotus. 459.
Vrinæ vis medica. 461.
Vrina pota remedium ictus ab aſpide. 385.
Vſtura Aegyptia in demorſis à vipera. 452.
Vulcani antiſtites in Lemno inſula venenum curarunt. 453.
Vulneris cæci momentum. 347.
Vulnera aggrauari conſpectu eorum qui à vipera demorſi. 12.

Errata grauiora ſic reſtituantur: literarum, & interſtin-ctionum leuiora eruditus Lector ſponte corrigat.

Pag. 3. Ad margin. *Corporis anguini termini*
5. Primum lemma transferatur in paginam ſuperiorem.
33. fœdas
34. ad marg. *Beneficentia*
44. pulcriſequam
47. cum furore torquenti telum
52. nedum
62. Abrahamum Gorlæum
65. del. pag. 17. mox etiam Charybdiſque,
69. accommodatæ
71. ſublimatum,
72. encraſicholis,
Lib. 7.
74. noſtris &
75. perſequenda eſt.
95. in quamlibet
106. potet;
112. valuerit Arabem
Ad oram: *ouis*.
114. theriacopœi
catenatim
115. ſuadentes
119. ſub marmore
133. iræque diuinæ
136. abſolute,
139. A. Cæſalpin.
145. paluſtres uliginoſoſq;
158. fieri.
159. *Athlantici Dracones*
Notandum, quod etſi
161. enunciatum
deleterium
162. Hofmannus,
163. ἀφιλόντων.
176. del. vim
187. quam ut faceſſere
202. αὐτογράφοις
204. excluſas, matris comportari ſingulas à ſingulis,
232. ſpinarum
247. Thurium
248. ingeſſerit
249. Acontias, id eſt jaculatrix
251. clitellas.
263. ἀρᾶγμα.
aſperſum
267. Horus Apollo,
271. nolenſque feſtinaui
276. cum arteria
279. feræ
284. præceperint
285. edulia
285. dele; operatis.
298. inſiti veneni ſuſpectis.
300. affluxus eſt, aut
301. Lemma proximũ huc transferendum.
310. ducem
331. rabidi.
338. quid de
339. ampullis
341. Ad marg. dele *Primo* inferne;
343. lancinantur
344. Et Pontanus: Refer ad ſequẽtem verſum.
361. Parentheſis poſterior dematur.
367. proca tarctica
382. de vſu Theriaces.
386. ἀντίστροφον
388. poſtmodum
389. lædi
398. verna tempora

401. allium
402. ſatisfecerint
403. In marg. *letale.*
414. quam
425. obſiſtendo,
426. *morſum curat*
ſimilitudinis
427. temperaturæque
429. incomprehenſibile
455. Ad marg. *Muſica conſonantia*
cur.
456. In marg. dele *Retulit.*
457. Rod. in Lib. de Met. Micr. 4.
c. 7. & Io. Bapt. Silu. Contr.
464. Cap. 14.
empyreuma
465. del. ſine.
466. Dorycnium
467. granorum pondere
ſuper omnia plane

469. teſtificatus eſt Ætius,
476. deplumationem, curaturus
491. ſeminis torrefacti
494. impetuoſum menſium
499. caryophyllorum
511. rhizotomo petas?
518. accommodate
519. epulantem.
columbari Adam inſcripſeris.
Id rei
iter

In Syllabo Auctorum lit. P.
Iouinianus Pontanus.

Indici Rerum lit. I. add.
Icon Typhonis. 99.
Complexus viperarum. 241.
Sublimationis Chymicæ. 375.